(III) *in urbe, regione, terra sim.*: PLAVT. Cist. 162 in Lemnum aufugit, ubi -bat tum. 579 avecta est . . . peregre hinc -atum (LIV. 5, 52, 14). Men. 261 in urbe hac -ant (CIC. dom. 100 LIV. 5, 53, 6. 8, 22, 5 duabus urbibus populus idem -bat. VITR. 2, 8, 17 *al.*). Poen. 93 Rud. 1034 CIL I² 614, 3 in turri Lascutana. TER. Eun. 107 ea -bat Rhodi. Ad. 654. CATO agr. 4, 1 ruri si recte -veris (*cf. Otto, Sprichw. n. 779.* CIC. S. Rosc. 39 off. 3, 112). VARRO ling. 5, 141 ubi -ent tuto. CIC. Verr. II 1, 87 Myndi -bant. II 4, 17 -asti apud Heium Messanae. II 4, 38 nat. deor. 1, 72. div. 1, 93 Babylonii in camporum patentium aequoribus -antes. BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 16, 16 Romae -are. BELL. Afr. 87, 3. CIL I² 593, 20 ubei continente -bitur (*sim.* 56). ALF. dig. 33, 7, 16, 2 fundum . . ., in quo ipse -bat *eqs.* (LEX Manc. 4, 23 intra f. 4, 33. LABEO dig. 7, 8, 10, 4). 50, 16, 203 ubi quisque -ret (*opp.* in sua cuiusque patria). NEP. Att. 12, 3 Eum. 6, 1. VERG. Aen. 3, 110 -bant vallibus imis (VVLG. num. 14, 25 in v.). 3, 643 ad litora (*cf. infra l. 83*. 11, 265 -antes litore. QVINT. decl. 388 p. 436, 25 secundum ipsa -anti litora [*cf. infra l. 82*]. *al.*). Aen. 6, 673 lucis . . . opacis (*syn.* incolimus). 7, 151 hic. OV. met. 6, 13. 12, 406 altis . . . silvis. trist. 3, 10, 11 sub arcto (FLOR. epit. 4, 12, 62 sub ipso sole). 4, 9, 17 in oris. LIV. 1, 18, 1. 2, 62, 4 vicorum, quibus frequenter -batur. 5, 30, 3. 8, 14, 6 trans Tiberim (8, 20, 9. VVLG. Ios. 5, 1 tr. Iordanem. 24, 2. 8). 9, 13, 7 Samnites in montibus vicatim -antes. 9, 28, 5. 21, 12, 5 *al.* 26, 34, 7 locus, ubi -rent, *daretur* (VITR. 1, 4, 12 in salubri loco. 2, 1, 5 campestribus locis. ITIN. [Silv.] 20, 12 *al.*). LIV. 27, 3, 6. 28, 11, 8 posse sine metu in agris -ari. 33, 17, 11. 36, 22, 7 (*cf. adn. crit.*). 38, 30, 6 *al.* FEST. Gloss.L IV p. 438b (p. 348 M.) Sanates . . ., qui supra infraque Romam -verunt (PAVL. FEST. Gloss.L IV p. 225a [p. 103 M.]). COLVM. 1, 6, 8. MELA 2, 49 ab Isthmo ad Scyllaeon (VVLG. gen. 25, 18 ab . . . usque). PETRON. 85, 1 ubi cum libenter -rem. PLIN. nat. 3, 130 iuxta Massiliam . . . in Volcis (VVLG. gen. 13, 18. 25, 11. 33, 18 Ios. 9, 1 [*syn.* versabantur]). 4, 120 in hac *insula* (CHRON. Alex. chron. I p. 108, 178 in quas). 5, 109. 6, 29 solitudines, quarum a latere . . . Armenochalybes -ant (VVLG. iud. 19, 1 in l. montis). 7, 202 secundum Pelium montem (*cf. supra l. 65*). 22, 27 ad Strymona (ITALA deut. 11, 30 [Lugd.] ad occidentem. VVLG. num. 21, 1 ad meridiem. *al. cf. supra l. 64*). 25, 11 CIL VIII 15775. 25740. leg. II . . ., quae -at in Panonia interiore Acinco. TAC. Germ. 39 *Semnones* centum pagis -ant (-antur *trad. cf. p. 2478, 46*). MARCELL. dig. 50, 16, 87 extra urbem (VVLG. lev. 13, 46 solus -bit e. castra). PAP. Oxyrh. VI 894, 7 (*s. II ex.*) hab(itans?) ⟨O⟩xyryncho. *et saepe al. part. praes. pro subst. fere i. q. incola* (*hic illic add.* homines, *sim. cf. p. 2479, 7*): LIV. 29, 26, 7 omnis turba . . . -antium . . . Lilybaei. MELA 2, 12 interius -antium ritus asperior. LVCAN. 6, 293 Aetneis -ans in vallibus. COD. Theod. 14, 43 (*a. 363*) per Campaniam -antes. *al. qui -ant fere i. q. incolae* (*hic illic add.* homines *sim.*): CARM. devot. Macr. Sat. 3, 9, 10 eos hostes . . . et qui in his locis regionibus agris urbibusve -ant abducatis (VVLG. I par. 9, 2 Ier. 21, 9). VARRO ling. 5, 28 qui circum Aternum -ant, Amiterni appellati (VITR. 8, 3, 8 qui -ant circa. 8, 4, 1). rust. 3, 2, 6. CIC. Verr. II 1, 118 fin. 4, 7 ASCON. Mil. p. 36, 21 St. *al.*

(IV) *in universa terra vel terrae plagis* (*additur de luna infra l. 21*): CIC. rep. 6, 20 -ari in terra (FILASTR. 95, 2 haec . . ., in qua -amus, t. VVLG. Bar. 3, 20 super terram [*opp.* inferos]. AVG. civ. 8, 15 p. 343, 33 D. 8, 25 p. 363, 3 D.). Tusc. 1, 69 ceteras partes incultas . . ., hic autem, ubi -amus. HYG. astr. 1, 8 p. 27, 20 ab aestivo circulo ad arcticum finem . . . -ari. *ibid.* p. 28, 21. 4, 3 p. 103, 8. *adde*: CIC. ac. 2, 123 -ari ait Xenophanes in luna. *part. praes. fere subst.* (*hic illic accedit* populi *sim.*): PLIN. nat. 2, 50 in meridiana plaga -antibus. *sim. ibid. et* 2, 180. VVLG. Tob. 14, 17 cunctis -antibus in terra (Ier. 12, 4. Dan. 6, 25 universis populis . . . -antibus in universa t. 14, 24 *al.*). Nah. 1, 5 orbis et omnes -antes in eo. HYG. astr. 4, 1 p. 99, 10. *qui -ant pro subst.* (*hic illic* populi, qui *sim.*): ITALA apoc. 3, 10 (cod. g) eos, qui -ant super terram (VVLG. -antes. 11, 10 [cod. g] *al.* VVLG. exod. 33, 16 ab omnibus populis, qui -ant super t. [*hebr. aliter*]. psalm. 74, 4. Ezech. 7, 7 qui -as. Dan 3, 98 *al.*). *al.*

β *respicitur homo, quocum* (*vel a quo separatus l. 78 sqq.*) *aliquis -at*: **ad:** CIC. Catil. 1, 19 ad (*codd. mel. et* Serv. Aen. 1, 24; apud *al.*) M'. Lepidum te -are velle dixisti. ITALA Is. 21, 13 (Hier. epist. 21, 21, 1). **apud:** PLAVT. Men. 1034 apud ted -bo. TER. Phorm. 934 (*v. infra l. 52*). CIC. Verr. II 2, 83. II 4, 17 (*v. p. 2473, 57*). 5, 77 (*syn.* vivere. fuit). Cluent. 33. 165 Cael. 24. 51. Brut. 309 cum -visset apud me ⟨me⟩cumque vixisset (*sim.* ac. 2, 115). epist. 9, 15, 5 MART. 11, 83, 1. GAIVS dig. 19, 2, 25, 1 ut apud emptorem quoque . . . inquilino -are liceat. VLP. dig. 21, 1, 17, 5 liberti apud patronum -antis sic *eqs.* VVLG. lev. 22, 18 *al.* II Petr. 2, 8 apud eos (ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς). *al.* **communiter:** VVLG. gen. 13, 6 non quibant -are communiter. **in commune:** HIER. epist. 22, 35, 1 *monachi*, qui plures in c. -ant. **coram:** VVLG. IV reg. 4, 38 coram eo. 6, 1 coram te. Zach. 3, 8. **cum:** *generatim*: PLAVT. Stich. 64 non homines -are mecum mihi videntur, sed sues. CIC. Verr. II 1, 64. Flacc. 23 *testes* -ant cum accusatoribus. Att. 14, 20, 4 *Hirtius* vivit -atque cum Balbo. 15, 21, 1. epist. 7, 23, 4 non modo prope me, sed plane mecum. ad Q. fr. 2, 8, 3 cum fabris -are (*sc. ubi fabri obstrepunt*). LABEO dig. 32, 30, 5. SEN. contr. 10, 2, 19 PETRON. 76, 11. *et saepe. metaph.* VAL. MAX. 8, 15, 2 (*de Catonis effigie in curia collocata*) senatorem tantum . . . secum -are. *speciatim de cohabitatione mulierum virorumque* (*hic illic fere i. q. coeo*): TER. Phorm. 934 cum illa. TVRPIL. com. 78 cum mulierculis. POMPON. dig. 7, 8, 7 honeste cum ea. ITALA gen. 30, 19 (Hier. quaest. hebr. in gen. p. 46, 28) -bit mecum vir meus (*cf.* HIER. *ad l.* VVLG. erit). deut. 24, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 34 p. 533, 5). -verit cum ea (συνοικήσῃ, VVLG. habuerit eam). CYPR. epist. 4, 2 p. 473, 22 cum masculis -are, non dico simul dormire, sed nec simul vivere. VVLG. Iudith 12, 10 consentiat -are mecum. prov. 21, 19 Sirach 25, 11. 23 Is. 62, 5 II Macc. 1, 14 I Cor. 7, 12. 13 SVLP. SEV. dial. 2, 11. COD. Iust. 5, 5, 9 (*c. a. 480*) nuptiali iure. GREG. M. epist. 4, 26 p. 261, 3. *nota*: RVFIN. hist. 7, 30, 12 presbyteris . . . -andi mulieres secum . . . licentiam dedit (*non in graec.*; -are *esse q.* 'saepe, assidue *habere*' [*cf. p. 2472, 51*] *putat Weyman, Neophil. 6, 1921, p. 258; at opinor mixtam esse constructionem ex his*: '-andi *cum mulieribus*' *et* '*ut -rent* mulieres secum'. *certe non i. q.* '-re *facere*', *cf. p. 2472, 44*). **in:** ITALA Ios. 24, 15 (Lugd.) in quibus. ARNOB. nat. 1, 16 -rent et degerent in eorum gentibus (*syn.* viverent). VVLG. Ier. 39, 14 -ret in populo. thren. 4, 15 in eis. in medio: ITALA iud. 1, 33 (Lugd.) -vit in medio inhabitantium *eqs.* (ἐν μέσῳ, VVLG. inter). VVLG. gen. 23, 10 *al.* 12, 4 IV reg. 4, 13. **inter:** OV. met. 12, 406 inter semiferos. trist. 5, 7, 10 inter quos -em mores. VVLG. gen. 24, 3 Chananeorum, inter quos -o. num. 19, 10 *al.* AVG. civ. 16, 36 p. 182, 16 D. CONC.S I 3 vers. Tur. p. 10, 35 -amus inter servos (τελοῦμεν, degimus *Rustic.*). **iuxta:** VVLG. II Esdr. 4, 12 qui -bant iuxta eos. GLOSS. II 399, 2 παροικῶ σοι iuxta te -o. **penes:** ITALA exod. 2, 21 (Lugd.) -vit . . . paenes hominem (παρά, VVLG. cum). **procul ab:** VVLG. Ios. 9, 22 procul valde -amus a vobis. **prope** *v. supra l. 47.* **seorsum:** GAIVS dig. 44, 7, 5, 5 seorsum a patre. VLP. dig. 24, 1, 32, 13 si mulier et maritus diu seorsum . . . -verint. **separatim** (*cf. infra l. 83*): AVG. civ. 16, 21 p. 157, 4 D. **simul:** *adv. solum*: VARRO frg. Serv. Aen. 7, 601 morem esse communem consensum omnium simul -antium. VLP. dig. 25, 2, 15 pr. simul an separatim. HIER. epist. 22, 34, 2 VVLG. gen. 13, 6. 34, 23. 36, 7 deut. 25, 5. simul cum: PAPIN. dig. 7, 9, 11 VLP. dig. 25, 2, 15 pr.

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praep.: Ov. trist. 5, 10, 22 simul nobis -at discrimine nullo barbarus. **una:** *adv. solum* (*cf. p. 2476, 25*): CIC. Flacc. 83 -are una (*sc. te cum testibus*). LABEO dig. 32, 30, 5 *bis*. SVET. Galba 14, 2 FRONTO p. 174, 1 N. una cum: PLAVT. Cas. 36 patre. SVET. Dom. 2, 1. **in unum:** VVLG. psalm. 132, 1 quam iucundum -are fratres in u. (ἐπὶ τὸ αὐτό).

γ absolute: ① *supplendo loco*: ⓐ *generatim*: PLAVT. Most. 951. 956 nemo -at. :: -at profecto. Trin. 1084 is -tum huc commigravit (TER. Hec. 224 rus -tum abii. 589 NEP. Them. 8, 1). CIC. parad. 18 -andi locus (VVLG. num. 32, 30. COD. Theod. 15, 1, 47 = Iust. 8, 11, 17 [*a. 409*]). Att. 3, 7, 1 (*opp.* transeunti). CAES. civ. 3, 112, 8 *pars regiae*, in quam ipse -andi causa ... erat inductus (CORP. I² 593, 82 -andei utendei caussa. VLP. dig. 7, 8, 10, 2 domus usus fructus -andi c. *ibid.* usum -andi c. 47, 5, 1, 6 qui -andi c. ibi sunt [*opp.* viatorum. *sim.* PAVL. dig. 4, 9, 6, 3]). ALF. dig. dig. 19, 2, 30 pr. quod eius temporis habitatores -are non potuissent. NEP. Milt. 8, 3 omnes illos, quos -arat annos. LABEO dig. 19, 2, 60 pr. ut non solum -are conductor ..., sed etiam locare ... possit. *ibid.* commodam domum ei ad -andum dare (LIV. 2, 14, 9. 31, 31, 14. VITR. 2, 8, 9 VLP. dig. 50, 16, 183 HIER. epist. 64, 2, 5 VVLG. num. 35, 3 deut. 13, 12 *al.* COD. Iust. 1, 40, 15). Ov. epist. 10, 97 sive colunt -antque viri. LIV. 5, 24, 8. VAL. MAX. 6, 5, 1 *iis* -andi gratia locum ... adsignavit (COD. Theod. 12, 1, 176 [*a. 413*]). SEN. benef. 7, 12, 4 dial. 11, 7, 7 epist. 70, 11. CVRT. 5, 1, 27 per LXXX stadia -batur (*an supplendum 'urbs Babylon'? cf. p. 2478, 65*). MELA 1, 83 Caria sequitur. -ant incertae originis. 2, 19. 3, 4 TAC. ann. 2, 60. APVL. apol. 58 quoad -vit. ITALA deut. 2, 21 (Lugd.) -verunt pro eis (VVLG. fecit illos -are pro eis. 2, 22 [Lugd.] -verunt [VVLG. possident]. 2, 23 [Lugd.] *et* VVLG. VVLG. I par. 4, 41. 5, 22). Ios. 21, 2 (Lugd.) dare nobis civitates -are (VVLG. ad -andum. *cf. p. 2477, 53*), SCAEV. dig. 33, 2, 38 an -are impune prohiberi possit. TRYPH. dig. 19, 2, 8 -are ... vetuisset. VLP. dig. 7, 8, 2, 1 qui ipse -at, inquilinum posse recipere *eqs.* 7, 8, 4 pr. *ibid.* et cum his ... -bit (7, 8, 4, 1 *quater*. 7, 8, 6. 7, 8, 8, 1 PAVL. dig. 7, 8, 5). 19, 1, 13, 30 *al.* COD. Iust. 4, 26, 6 (*a. 259*) -andi facultatem concessit. HIL. in Matth. 10, 6 monita introeundi, -andi, morandi exeundique. AVSON. 414, 2 HIER. in Is. 30, 7 p. 406. VVLG. num. 14, 30 ut -are vos facerem. deut. 2, 12 psalm. 101, 29 Is. 49, 20. 65, 21 aedificabunt domos et -bunt (*sim.* 65, 22 Ier. 29, 5. 28 Soph. 1, 13). COD. Theod. 12, 1, 134 (*a. 393*). 12, 1, 12 interpr. *metaph.*: SEN. epist. 70, 17 vis adversus hoc corpus liber esse? tamquam migraturus -a. ⓑ *part. praes. vel* qui -a(n)t *pro subst.*: -antes: *sc. domuum*: SEN. epist. 90 cum tanto -antium periculo imminentia tecta. PLIN. nat. 6, 91 QVINT. inst. 2, 16, 6. MARCELL. dig. 8, 2, 10 quantum *luminis* sufficit -antibus (*sim.* PAVL. dig. 7, 1, 30). *al.* *sc. urbium, terrarum*: MELA 1, 83 Caunus oppidum valetudine -antium infame. 2, 32. 97. 3, 59 *terra* ob immanitatem -antium inculta. 3, 95 nullae -antium sedes. APVL. Plat. 2, 24 HIL. in Matth. 24, 10. *al.* qui -a(n)t: *sc. in domo* (*cf. infra l. 68*): POMPON. dig. 39, 59 pr. *id* ipsum capere videtur qui -at, quod mercedem pro habitatione non solvit. VLP. dig. 9, 3, 5, 12. *sc. in urbe, terra*: MELA 1, 90 pulsis, qui -verant. 2, 15. 3, 26.

② *de modo -andi* (*de pretio conductionis p. 2472, 81. infra l. 53. 56. 60. 68*): CIC. dom. 115 -are laxe et magnifice voluit (SEN. dial. 7, 27, 4). Cael. 17 triginta milibus ... -are. NEP. Att. 13, 1 non inprimis bene -vit (COLVM. 1, 4, 8 quam optime. PLIN. nat. 18, 31 MART. 12, 50, 8 quam bene non -as! *cf. p. 2477, 19*). LIV. 31, 30, 6 pagatim. VELL. 2, 10, 1 tanti (PLIN. nat. 17, 3). VAL. MAX. 4, 4, 7 anguste (Ps. FRONTIN. strat. 4, 1, 10). SEN. dial. 9, 9, 3 contractius. epist. 90, 15 posse nos -are sine marmorario ac fabro. Ps. SEN. mon. 156 sic -a, ut *eqs.* (PLIN. nat. 36, 111 MART. 8, 14, 7 IVV. 14, 92). MART. 11, 34, 4 cenabit belle, non -bit Aper. 12, 32, 24 gratis. QVINT. decl. 388 p. 436, 25 ita -as, ut *eqs.* PLIN. epist. 3, 23, 1 amoenissime. paneg. 47, 3 *imperator* -are ut in publicis posset. SVET. Nero 31, 2 se ... quasi hominem tandem -are coepisse. POMPON. dig. 43, 26, 15, 1 precario (COD. Iust. 8, 9, 2 [*a. 293*]). ITALA num. 23, 9 (Lugd.) *et* VVLG. populus solus -bit (VVLG. deut. 33, 28 confidenter et s. Ier. 49, 31). deut. 12, 10 (Lugd.) cum diligentia (μετὰ ἀσφαλείας. VVLG. absque ullo timore). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 21 (*a. 204*) ⟨d⟩ominos urbano⟨s et eos quo⟩que, qui mercede -ant. VLP. dig. 19, 2, 13, 11 prout quisque -verit, ita et obligetur. 39, 2, 37 non tam commode. PANEG. 11 (3), 12, 2 pro dignitate. *al. saepe.* *nota*: GREG. M. epist. 9, 147 p. 149, 12 solitarium te fecisti -are (*cf. p. 2473, 7*). *adde*: IVV. 14, 268 *tu, mercator*, semper qui puppe moraris atque -as coro semper tollendus.

b *per superlationem i. q. 'assidue commorari, saepe commeare'* (*cf. p. 2473, 17. 19. 47. 2476, 62. 2477, 78. subest notio propria l. 77. 81 sq.*): *α proprie*: PLAVT. Poen. 585 comitiales sunt meri; ibi (*in comitiis*) -ant, ibi eos conspicias quam praetorem saepius. Rud. 716 ibi (*in carcere*) te usque -are *eqs.* (CIC. leg. agr. 2, 101 ne mihi in carcere -andum sit). CIC. Mur. 21 qui in foro -arunt. de orat. 1, 264 in subselliis. Brut. 305 diserti ... C. Carbo, Cn. Pomponius, et hi quidem -bant in rostris. Phil. 2, 106 *cum Antonius per oppidum ferebatur, Aquinates* in via -bant. PETRON. 2, 1 *non possunt* bene olere, qui in culina -ant. *β metaph.*: *in re corporea*: PLAVT. Poen. 413 in ore -as meo (*sc. pulsando me*). CIC. Planc. 66 feci, ut ... cotidie praesentem me viderent, -vi in oculis. *in re incorporea*: CIC. de orat. 2, 160 *illi artis dicendi magistri*, qui hoc solum colebant, -arunt in hac una ratione tractanda *eqs.* 2, 292 boni quod habeat *causa*, id amplectar ..., ibi commorer, ibi -em, ibi haeream (*sim.* orat. 49). leg. 3, 14 *Theophrastus* -vit ... in eo genere rerum.

c *translate et in imaginibus*: *α generatim*: CIC. nat. deor. 2, 95 si essent *homines* ... qui sub terra semper -vissent *eqs.* VAL. MAX. 5, 5 pr. in eodem domicilio (*sc. in utero cf. p. 2472, 50*), antequam nascerer, -vi. PERS. 4, 52 tecum -a (*cf. 1, 7 et Wageningen ad l.*). TERT. monog. 10 p. 77 Oe. in quo *animo* si et alius vir -bit. ITALA prov. 1, 33 (Aug. c. Parm. 3, 5, 27) -bit in spe (κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι. VVLG. absque terrore requiescet. *cf.* AVG. *ad l.*). HIL. in Matth. 12, 18 inter gentes (*syn.* versantes). 13, 9 intra saeculum. HIER. epist. 39, 3, 2 in tabernaculo isto mortis (*sim.* PELAG. in II Cor. 5, 1 terrenum corpus, in quo in hoc saeculo adhuc corruptibiliter -amus. GREG. M. moral. 16, 21). VVLG. psalm. 138, 9 in extremis maris. Is. 9, 2 in regione umbrae mortis. 26, 5 -antes in excelso (33, 16). *al.* Ezech. 31, 6 sub umbraculo illius *arboris* -bat coetus gentium. CASSIOD. Didym. in I Ioh. p. 48, 29 passibiliter in rebus sensibilibus -are contendunt (παθητικῶς μεταχειρίζονται τὰ αἰσθητά). SACR. Greg. 108, 1 mente in caelestibus -emus. INSCR. christ. Leblant 413, 7 ambiit ... -are sacris incola tectis (*sc. episcopus esse*). *β specialia*: *de mortuis in sepulcris*: PETRON. 71, 7 eas *domos*, ubi diutius nobis -andum est (CE 1267, 3 aeterna -are domu). DAMAS. epigr. 26 hic -asse prius s(an)c(t)os (CIL IX 2893. INSCR. Not. d. scavi 1919 p. 41 a 6 hic -bimus una). 31, 4 vicina in sede. VVLG. Is. 26, 19 qui -atis in pulvere. *de beatis in caelo* (*cf. p. 2477, 75*): CYPR. eleem. 25 p. 393, 16 illic comparantes domos, ubi inciperent semper -are. epist. 66, 7 p. 732, 10 in paradiso atque in regno caelorum. AVG. civ. 10, 2 p. 404, 29 D. INSCR. christ. Diehl 1824 (*s. V*) caelo. INSCR. christ. Leblant 413, 19 beata[e] mente cum sanctis. *de inferis*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 286 illic pretiosior aetas, aurea progenies -at. *de hominum cum deo communicatione*: ITALA psalm. 26, 4 (Cypr. Fort. 10) -em in domo domini (VVLG. inhabitem. VVLG. psalm. 83, 5). VVLG. deut. 33, 12 amantissimus domini -bit confidenter in eo *eqs.* I reg. 26, 19 -em in hereditate domini (*hebr. aliter*). psalm. 5, 6 iuxta te. 14, 1 in tabernaculo tuo. 90, 1 qui -at in adiutorio altissimi. 139, 14 cum vultu tuo. Is. 23, 18 coram domino. AVG. civ. 17, 12 p. 233, 32 D. APRING. in apoc. 21, 2. *de fidelibus in ecclesia catholica manentibus*: CYPR. epist. 60, 4 p. 694, 17 in domo dei ... -turos esse (69, 5 p. 754, 1. 2 unit. eccl. 8 p. 217, 17 OPTAT. 3, 3 p. 79, 10). OPTAT. 3, 3 p. 78, 14. 3, 7 p. 88, 10 intus -amus. 3, 7 p. 89, 14. 4, 4 p. 106, 10. AVG. civ. 16, 2 p. 122, 5 D. (*ad gen. 9, 27*). CASSIOD. in psalm. 23, 1.

2 *de bestiis*: **a** *proprie* (*cf. p. 2474, 45*): VARRO rust. 3, 17, 8 reside aqua ... -rent pisces *Luculli*. VERG. georg. 3, 430 *anguis* ripis ... -ans. Ov. met. 4, 114. PLIN. nat. 18, 363 *aves* in arboribus -ant. SIL. 4, 684 ramis. MART. 11, 18, 11. 13, 60, 1 in effossis ... antris. 14, 77, 2 *passer in cavea*. GELL. 2, 29, 4 *cassita avis* -at nidulaturque in segetibus. VVLG. psalm. 16, 12 in abditis. 103, 12. Is. 13, 21 -bunt ibi (*in Babylone*) struthiones (*sim.* Ier. 50, 39). 34, 11. 35, 7. ANON. med. ed. Piechotta 113 vermes, qui in corpore -ant. PHYSIOGN. 129 p. 142, 2 *noctua* variis locis -at (*syn.* commoratur). CONC. Matisc. a. 585 (Mon. Germ. leg. 3, 1) 13 p. 170, 12 canes ibi (*in episcopio*) vel accipitres -are. **b** *metaph. et in parabolis*: CATVLL. 69, 6 tibi fertur valle sub alarum trux -are caper. TERT. adv. Val. 2 p. 179, 12 *serpens* (*i. prudentia*) alte (*i. in profundo*) -et. HIER. epist. 22, 13, 1 -et coluber (*sc. diabolus*) in foraminibus *petrarum* (*i. animarum*). VVLG. psalm. 67, 11. Is. 11, 6 -bit (גָּר) lupus cum agno. Ezech. 17, 23 -bunt sub ea (*cedro*) omnes volucres (*sim.* 31, 13. Dan. 4, 9 subter eam. Matth. 13, 32 Marc. 4, 32). *pro sedere* (*cf. p. 2472, 64*): VVLG. Ezech. 32, 4 -are faciam super te (*quasi pisce proiecto*) omnia volatilia. **c** *fere i. q. assidue commorari* (*cf. p. 2475, 73*): VERG. Aen. 6, 599 *voltur Tityi* viscera rimatur ... -atque sub alto pectore.

absolute: Ov. met. 14, 90 (*cf. p. 2474, 5*) Pithecusas, -antum nomine dictas. COLVM. 8, 3, 4 quo commodius -ent *gallinae*. VVLG. Ier. 50, 39 -bunt dracones.

3 *de deo, deis, daemonibus sim.*: **a** *-ant in templis, caelo, in quocumque loco vel re*: *α generatim* (*cf. p. 2477, 82 sqq.*): PLAVT. Persa 819 ille, qui supra nos -at. CIC. Verr. II 4, 111 -are apud sese Cererem Hennenses arbitrantur. nat. deor. 1, 104. div. 2, 40. VERG. Aen. 6, 275 in faucibus Orci ... -ant Morbi. PRIAP. 1, 3 hoc ... sacello. Ov. ars 2, 463 illic (*in concubitu*) ... -at Concordia. met. 4, 774. 8, 79 Frigus iners illic (*in Scythia*) -ant Pallorque *eqs.* 11, 147 *Pan* in antris (STAT. silv. 1, 5, 30). 6, 367 trist. 1, 3, 31 SEN. Phaedr. 211. Tro. 109 -ans ... cavis montibus Echo. CIL IV 1454 hic -at Felicitas (2331. III 5561 AVSON. 33, 2). VAL. FL. 2, 119 *Fama* -at sub nubibus imis. SIL. 15, 202. IVV. 1, 1, 114 Pecunia templo nondum -at. TERT. adv. Prax. 16 p. 257, 24 ille, qui non -at in manu factis (VVLG. act. 7, 48. 17, 24 in m. f. templis). adv. Val. 7 p. 184, 5 in sublimibus. ARNOB. nat. 6, 20 p. 231, 24 in signorum visceribus deos vivere atque -are (*sim.* 6, 21 p. 232, 10 in simulacris praesto sunt atque -ant. PASS. Barth. 5 p. 139, 6. PASS. Thom. p. 157, 14). Ps. (?) MAR. VICTORIN. ad Iust. 9 *Christum* hominis -asse membris (*sim.* HIER. epist. 59, 5, 2 in dominico corpore. 65, 13, 3 in assumptione corporis. AVG. civ. 17, 4

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 210, 24 D.). CLAVD. DON. Aen. 8, 241. 350 VVLG. exod. 25, 8 -bo in medio eorum (29, 45 Ezech. 43, 7. 9 Zach. 2, 10. 11. 8, 3). num. 5, 3 vobiscum (deut. 2, 7. II par. 6, 18 cum hominibus super terram. Ier. 7, 3. 7 apoc. 21, 3). 35, 34 inter filios Israel (*syn.* commorante. PSALT. Rom. 77, 60). deut. 12, 5 *al.* III reg. 8, 12 in nebula. Iob 26, 5. psalm. 2, 4 in caelis (122, 1 apoc. 12, 12 *al.*). 9, 12 in Sion (67, 17 *al.*). 21, 4 tu ... in sancto (*neutr., cf. l. 10*) -as. 77, 60 tabernaculum suum, ubi -vit in hominibus (Ioh. 1, 14 in nobis. NICET. spir. 12 p. 29, 10 [*vergit ad notionem q. e. 'in homine' infra l. 27*] in sanctis suis). 112, 5 qui in altis -at (PROSP. in psalm. 112, 5 id est in sanctis et spiritalibus atque caelestibus. *cf. l. 7*). Is. 33, 5 in excelso. AVG. civ. 3, 8 p. 105, 8 D. *al.* 8, 14 p. 341, 19 *daemones deo* inferius -ant, ... hominibus ... superius. 18, 14 p. 318, 10 D. nec ullum deorum omnino in mundo -are. serm. 213, 4, 4. SACR. Greg. 147, 1 deus, qui virginalem aulam beatae Mariae, in quam -res, eligere dignatus es. *β specialia: de deis stellis*: MANIL. 2, 890 Iuppiter hac -at. 4, 151 PETRON. 39, 5. *mundus vel caelum comparatur domui*: PLAVT. Amph. 863 *Iuppiter*: in superiore qui -o cenaculo. CIC. nat. deor. 1, 22 si, ut deus ipse melius -ret, *mundum luminibus exornavit*, antea ... in tenebris tamquam in gurgustio -verat. TERT. adv. Marc. 5, 6 p. 591, 22 in alieno -at deus Marcionis (nat. 2, 15 p. 128, 5 in a. aut mercedibus -ant. *cf. p. 2472, 82*). adv. Val. 7, 4 p. 184, 3 insulam Feliculam credas tanta tabulata caelorum, nescio ubi illic etiam Valentinianorum deus ad summas tegulas -at. -are super *i. q. protegere*: VVLG. apoc. 7, 15 qui sedet in throno, -bit super illos: non esurient *eqs.*

b *in (cum) homine* (*angelis*): PROP. 2, 12, 17 quid tibi, *Amor*, iucundum est siccis -are medullis *meis*? MANIL. 4, 886 -are deum sub pectore nostro (LVCAN. 10, 336 -ant s. p. *Pothini* manes *Pompei*). SEN. epist. 41, 2 in unoquoque virorum bonorum ... -at deus. ITALA Matth. 12, 45 (Didasc. apost. 58, 22) *spiritus immundi* -bunt in hominem (VVLG. -ant ibi [*sim.* Luc. 11, 26]. TERT. anim. 46 p. 377, 24 HERM. Pal. mand. 5, 2, 5. 5, 2, 6 in unum vas -are [vulg. morari]. *ibid.* ubi quiete et tranquille -et [vulg. -at cum mansueto]. 5, 2, 7 HIL. in Matth. 12, 23 VVLG. Iac. 4, 5). TERT. resurr. 40 p. 83, 14 in interiorem hominem -are Christum (CYPR. domin. orat. 3 p. 268, 11 intus in pectore. epist. 60, 3 p. 694, 12 *al.* HIL. in Matth. 10, 27 in illis Christus et in Christo deus -et. 24, 10 PRISCILL. tract. 1, 25 p. 21, 13. VVLG. Eph. 3, 17 per fidem in cordibus vestris. BARNAB. 6, 14. *cf. p. 2476, 83 sqq.*). ITALA Rom. 8, 11 (Tert. resurr. 46 p. 94, 6) spiritus eius (*dei*) ... -at in vobis (CYPR. ad Don. 15 p. 15, 25 domum ... hanc ..., in qua s. sanctus coepit -are. epist. 69, 15 p. 765, 4 HIER. epist. 14, 4, 2 VVLG. Rom. 8, 9. 11 I Cor. 3, 16 NICET. spir. 18 p. 34, 9. *cf. p. 2478, 3*). CYPR. domin. orat. 11 p. 274, 14 dominum in nobis (epist. 75, 3 p. 811, 28 HIER. epist. 141, 1. AVG. civ. 17, 5 p. 217, 15 D. in corde credentis). CYPR. patient. 16 p. 409, 4. HIL. in Matth. 10, 28 -antem ... in propheta. in psalm. 123, 9 deum in nos -antem. PRISCILL. tract. 7, 113 p. 83, 8 AMM. 20, 5, 10 *genius*: tecum non diutius -bo. HIER. in Ier. 3, 31, 1 VVLG. psalm. 5, 12. *al.* AVG. civ. 8, 21 p. 352, 17 D. *al.* *adde*: AVSON. 11, 7 auribus in vestris -o penetrabilis Echo.

absolute: **a** *supplendo loco*: MANIL. 2, 108 in *hominem* unum (*i. solum*) descendit deus atque -at. SIL. 11, 457 superis -are dedisset Olympum (*cf. p. 2475, 29*). OPTAT. 4, 6 p. 110, 15 per baptismum intrat deus et -at. *ibid.* p. 110, 18. HIL. in Matth. 12, 23 ad -andum non receptus sit Christus (VVLG. II reg. 7, 5 domum ad -andum. I par. 17, 4). VVLG. psalm. 67, 17 dominus -bit in finem (*sc. in monte*). AVG. in epist. Ioh. 4, 1 e corde foras misso invasore -et redemptor. **b** *de modo* -andi: OV. fast. 5, 554 debebat in urbe non aliter ... Mars -are. RVT. NAM. 1, 96 sic (*sc. magnifice*) -are deos. SACR. Greg. 115, 2.

4 *de rebus* (*translate*): **a** *-ant res corporeae*: *α generatim*: MANIL. 1, 75 *tum* in desertis -bat montibus aurum. 1, 133 *flammae* -ant per omne corpus. OPTAT. 6, 1 p. 143, 19 *super altare* corpus et sanguis Christi -bat (p. 143, 22). VVLG. II reg. 6, 11 -vit arca domini in domo ... tribus mensibus (11, 11). Ier. 10, 17 *Ierusalem*, quae -as in obsidione (Zach. 14, 10 -bit in loco suo). Ezech. 36, 17. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 486 quattuor umores *corporis* -ant vel dominantur in suis locis. *β specialia: per prosopopoeiam de locis fere i. q. situm esse* (*cf. p. 2479, 19*): PLIN. nat. 2, 171 quo tandem amplitudinis spatio credetur -are *oceanus*? *cf. q. seq.* HIER. in Ier. 2, 84, 2 regio Saracenorum, quae -at (qui -ant *pars codd.*) in solitudine. VVLG. Ier. 51, 13 *Babylone*, quae -as super aquas multas (*sim. de urbibus*: Ezech. 16, 46. 26, 17. 27, 3 Nah. 3, 8). *de corpore hominis in caelo -ante* (*cf. p. 2476, 26*): RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 3 corpus ... spiritale, quod -are possit in caelis. AVG. civ. 22, 11 p. 585, 9 p. 586, 25 D. p. 587, 33. *res assidue commorantur* (*cf. p. 2475, 73*): CIC. Phil. 12, 2 fautores Antoni, quorum in voltu -ant oculi mei.

absolute: *de urbibus* (*cf. supra l. 73*): VVLG. Ier. 33, 16 Ierusalem -bit confidenter. Soph. 2, 15 in confidentia.

b *-ant res incorporeae*: *α generatim* (*cf. p. 2476, 71 sqq.*): CIC. Mil. 98 omnibus in terris ... -bit nominis mei gloria. Tusc. 5, 69 animum cum his -antem ... curis (VAL. MAX. 6, 9 ext. 1 peregrinatus est huius animus in nequitia, non -vit). Att. 2, 9, 2 ubi sit -ura invidia (VAL. MAX. 8, 1 damn. 1 in ... inclytis cognominibus). MANIL. 2, 65 spiritus unus per cunctas -et partes *mundi*. 4, 266 mille sub hoc (*Aquario*) -ant artes. VAL. MAX. 4, 3 pr. quo istae ... pestes penetrarunt ..., vis -at. 7, 2 ext. 2 luctus sub his tectis. 9, 1, 6 in isdem penatibus diversa saecula (*sc. pater et filius. aliter*: CLAVD. 22, 446 hic [*annorum in antro.* his *Heinsius*] -ant ... saecula certa locis). 9, 5 ext. 2 *Xerxis* in nomine superbia et impotentia -at. SEN. epist. 90, 10 sub marmore atque auro servitus -at. VAL. FL. 4, 145 mors -at saevaeque hoc litore pugnae. SIL. 3, 488 iugis *Alpium* -at ... hiems. OPTAT. 2, 15 p. 50, 17 pax ... apud omnes christianos populos -bat. 6, 6 p. 154, 11. HIER. epist. 22, 1, 1 anima -et in regione viventium (VVLG. psalm. 93, 17 in inferno. PSALT. Cas. 119, 6 -vit sibi anima mea cum odientibus pacem [שָׁכְנָה־לָּה VVLG. incola fuit]. AVG. civ. 21, 27 p. 550, 27 D. CE 2207, 1 Lupus anemola ic -at). VVLG. exod. 24, 16 -vit gloria domini super Sinai *eqs.* deut. 16, 2 ut et nomen eius ibi (16, 6. 11 *al.* Is. 57, 15). prov. 8, 12 ego sapientia -o in consilio. Sirach 24, 7. Is. 1, 21 iustitia -vit in ea *civitate*, nunc autem homicidae. 32, 16. *al.* *β speciatim de anima, virtutibus, vitiis sim. in (cum) homine* -antibus: NAEV. com. 49 animae pauxillulum in me -at (VERG. Aen. 11, 409 -et tecum. OV. met. 15, 159. HIER. epist. 59, 3, 2 in corpore). CIC. de orat. 3, 138 *Periclis* in labris ... leporem -asse (*cf.* Brut. 59 Suadam ... sessitavisse. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2). fin. 2, 92 qui potest ... -are in beata vita ... metus? Tusc. 1, 67 animus ubi -et (SEN. epist. 65, 21. PLIN. nat. 11, 145 in oculis a. -at). 3, 83 *aegritudinis nomen* cum sapientia esse atque, ut ita dicam, -are nullo modo possit. 5, 111 voluptates in ... sensibus. nat. deor. 2, 141 gustatus ... -at in ea parte oris *eqs.* Att. 4, 16, 2 locus ille animi nostri, stomachus ubi -bat. PVBLIL. F 19 fulmen est, ubi cum potestate -at iracundia. MANIL. 5, 154 -at sub pectore caeco ambitio (VAL. MAX. 5, 5, 2 in eo p. pietatem. PS. QVINT. decl. 12, 28 p. 245, 4 PANEG. 11 [3], 24, 2). SEN. epist. 113, 3. PLIN. nat. 11, 182 ibi (*in corde*) mens -at (OPTAT. 5, 4 p. 128, 15. GREG. M. moral. 12, 62 in cogitatione). ITALA eccl. 10, 4 (Filastr. 131, 6) in te -et (ἀναβῇ ἐπὶ σέ, VVLG. *aliter*) *spiritus inimici tui.* Col. 1, 19 (Tert. adv. Marc. 5, 19 p. 644, 3; *sim. al.*) plenitudinem in semetipso -are (κατοικῆσαι, VVLG. inhabitare). TERT. adv. Marc. 5, 14 p. 622, 18 (*ad Rom. 7, 23*) legem peccati -antem in membris suis. pudic. 17 p. 257, 10 -are bonum in carne sua (VVLG. Rom. 7, 18 *gr.* οἰκεῖ). resurr. 46 p. 95, 2 -are ... peccatum ... in corpore nostro (VVLG. Rom. 7, 17 in me [ἐνοικοῦσα]. 7, 20 [οἰκοῦσα]. *al.*). COMM. instr. 2, 39, 3 simplicitas, bonitas -et in corpore vestro (PALLAD. hist. mon. I 10 p. 286ᴬ quod -ret in eo ... s. [ὢν ἁπλοῦς]). HERM. Pal. mand. 5, 2, 3 aequanimitas -at (κατοικεῖ) cum eis (*sim.* vulg.). CLAVD. DON. Aen. 7, 813 in femineo sexu Martis -are virtutem (FVLG. Theb. p. 182, 8 in ... anima virtutes tamquam ... cives ... -ant[ur?] et locantur [*cf. p. 2474, 2*]. POMER. 3, 19, 1). FVLG. virg. cont. p. 88, 6 fortuna in sensu -at sapientis (αἴσθησιν ... κατοικεῖ). VVLG. Col. 3, 16 verbum Christi -et (ἐνοικείτω) in vobis abundanter. II Tim. 1, 5 fides -vit (ἐνῴκησεν) primum in avia tua. *al.*

absolute: OV. met. 11, 602 muta quies -at (*sc. in antro*).

B *transitive* (QVINT. inst. 1, 4, 28 *est* tertius modus, ut 'urbs -atur' *eqs.* SERV. Aen. 1, 452 '-are casas' accusativo iunxit, quia 'habeo domum' dicimus, unde est -o frequentativum [*sim.* ecl. 2, 28]. SCHOL. Verg. Veron. ecl. 6, 2 silvas -are antiqua consuetudine sic ... ut Graeci dicunt πλέειν τὴν θάλασσαν, et alibi Vergilius '... currimus aequor'. ARVS. gramm. VII 477, 4 *sqq.* -o illam rem, Verg. ... [*v. infra l. 67*]. -o illa re, idem ... [*p. 2473, 63*]. -o ibi, idem ... [*p. 2473, 67*]. -antur illis illa loca, idem ... [*infra l. 75*]. -ant in illo loco, Ter. ... [*v. p. 2473, 27*]. -at ad haec loca, Verg. ... [*p. 2473, 64*]. ADNOT. Lucan. 5, 87. PRISC. gramm. III 315, 5 nos: -at Romam [AVIEN. carm. ad Nort. 4] et Romae [*cf. p. 2473, 59*]. *cf. Wackernagel, Syntax I 142; Schmalz-Hofmann p. 376. constructiones mixtas, et intrans. et trans. v. p. 2479, 20 sqq. 27. 55. 56. 58*): **1** ***de hominibus***: **a** *proprie*: *α generatim* (*plerumque passive; figuram etym. v. p. 2479, 26*): CIC. Verr. II 4, 119 colitur ... ea pars Syracusae urbis et -atur frequentissime (LIV. 24, 3, 2 post vastitatem ... vix pars dimidia -batur. MELA 1, 2 *al.*). VERG. ecl. 2, 29 sordida rura atque humiles -are casas (COLVM. 12 praef. 10 *domini quondam* non solum coluerant, sed -verant r. LVCAN. 7, 395 rus vacuum, quod [quo *pars codd.*] non -et *senator*. PLIN. nat. 19, 51. COD. Theod. 12, 18, 2 = Iust. 10, 38, 1 [*c. a. 396*] rus -andi causa. 12, 18 tit. *vix huc referendum p. 2475, 9*). 2, 60 *v. p. 2479, 48.* georg. 3, 340 -ta mapalia. Aen. 3, 106 centum urbes -ant (*cf.* SERV. *ad l.* LIV. 40, 3, 4 u. tradidit -andas. MELA 1, 60. 103. 116. 2, 34 PLIN. nat. 5, 60 TAC. Germ. 16 *al.*). Aen. 3, 398 -antur moenia Grais (TIB. 2, 5, 24). LYGD. 4, 92 culta et duris non -anda domus (STAT. silv. 4, 2, 60 QVINT. decl. 337 p. 329, 2. ITALA gen. 25, 27 [AVG. civ. 16, 37 p. 184, 3 D.] *Iacob* homo simplex -ans domum [οἰκῶν οἰκίαν. VVLG. in tabernaculis]. *al.*). OV. epist. 1, 66 quas -as terras? (MELA 1, 23 vagi habent potius t. quam -ant. PANEG. 2 [10], 13, 2 VVLG. lev. 20, 22 *al.* *de universa terra*: MELA 3, 67 FILASTR. 95, 3. 96, 2 *al.*). OV. met. 3, 9 quae sit tellus -anda (13, 430 PETRON. 5, 13 *al.*). trist. 1, 1, 127 nobis -bitur orbis ultimus. LIV. 1, 30, 1 frequentius -retur *Caelius mons*. 1, 43, 13. 1, 44, 5 spatium, quod neque -ari neque arari fas erat. 5, 51, 3 *cum* arcem di-

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que et homines Romani tenuerint -verint (*cf. Roßbach, Phil. Woch. 1920 p. 701*). 21, 30, 7 *Alpes* -ari, coli. 24, 3, 3 procul eis, quae -bantur. 26, 16, 9 -ari tantum ... Capuam *eqs.* (31, 29, 11 crudelius -anda *eqs.*). 27, 30, 3 locus est, quondam frequenter -tus (COD. Theod. 11, 31, 5. 16, 3, 1 *al.*). MANIL. 1, 219 laterum *terrae* tractus -ant *illi homines.* SEN. dial. 6, 26, 6 quidquid -atur. Thy. 1049. Tro. 814. *sim. al.*

β part. praes. et qui -a(n)t *pro subst.*: -antes: TAC. Agr. 11 rutilae Caledoniam -antium comae. ITALA iud. 1, 30 (Lugd.) Zabulon non abstulit -antes Chebron (VVLG. habitatores). 1, 32 (Lugd.) -antes terram (VVLG. Ier. 6, 12. *de universa terra*: VVLG. Soph. 1, 18 cunctis -antibus t. Zach. 11, 6). *al.* qui -a(n)t: ITALA Ios. 10, 6 (Lugd.) (VVLG. habitatores). 24, 18 (Lugd.) terram (VVLG. habitatorem. VVLG. Is. 21, 14 PROSP. in psalm. 105, 39. *de universa terra*: ITALA Is. 9, 2 [Tert. adv. Marc. 4, 7 p. 434, 15] qui -atis t. [VVLG. habitantibus]. VVLG. psalm. 32, 14 Sirach 36, 19). *al.*

γ -ta *pro subst. reddit gr.* οἰκουμένη (-tum *subst. v. p. 2472, 45*): HIER. epist. 140, 6, 6 οἰκουμένη, quam nos -tam transferre possumus. in Is. 13, 5 p. 238. 13, 11 p. 172. GLOSS. V 459, 20.

δ -ari *notione evanida fere i. q. situm esse* (*cf. p. 2477, 70*): MELA 2, 60 urbium, quae procul a mari -antur. PLIN. nat. 2, 184 insula haec ... in amne Nilo -atur (*sim.* 5, 59). 4, 11 in medio hoc intervallo ... -atur colonia Corinthus. 5, 107 *Halicarnassus* -atur inter duos sinus. 6, 138. AVIEN. ora 477 -ta pridem hic civitas. orb. terr. 1068 dehinc -atur Elais. AMM. 23, 6, 41 post haec confinia litoribus proxima Persis -atur antiqua.

ε in figura etymologica (*secundum graeca*): ITALA exod. 12, 40 (Hier. chron. a. Abr. 78) habitatio ..., quam -verunt in Aegypto et in terra Chanaan ... an. CCCCXXX (VVLG. qua manserunt). Ezech. 28, 2 (Weing.) habitationem dei -vi (VVLG. in cathedra dei sedi).

b *translate*: PROP. 2, 13, 4 *Amor iussit me* Ascraeum sic -are nemus *eqs.* APVL. met. 6, 32 (*cf. Lucian. 25* συνοικεῖν) mortuae bestiae ipsa *virgo insuta* vivens ventrem -bit. AVSON. 470, 42 pectoris ... nostri sedem colis, ... Syagri, communemque -as, alter ego, Ausonium. INSCR. christ. Diehl 3429 (*a. 392*) ⟨no⟩n tamen haec tristes -at ... sedes (3441 caeli sedes). PAVL. NOL. carm. 17, 297 dum graves istos -amus artus. AVG. epist. 140, 30 p. 181, 6 caelum. CASSIOD. in psalm. 23, 1 ille solus ecclesiam -at, qui ... perseverat. CIL III 406 Elysios campos -ans. INSCR. christ. Rossi II p. 121, 1 nec modo Tartareas patitur -re tenebras *eqs.*

2 ***de bestiis***: HOR. epod. 16, 19 *Phocaeorum civitas* -anda ... fana apris reliquit et ... lupis. PANEG. in Mess. 164 nec exustas -ant animalia partes (Ov. hal. 49 silvas). Ov. met. 1, 74 -andae piscibus undae. SIL. 6, 154 serpens ... letalem ripam et lucos -bat Avernos. STAT. silv. 3, 1, 169 lustra -ta feris (PANEG. 4 [9], 18, 1 urbes. CLAVD. DON. Aen. 1, 308). IVVENC. 2, 819 (*ad Matth. 13, 32*) *plumea turba possit* umbras -are virentes.

3 ***de deo, deis, daemonibus sim.***: **a** *-ant templa, caelum, loca varia* (*cf. p. 2478, 84*): VERG. ecl. 2, 60 -arunt di quoque silvas Dardaniusque Paris (6, 2 [silvis *un. cod.*]. MART. CAP. 2, 167 s. nemora lucos lacus fontes ac fluvios). Aen. 8, 352 hoc nemus, hunc ... collem ... -at deus. Ov. met. 1, 195 *semideos* terras -are (SEN. Phaedr. 295). 15, 687 -ta ... templa (SIL. 14, 673 incolere atque -are). trist. 5, 3, 21 nec patria est -ta tibi, *Bacche.* MELA 1, 75 specus -ari a diis. 2, 69 petrae, quas Sirenes -arunt (CLAVD. carm. min. app. 1, 3 S. saxa fretis -bant). 2, 120. LVCAN. 5, 87. 9, 7 qua ... conectitur axibus aer, quodque (quaque *Lact.*) patet terras inter lunaeque meatus, semidei manes -ant (10, 73 Pompeianis -ta manibus aula. SIL. 13, 524 hic tenebras -ant ... quondam populi). SIL. 2, 654 urbs -ta diu Fidei. 7, 434. 12, 527. 13, 709. STAT. silv. 3, 1, 182 (*Hercules*:) nec mihi plus ... -bitur Argos *eqs.* 4, 3, 74 *Volturnum* ripas -are nescientem. Ach. 1, 76. MART. 9, 43, 12. 10, 28, 3. ITALA I Tim. 6, 16 (Tert. adv. Prax. 15 p. 255, 11) *qui* lucem -at inaccessibilem (VVLG. inhabitat). SOL. 45, 4. AVSON. 157, 36 mala somnia, ... lunares -ate polos. 157, 43. 174, 11 divina -at si portio (*sc. anima*) manes. VVLG. Is. 57, 15 -ans aeternitatem. Bar. 4, 35 *Babylon* -bitur a daemoniis. MEROB. Christ. 20, 5 virgineos -are sinus. DIONYS. EXIG. Procl. or. 5 -ans viscera Christus. **b** *-ant homines*: SIL. 15, 337 -ta Gradivo pectora. STAT. Theb. 12, 494 *Clementia* mentes -are et pectora gaudet. HIER. epist. 140, 6, 6 (*ad Ioh. 14, 23*) -ta ... est anima, non deserta *eqs.* AVG. in epist. Ioh. 4, 1 -are ... vult diabolus corda hominum. serm. Denis 25, 2 (coll. Morin p. 156, 24). PROSP. in psalm. 112, 5. 138, 13.

4 ***de rebus*** *sc. transl.*: **a** *-at res corporea*: *α generatim*: MANIL. 1, 853 ignes, qui ... -ant ... nubes. 4, 302 -antur sidera signis. 4, 664 angues -taque membra veneno. 5, 285 -atur (habeatur *var. l.*) spica ... frugibus. SIL. 8, 416 -ta pruinis Nursia. STAT. silv. 2, 3, 5 arbor incurvata vadis ceu ... -et ... radicibus amnem. MART. 1, 3, 1 *parve liber*, Argiletanas mavis -are tabernas. *β regiones* -antur *domibus, oppidis sim.*: HOR. epist. 1, 14, 2 *agellum* -tum quinque focis. SEN. Tro. 826 Olenos tectis -ta raris. CVRT. 8, 2, 14 regio -atur ... pluribus ac frequentibus vicis. MELA 1, 28 regio ... parvis oppidis -atur (PLIN. nat. 3, 146 *deserta Boiorum* colonia Sabaria et oppido Scarabantia Iulia -antur. 5, 125). 2, 112 centum ... urbibus -ta Crete (PLIN. nat. 5, 132 TAC. hist. 5, 7). *adde*: AMM. 21, 10, 4 ut *planities* nullis -etur obstaculis ad usque fretum.

b *-ant res incorporeae*: MANIL. 1, 760 dignata ... nomina caelo corporibus resoluta ... suumque -antia caelum. AVIEN. ora 441 terror ex feris -at freta. CAEL. AVR. acut. 2, 10, 61 *somnus* et cetera, quae corpus passione -ari demonstrant. 3, 8, 87 nervos, qui tunc summo atque attento sensu -antur. BOETH. cons. 3, 10 carm. 3 terrenas -ans libido mentes. *nota*: AVG. ord. 1, 3, 6 p. 125, 5 adulescentes praeceptum habebant, ut aliquid et praeter codices secum agerent et sese -are consuefacerent animum.

syntactica: *substantiva pendent*: **1** *per* in *c. abl. p. 2472, 68 sqq.* **2** *pro quo vulgariter* in *c. acc. p. 2472, 76. 2473, 7. 80. 2477, 15. 32. 33. 36.* **3** *per abl. loci nudum p. 2472, 74. 75. 79. 80. 84. 2473, 2. 3. 9. 13. 15. 17. 45. 53. 64. 66. 67. 69. 72. 2474, 2 et saepe.* **4** *per locativum p. 2472, 72. 2473, 22. 54. 55. 57 bis. al.* **5** *per acc. p. 2472, 53 sqq. 2478, 51 sqq.*

iuncturae: -are coepi: SVET. Nero 31, 2 ITALA Ios. 17, 12 (Lugd.) iud. 1, 35 (Lugd.) HERM. Pal. sim. 8, 7, 5 CYPR. ad Don. 15 p. 15, 25 VVLG. gen. 16, 3 IV reg. 17, 25. -are facio: ITALA gen. 3, 24 (HIER. epist. 51, 55) VVLG. gen. 47, 6 num. 14, 30 deut. 2, 21 IV reg. 17, 26 II par. 8, 2 I Esdr. 4, 10. 6, 12 Ier. 32, 37. 42, 12 Ezech. 32, 4. 36, 11 GREG. M. epist. 9, 147 p. 149, 12.

composita: adhabito, cohabito, inhabito, posthabito.

derivata: habitabilis, habitaculum, habitatio (-tiuncula), habitator (-trix), habitatorium, [habitatus]. *Brandt.*

1. GLOSS. III 307, 43 ἐργαστηριαρχης **habitor** (*sic m. 2*, -etor *m. 1, item* 518, 4). *cf.* 307, 47 ἐργαστηριαρχης massarius (518, 7).

? **2. habitor** hauritor GLOSS.[L] II Abav. HA 6 *et* 24 (*de textu v. infra s.* hauritor).

? **3. habitor,** -ārī *dep., v. p. 2478, 46.*

habituātīvus, -a, -um *ab* habitus. BOETH. top. Arist. 2, 3 p. 931[D] cuius sunt effectiva et conservativa, ut sanativa sanitatis, -a habitudinis (*Arist. top. 2, 9 p. 114ᵃ, 31* ἑνεκτικά). *adv.* -ē *ibid. infra*: sanative, habit⟨u⟩ative (*gr. ibid. l. 34* ἑνεκτικῶς *add. C*). *cf. s. v.* habilis *p. 2462, 71.*

˟habitūdo, -inis, *f. ab* habeo, habitus. *de originatione*: DON. Ter. Eun. 315 'si qua est habitior': inde et -o dicitur. *de notione*: GLOSS. σχέσις. ἕξις. -e habitu. -es geberu (*anglosax.*). *cf. l. 45. 50. p. 2481, 34.* NOT. Tir. 95, 51. *plur.*: *v. l. 51. 61. p. 2481, 41. 53. scribitur* habe-: ORIBAS. syn. 5, 14[extr.] *legitur apud* TER., RHET. Her. *singulis locis, post hos demum apud* APVL. *11[ies]*, CAEL. AVR. *16[ies]*, BOETH. *fere 40[ies]*, *in summa in nostris schedis fere 150[ies]*. [*ex graeco male verso versum*: ITALA Dan. 7, 15 (Aug. civ. 20, 23) horruit ... spiritus meus ... ⌊in -e mea⌋ (*gr.* ἐν τῇ ἕξει μου, ITALA Lucif. non parc. 30 in habitu meo, *om.* VVLG.).]

1 *i. q. qualitas*, ἕξις: **a** *rerum*: *α corporis*: PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 223[b] (p. 101 M.) -o habitus corporum. GLOSS.[L] V Abba HA 4 conpositio corporis. Corp. H 21 fortitudo (GLOSS. V 364, 42). AVG. divers. quaest. 73, 1 habitum corporis, secundum quem dicimus alium alio esse suculentiorem vel validiorem, quae magis proprie -o dici solet. TER. Eun. 242 qui color, nitor, vestitus, quae -ost corporis! ([*Gloss. V 534, 55* pinguities. *cf.* CAPITOL. Pert. 12, 1 fuit ... -e c. pinguiore]. APVL. apol. 14 varias. Plat. 1, 1[in.] Platoni -o c. cognomentum dedit. met. 1, 23 speciosa. 2, 13 qua ... c. -e praeditus ... est? TERT. resurr. 55 p. 115, 7 eandem ... -em c. etiam in gloria perseverare [AVG. civ. 22, 14[tit.]. *cf. l. 67. 81*]. CYPR. Fort. praef. 3 p. 318, 15 pro -e staturae et c. CLAVD. DON. Aen. 5, 375 incessum ... et -em c. *al.* VVLG. gen. 41, 4 *boum* mira species et -o corporum erat. PS. SORAN. quaest. med. 56 ἕξις *est* c. -o. 57 et σχέσις -o c. dicitur. *et saepe al.*) RHET. Her. 4, 10, 15 corporis bonam -em (AMBR. off. 1, 45, 220. PS. SORAN. quaest. med. 198 εὐεξία *est* bona aut proba valitudo vel -o corporis. 199 καχεξία *est* mala corporis -o [CASS. FEL. 32. 43 p. 105, 16. 75 p. 179, 17 in cachexies, id est corporum malis -bus]. CAEL. AVR. chron. 5, 11, 131 bonam -em *i.* cum modica carne fortitudinem). APVL. met. 2, 8 *non* prius inde discessi, quam diligenter omnem *Fotidis* explorassem -em. apol. 4 *mihi* continuatio ... litterati laboris ... -em tenuat, sucum exsorbet. ITALA Hab. 3, 16 (Aug. civ. 18, 32) turbata est -o mea (ἡ κοιλία μου). TERT. resurr. 51 p. 106, 13 demutabimur; de qua -e, nisi in qua deprehendemur (*cf. l. 53. 81*)? anim. 24 differentiae corporum ... pro magnitudine, pro -e, pro aetate (MARCELL. med. 3, 8). SPART. Hadr. 26, 1 statura fuit procerus, ... -e robusta. AMBR. Noe 6, 15 quam ἕξιν Graeci dicunt (CAEL. AVR. chron. 3, 6, 80 cachexia nomen sumpsit a corporis habitu malo: κακίαν enim vitium ... Graeci vocaverunt, ἕξιν -em). VINC. VICT. Aug. anim. 4, 14, 20 exterioris hominis. AVG. pecc. mer. 1, 3, 3 talem ... -em *sc.* statum, quo sine defectu esset annosus. MACR. Sat. 7, 16, 18 *calor* nimius ... -em carnis extenuat. OROS. hist. 5, 7, 4 ipsa qualitate -is suae apparatus *hostium praecellunt.* CAEL. AVR. acut. 1, 6, 50 naturali. 1, 14, 113 athleticam. 3, 5, 52 qui -e vigent (*opp.* tabidos). 3, 17, 159 -e robustos. 3, 8, 85 primaevo corpore et -e vigenti. chron. 3, 5, 75. 5, 11, 130 ἐπίδοσιν vel εὐεξίαν ..., hoc est -is augmentum. 3, 8, 114. 4, 1, 11. ORIBAS. syn. 6, 21, 11 si denudatum vestimentis consideris ventris -em (τὰ κατὰ τὴν γαστέρα). *in serm theol.*: AVG. in psalm. 68 serm. 1, 4[in.] converti in -em caelestem (doctr. christ. 1, 20, 19 c. Faust. 24, 2 p. 723, 15). 143, 9[in.] corpus transfertur in -em angelicam et in caelestem subvolat qualitatem. gen. ad. litt. 6, 26 p. 198, 7 in spiritalem -em corpus *hominis*

[*Bulhart*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mutaretur. *cf. p. 2482, 44.* *corporis partium*: LACT. inst. 6, 9, 9 et figura et -e *membrorum corporis* (AMBR. serm. 39, 2 -o membrorum. PASS. Polycarp. 7, 2 [ed. Zahn 1876] cum mirarentur in his annis ... tantam -em esse m.). opif. 13, 5 ne indecens -o deformaret pedes (CAEL. AVR. acut. 2, 9, 39 -e fortes). *mentis, animae, animi*: CAEL. AVR. acut. 1, 11, 98 mentis laxata -o *phreneticorum*. VINC. VICT. Aug. anim. 1, 5, 5 *anima* per carnem priscam reparat -em. CASSIOD. art. 3 p. 1203[B] *Plato et Aristoteles dicunt* artem esse -em operatricem contingentium, quae se et aliter habere possunt, disciplina vero ... de his agit, quae aliter evenire non possunt.

β aliarum: APVL. mund. 22 hic ... mundus ... valenti -e, pubertate iuvenali. Plat. 1, 16 *cibum* in *sanguinis* -em versum. ARNOB. nat. 4, 6 *Lateranus deus* -em fictili⟨bu⟩s contribuit vasculis, ne flammarum dissiliant vi victa. RHET. min. p. 591, 25 praeter haec *sc. aequivoca, univoca, multivoca, diversivoca* quinta invenitur -o rerum *i. denominativorum.* FAV. EVL. p. 21, 13 *chordarum* pari -e facta. VVLG. II Macc. 15, 13 virum aetate et gloria mirabilem et magni decoris -e circa illum (μεγαλοπρεπεστάτην εἶναι τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεροχήν).

b *morum*: DIOM. gramm. I 436, 22 cum aut senis temperamentum aut iuvenis protervitas aut qualitas cuiusque personae ostendenda est et mores cuiusque -is exprimendi. AVSON. 419, 64 cuius ... umquam ... -o cohibitior aut familiaris habitus condecentior *fuit*? (PS. AVG. serm. 188, 6 *lupus* quod non tam ad inferendam venisset iniuriam quam ad augendam miraculi pompam, quadam sui -e stupidus indicabat). AMBR. in psalm. 35, 1, 1 in *iustitia* simplex -o naturae, in *iniustitia* fallax versutia nequitiae. HESYCH. in lev. 13, 3 p. 934[D] quaedam -o vel potentia ... vel bonum ... de quibus habitibus *Paulus dicit* (*I Cor. 7, 17*) 'unicuique sicut dominus dividit' (*fere i. q. indoles, virtus. cf. p. 2483, 55 al.*).

2 *i. q. status* (*cf. l. 37*): HESYCH. in lev. 13, 20 p. 941[C] in -e peccati factus est *i. peccator factus est.* BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 231, 20 mortem vel huiusmodi -em corporis. *i. q. gradus dignitatis*: ENNOD. opusc. 5, 27 p. 400, 22 *uxor* religiosae mecum -is decora partiretur.

3 *i. q. vestitus*: GLOSS.[L] III Abstr. AB 43 habitus corporis vel cultus (custus *cod.*) vestium (*sim.* 201, 15. GLOSS. V 206, 26). APVL. met. 11, 15 ad religiosam istam -em (*cf.* 14[extr.] superiorem exutus tunicam supertexit me. *an ad 2?*).

4 *i. q. relatio ad aliquid*, σχέσις: BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 46, 6 in veritate atque falsitate nihil aliud reperitur nisi quaedam opinionis -o ad subiectam rem. categ. 2 p. 212[B] non esse quantitatis, quod sursum dicitur et deorsum, sed potius -es, quas Graeci σχέσεις vocant. Porph. isag. p. 30, 10 haec ... habent duas -es, eam quae est ad superiora, ... et eam quae est ad posteriora (*p. 5, 7* ἔχει δύο σχέσεις. in Porph. comm. sec. 3, 5 p. 212, 4. 213, 11. 2, 3 p. 177, 3 *Scipiadae* ad Romulum et ad ceteros Romanos secundum Romuli -em iuncti sunt). p. 26, 5 Romanorum dicitur genus ab *Romuli* -e ... et multitudinis *eqs.* (*p. 1, 20* ἐκ τῆς ἀφ' ἑνὸς σχέσεως. in Porph. comm. sec. 2, 2 p. 172, 2). in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 87, 10. 1, 21 p. 65, 6 ut praeter (*i. sine*) ad se invicem -em genera et species esse non possint. 1, 22[in.] 1, 13 p. 35, 21. 1, 24 p. 72, 4. 12. 2, 1 p. 86, 13 sec. 5, 1 p. 28, 19 arithm. 1, 1 p. 8, 6. 1, 19 p. 39, 21. 1, 28 p. 58, 9 sesquitertiae -is (p. 58, 23 superpartiens. 2, 37 p. 133, 27 sesqualteram. 2, 51 p. 166, 21). *al.* CASSIOD. art. 3 p. 1169[A] astronomia ... -es stellarum circa se et circa terram ... percurrit (p. 1203[C] in psalm. 148 concl. ISID. orig. 2, 24, 15). MVTIAN. Chrysost. hom. 24, 3 p. 388[in.] -o quaedam est servo ad dominum et transit ignominia ab illo ad illum (*p. 170*[in.] σχέσις ... πρὸς τὸν δεσπότην).

huc pertinere videtur usus vocis in sermone theol., ubi disceptatur de dei et hominis naturis in Christo sive vere unitis sive per -em (σχετικῶς) *copulatis*: CONC.[S] I 5 p. 260, 13 unita sunt secundum naturam, hoc est non per -em, sed secundum veritatem ([*I 1, 6 p. 148, 33* σχετικῶς]. 267, 36 non per -em fecit inhabitationem [*I 1, 6 p. 127, 30* σχετικήν, *I 5 p. 154, 21* σχετικαm]). 261, 5 *unitas* non vera est et per -em profertur ([*I 1, 6 p. 120, 2* σχετικήν, *I 5 p. 149, 22* σχετικα]. 261, 1 adsumpsit hominem, per -em ei copulationem donando [*I 1, 6 p. 119, 23* σχετικήν, *I 5 p. 149, 19* σχετικῶς]. 260, 10 [*I 1, 6 p. 118, 19* σχετικῶς]. 255, 28 [*I 1, 6 p. 113, 22* σχετικήν]. 257, 30 [*I 1, 6 p. 115, 19* σχετικῶς = *I 5 p. 147, 3*]. I 3 Rustic. p. 200, 19 [*I 1, 4 p. 27, 8* σχετικῶς, *male* per affectum *vers. Tur., Dionys. Exig. Conc.*[S] *I 5 p. 304, 19* secundum affectionem]). *cf. s. v.* habitus *p. 2486, 48.*

adnom.: APVL. met. 1, 20 tu ..., vir, ut habitus et -o demonstrat, ornatus, accedis huic fabulae? 9, 39 ut indicabat habitus atque -o, miles.

syn.: habitus: *l. 27. p. 2480, 71.* natura: ORIBAS. syn. 1, 9, 2. 5, 14, 5. qualitas: *l. 20. p. 2480, 83.* status: *p. 2480, 73.* valetudo: *p. 2480, 59.* ἕξις: *p. 2480, 57. 70. 72.* σχέσις: *l. 41. 43. 47. 53. p. 2480, 57. cf. l. 62 sqq.*

habitum, -ī, *n. v. p. 2482, 5.*

habituor, -ārī *ab* habitus. *i. q. aliquo habitu affectum esse*: CAEL. AVR. acut. 3, 8, 87 nervos, qui tunc summo atque attento sensu -⟨u⟩antur. chron. 1, 4, 79 si qualibet passione affecta malo succo atque corpore -ari videatur: hoc Graeci καχεξίαν vocaverunt. 4, 8, 109 aegrotantium vires nunc debilitate, nunc fortitudine -antur.

? **habiturio,** -īre. *si recte traditum est, cf. c.* habere. PLAVT. Truc. 150 non aruos hic, sed pascuost ager: si arationes -is (*codd., probant Goetz-Schoell 1895, Lindsay cum aliis,* habituru's *Schoell 1881, Leo alii*), qui arari solent, ad pueros ire meliust.

(ha)ema, -tos *n.*, *αἷμα.* *ubique scribitur* ema. CASS. FEL. 39 p. 86, 2 cum sanguinis supernae educationis reiactatione, quam Graeci -tos anagogen vocant (39 p. 89, 12. 40 p. 90, 14 GLOSS. III 600, 34). *in nominibus herbarum*: PS. APVL. herb. 10 l. 15 H.-S. *artemisiam dicunt* profetae -a antropu (GLOSS. III 562, 3. *Ps. Diosc. Vind. 3, 113 p. 125, 8 αἷμα ἀνθρώπου*). l. 17 alii -a Cronu. 26 l. 9 (*chamaepitys*) -a Athenas (GLOSS. III 561, 72. 562, 60. *Ps. Diosc. Vind. 3, 158 p. 164, 10 αἷμα Ἀθηνᾶς*). 34 l. 18 (*Centauria*) -a Eracleus (35 l. 22 GLOSS. III 561, 38. 39. *Ps. Diosc. Vind. 3, 6 p. 10, 13 αἷμα Ἡρακλέους*). 45 l. 29 (*marrubium*) -a tauru (GLOSS. III 561, 42. *Ps. Diosc. Vind. 3, 105 p. 116, 13 αἷμα ταύρου*). 49 l. 10 (*heliotropium*) -a Titanu (*Ps. Diosc. Vind. 4, 33 p. 194, 14 αἷμα Τιτάνου. cf. l. 67*). 55 l. 7 (*narcissus*) -a probatu (*i. προβάτου?*). 56 l. 13 (*splenion*) -a gales (GLOSS. III 561, 51. *Ps. Diosc. Vind. 3, 134 p. 143, 15 αἷμα γαλῆς*). 66 l. 8 (*peristereon*) -a gales (GLOSS. III 561, 54. 562, 39 [emagallis *cod.*]. *Ps. Diosc. Vind. 4, 59 p. 213, 8 αἷμα γαλῆς*). 66 l. 9 *ann.* -a Hermu (*Ps. Diosc. Vind. 4, 59 p. 213, 8 αἷμα Ἑρμοῦ*). 88 l. 31 (*rubus*) profetae -a Titanu (*cf. l. 61*), alii -a ibeos (GLOSS. III 561, 24. 25. *Ps. Diosc. Vind. 4, 37 p. 196, 14 αἷμα Τιτάνου . . . αἷμα ἴβεως*). 94 l. 6 (*nepeta*) -a Ammonos (GLOSS. III 561, 30). 104 l. 7 (*portulaca*) -a Areos (*Ps. Diosc. Vind. 3, 102 p. 113, 12 αἷμα Ἄρεως*). 114 l. 14 (*cucumis silvaticus*) -a ictinos. 119 l. 6 (*apium*) -a Horu (*Ps. Diosc. Vind. 3, 64 p. 76, 14 αἷμα Ὥρου*). GLOSS. III 561, 62 -a Tifonos lapacius.

haemachātēs, (-ae) *f.*, **αἱμαχάτης.* PLIN. nat. 37, 139 achates . . . numerosa varietatibus, quae mutant cognomina eius; vocatur enim iaspachates, . . . -es. SOL. 5, 27 -es sanguineis maculis inrubescit.

(ha)emagōgus, -um (-on), *αἱμαγωγός.* SORAN. app. 43 pessarium -um (*seq. descriptio. cf.* CASS. FEL. 80 p. 192, 7 pessarium menstrualem sanguinem provocans, quod Graeci -on dicunt). ORIBAS. syn. 1, 19 p. 825 -um clysterem . . . id est qui sanguinem educit.

(ha)emalōps, -pis *m.*, *αἱμάλωψ.* *i. q. suffusio sanguinolenta oculorum*: DIOSC. 2, 60 nyctalopas et -as et fluxum sanguinis vulnerum capitis (*gr. 2, 79, 1 ὀφθαλμῶν τρώσεις καὶ ὑποδρομὰς αἵματος καὶ νυκτάλωπας*) curat.

[*Rubenbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

haematinus, -a, -um, *αἱμάτινος*. *i. q. sanguineo colore*: PLIN. nat. 36, 198 totum rubens vitrum atque non tralucens -um appellatum. *n. subst. i. q. genus collyrii*: INSCR. ocul. CIL XIII 10021) 149 Sex. Polle(i) Sollem(nis) haem(atinum) ad asp(ritudines).

***haematītēs,** -is *m.*, *αἱματίτης*. *apud posteriores passim scribitur* (a)em-. *de formis: sing. nom.* -is: PLIN. nat. 1, 37, 60 (*cf. infra l. 34*); *gen.* -is (*l. 27. 29 al.*), -idos (*l. 30*); *dat.* -i (*l. 13*); *acc.* -en (*l. 15. 17. 24*); *plur. gen.* -arum (*l. 16*); *acc.* -as (*l. 29*).

1 *nomen lapidis* (*cf. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 545. Blümner, RE VII 2215 sqq. Technologie IV 209*): **a** *describitur*: PLIN. nat. 36, 129 *in Aethiopia invenitur* -es magnes, sanguinei coloris sanguinemque reddens, si teratur, sed et crocum. in attrahendo ferro non eadem -i natura quae magneti. 36, 144 schistos et -es cognationem habent. -es invenitur in metallis, ustus minii colorem imitatur ... adulteratum -en discernunt venae rubentes et friabilis natura. 36, 146 Sotacus ... quinque genera -arum tradit praeter magnetem. 36, 148 schiston et alterius generis *esse* quam -en. DIOSC. 5, 152 (*gr. 5, 126*) de lapide -em. ISID. orig. 16, 4, 16 -es appellatus eo quod resolutus in colorem veniat sanguinis (*cf. l. 11*); est autem admodum lividus; est et ferrugineus (*inde* GLOSS. ᴸ I Ansil. AE 115 EM 20). **b** *in usu*: *in arte medica*: CELS. 5, 5, 2 purgant ... squama aeris, lapis -es (*cf.* 5, 7). PLIN. nat. 36, 144 oculis cruore suffusis mire convenit (*cf.* 29, 124 admixtis schisto et -e lapidibus. 36, 129. 146 DAMIG. lapid. 9 DIOSC. 5, 152). 36, 158 -en iis medicamentis prodesse ... quae ex croco componuntur. THEOD. PRISC. gyn. 29 encolpismis imminere ... ex ... lapide -e. *in praeceptis*: CELS. 6, 6, 21 lapidis -is loti. 6, 6, 26 quod *medicamentum* lapidem -em (*V*, -en *cett.*) habet. 6, 6, 30 SCRIB. LARG. 26. PLIN. nat. 6, 148 omnes ... -as tritos in oleo. MARCELL. med. 8, 14 lapidis -is (8, 117. 195. 215). 8, 16 -is (204. 209. 210. 211). 8, 197 -idos. *in mulomedicina*: VEG. mulom. 1, 20, 2. 3, 12, 3. *in astrologia*: IVL. VAL. 1, 3 *in horologio* Martem dici sub -e. DAMIG. lapid. praef. p. 162, 8 -es *Arietis sideris potens est.* *aestimatur et adhibetur tamquam gemma*: PLIN. nat. 37, 169 -is (*L*, -es *cett.*) in Aethiopia quidem principalis est, sed et in Arabia et in Africa invenitur, sanguineo colore non omittendis promissis ad coarguendas magorum insidias (ISID. orig. 16, 8, 5). SOL. 30, 34 ex ipso solo *Aethiopiae* sumimus -em rubore sanguineo ac propterea -em vocatum (*potest etiam ad 1 pertinere*).

2 *de genere quodam basiliscorum*: PS. APVL. herb. 130 l. 10 H.-S. tertius *basiliscus* ..., qui est -es et crisocefalus, quod viderit vel percusserit, defluescit. **(h)aematopūs** *v.* himantopus.

(h)aemobolium, -ī *n.* *cf. αἱμοβόλιον CIG 8558 (scriptum -μωβ- 'in mensura formam cochlearis repraesentante'). i. q. genus sacrificii* (*cf. Habel, RE I 594. Ruggiero, Diz. ep. I 295*): CIL IX 3015 criobolium et -um movit de suo Petronius.

(ha)emopotus, -um, *cf. gr. αἱμοπότης, αἱματοπότης.* THEOD. PRISC. eup. faen. 79 -i (*b Gel.*, -li *B*, -piti *r*) emplastri expono maximum et probatissimum remedium *herniis* (*Rose de significatione dubitans provocat ad Galen. 13, 401; fort. agitur de remedio, quod cruorem in herniis similibusque morbis resorbeat*).

haemoptois (*i.* haemoptyis, **αἱμοπτυΐς. cf.* haemoptyicus) emissio sanguinis per ora, unde et nomen accepit ISID. orig. 4, 7, 16.

haemoptyicus, (-a, -um), *αἱμοπτυϊκός*. *praeter* CAEL. AVR. *ubique scribitur* (a)emoptoicus (*depravatur in* emptoicus, emotoicus *sim.*). *de notione*: MARCELL. med. 7, 20 empyicis ... vel -is, id est qui sanguinem de visceribus per os eiectant. 16, 94 CAEL. AVR. chron. 2, 12, 145. CASS. FEL. 39 p. 85, 17 -os Latini sanguinem spuentes appellant. GLOSS. III 597, 37 anateasticon(?) -us. 600, 18 qui sanguinem reiciunt. GLOSS. medic. ed. Heiberg p. 28, 12. 14.

masc. subst.: MARCELL. med. 16, 73 laboranti ieiuno -o dabis. 16, 81 bibitur utiliter ab empyicis vel -is (*cf.* 16, 84). 16, 94 trochiscus ... praestantissimus ad -os (CAEL. AVR. chron. 3, 2, 35). DIOSC. 1, 15 -is prodest (*gr. 1, 17, 2 πρὸς αἵματος ἀναγωγάς. cf.* 1, 75. 4, 13). 2, 38 (*gr. 2, 59*) -is et disintericis (*cf.* 5, 1 ORIBAS. eup. 2, 1 A 21). 3, 85 -is et quiliacis (5, 160 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 35 ORIBAS. eup. 2, 1 R 2). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 188 Asclepiades ... gestationem in -is prohibet. acut. exc. prooem. p. 480. CASS. FEL. 39 tit. ad -os. ORIBAS. syn. 1, 29 -is et vomicam stomaci causa patientibus.

(ha)emorr(h)agia, -ae *f.*, *αἱμορραγία*. *saepe scribitur* (ha)emor(r)ogia *sim.* [*'fortasse* emorrogia *scriptum pro* (ha)emuria (*i.* **αἱμουρία*) *in* GLOSS. medic. ed. Heiberg p. 17, 7. 28, 19.' *Niedermann in plagulis. cf. p. 2492, 4*]. *acc.* -an *v. l. 79. p. 2492, 1.* *de notione* (*cf. l. 82. p. 2492, 2*): CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 482 -a: sanguinis subita profusio vel de naribus vel ad partem, qua feces ventris emittimus *eqs.* CASS. FEL. 82 p. 193, 8 matricis -a⟨m⟩ latino sermone sanguinis fluxum vel profluvium dicimus. NOT. Tir. 111, 72 -a (-dia *codd.*) *inter* strangoria *et* cholera.

PLIN. nat. 22, 28 stoebe ... medetur ... -ae quoque et dysinteriae infusa. 23, 132 folia eius *herbae* tritae inlita -an sistunt. 23, 162 *folia myrti* siccantur in farinam, quae inspergitur ulceribus aut -ae. FIRM. math. 7, 23, 11 Saturnus ..., Mars ... in VII. ab horoscopo loco constituti -as (*Skutsch*, emorrati(c)as *codd.*) id est sanguinis eruptiones efficient. THEOD. PRISC. log. 64 cum de oculis -a emerserit (*cf.* 65 de pulmonibus). gyn. 27. 28 -ae (emorroidae *pars codd.*) matricis. CASS. FEL. 82 tit. ad -an matricis. *in mulomedicina*: CHIRON 142 oportet ... attendere, ne supra modum sanguis profluat, quod emorigia appellatur. si emorigia fuerit, uti medicamento ischaemo.

haemor(rh)oiae manatio sanguinis de vena cum acutissimo fluxu sanguinis GLOSS. III 600, 17. *gr. αἱμόρροια.*

(ha)emorr(h)oicus, -a, -um, *αἱμορροϊκός*. FIRM. math. 3, 13, 4 alios -a (-ae *Ziegler*) valitudinis assiduitate debilitat. *masc. subst. de eo, qui haemorrhoidis laborat*: FIRM. math. 3, 2, 14 facit ... -os aut nervorum dolore contractos (3, 2, 15. 4, 11, 7. 7, 20, 11).

1. *(h)(a)emorr(h)ois, -idis *f.*, *αἱμορροΐς*. *saepe scribitur* (a)emor(r)ois *et* hem-; *interdum* emorruis *et* emorroys. *de formis: sing.*: *gen.* -is: CAEL. AVR. chron. 3, 6, 81. *abl.* -e: CHIRON 103. *acc.* -a: PLIN. nat. 24, 140 (-am *cod. V*, -as *edd. vett.*). MARCELL. med. 31, 33 (*an voc.? v. l. 46*). *plur.*: *nom.* -es: SCRIB. LARG. 227 PLIN. nat. 33, 85 *al.* -ae: THEOD. PRISC. eup. faen. 81 (*in parte codd.*; -es *cett.*). ISID. orig. 4, 7, 39. *gen.* -um: PLIN. nat. 24, 145. 27, 19. 34, 126 MARCELL. med. 31, 30. 31. -arum: THEOD. PRISC. log. 49 CAEL. AVR. chron. 1, 5, 147. 2, 9, 119. 3, 6, 84. 3, 8, 97. 5, 1, 2. *dat.* (*abl.*) -bus: SCRIB. LARG. 227 (*inde* MARCELL. med. 31, 6). -is: PLIN. nat. 23, 137 SER. SAMM. 1102 tit. (-bus *l. v.*). SORAN. p. 108, 3 MARCELL. med. 31, 14 CAEL. AVR. chron. 2, 11, 129. *acc.* -as *ubique post* CELS. 6, 18, 9ᴬ SCRIB. LARG. 227. 230. -es: MARCELL. med. 31, 6. [*falso legitur*: SCRIB. LARG. 227 (*del. Helmreich coll.* MARCELL. med. 31, 6). *dub.*: ALEX. TRALL. 1, 122 emorroydes aurium (*2 p. 99 P. αἱμοῤῥαγίας. cf. p. 2491, 84*).]

t. t. medicorum i. q. genus venarum sanguinis profluvio patentium vel tumentium (latiore sensu etiam de sanguine inde profuso): *definitur et describitur*: CELS. 2, 1, 21 sanguinis per quaedam velut ora venarum — *αἱμοῤῥοΐδας* Graeci appellant — profusio. 6, 18, 9ᴬ. AMM. 30, 6, 5 meatus aliqui, quos -as (quas heroidas *V*) nunc appellamus. PS. HIPPOCR. epist. 5 sanguinis per interiores meatus id est per -as fluor multus emanat. SORAN. p. 109, 1 differunt ... a se -es natura quod quaedam sunt simplices et humanae ... aliae vero sunt durissimae *eqs.* CAEL. AVR. chron. 5, 4, 71 solent ... etiam in vesica -es generari. 5, 4, 72 inflatae ac tumentes -es difficultatem vel abstinentiam faciunt mictus. ISID. orig. 4, 7, 39 haec (*sc. ragadiae*) et -ae a sanguinis fluore dictae (*cf.* GLOSS. III 600, 47). GLOSS. III 599, 23 condolamatas: -as. 600, 4 -as eruptio sanguinis circa anum, similiter circa mulierum causas evenire solet. *remedia*: SCRIB. LARG. 227 -as sic curare oportet. *ibid.* hoc medicamentum ... cadere cogit -as ... -bus imprimuntur. 230 -as productas medicamento ... tollit. PLIN. nat. 20, 42 -as pellere (*edd. vett.*, appellere *codd.*, aperire *Mayh.*). 23, 137 *ricini* sanguinem sistunt adalligati, sive ex vulnere fluat ... sive -is (*cf.* MARCELL. med. 31, 15). 24, 99 *al.* SORAN. p. 108, 5 -es raro ... in muliebribus inveniuntur. p. 109, 18 MARCELL. med. 20, 93. 31 tit. ad -as remedia physica. 31, 33 tollo te hinc totam -a. *al.* PS. APVL. herb. 88 l. 5 H.-S. ad -as restringendas. PLAC. med. rec. α 4, 13 cave, ne -as habeat. THEOD. PRISC. eup. faen. 81 erumpunt -es. 84 log. 49 -arum ... digestiones. DIOSC. 1, 61 -as veteres aperit. 2, 137 *al.* CAEL. AVR. chron. 3, 6, 82 -as ... auferre. 3, 8, 97 -arum repentina atque incondita curatione. *al.* ORIBAS. eup. 2, 1 A 27 -as reprimit. syn. 2 add. p. 847 ad -as thoracis (*cf. ibid.* ad sanguinem ex thorace proicientibus). *in mulomedicina*: CHIRON 103 emendabis periculum in -e. 104 ne umquam suffundat propter -as sanguinis.

2. (ha)emorr(h)ois, -idis *f.*, *αἱμορροΐς*. COMMENT. Lucan. 9, 708 -is sanguine fluens (*cf.* ANNOT. *ibid.* dicta ... -is, quod sanguinis profluvio, quos percussit, occidat). ISID. orig. 12, 4, 15 -is aspis nuncupatus, quod sanguinem sudet, qui ab eo morsus fuerit. *acc. sing.* -a: PLIN. nat. 23, 15 (-am *cod. V*). *acc. plur.* -as: PLIN. nat. 20, 50. 23, 43. 29, 42. *breviatur syllaba prima* ĕ-: VEN. FORT. carm. 8, 3, 195 (*v. l. 75*).

i. q. genus serpentium (POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 33 *inter* seps *et* prester [*scribitur*: et morrois]. GLOSS.ᴸ III Abol. HE 6 genus serpentis): CELS. 5, 27, 7 si cerastes aut dipsas aut -is percussit. LVCAN. 9, 709 squamiferos ingens -is explicat orbes. 9, 806 impressit dentes -is aspera Tullo. PLIN. nat. 20, 50 *alium* ictibus medetur ... privatim contra -as. 20, 210 sagittarum venena et serpentium -um et presterum restingui *porcillacā*. 23, 15 ex his (*sc. uvis theriacis*) passum privatim e serpentibus contra -a potens. 23, 29 *mustum* adversatur ... serpentibus maxime -i (*cf.* 24, 117). 23, 43 merum ... remedio est ... contra -as. 29, 42 *luteum ovi* contra -as morsui (*Mayh.*, -as [-um *edd. vett.*] morsum *codd.*) inlinitur. SOL. 27, 32 -is morsu sanguinem elicit et dissolutis venarum commerciis quidquid animae est evocat per cruorem (*cf.* ISID. orig. 12, 4, 15). VEN. FORT. carm. 8, 3, 195 basiliscus, -is, aspis faucibus horrificis sibila torsit.

? **haemorrhoissa** *v. l. 78.*

(ha)emorr(h)oūsa, -ae *f.*, *αἱμορροοῦσα*. *scribitur* (a)emor(r)ousa, -r(e)usa *sim.*; *legitur* haemorrhoissa (*errore, ut vid., edd.*): AMBR. epist. 67, 9 AVG. serm. 77, 6. GLOSS. V 117, 6 emuruse(m) (*v. Hessels, gloss. Leid. s. v.*): fluxus sanguinis. *i. q. fluxu sanguinis laborans*: AMBR. epist. 67, 9 hic est ignis, qui siccavit -ae ... sanguinem profluentem. in psalm. 45, 24 Christum nisi fides perfecta non tangit, sicut -a plena eum tetigit fide. in Luc. 6, 60 suscitaturus mortuam ... -am ante curavit. HIER. in Is. 52, 9 sq. p. 609 V.

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

virtus, quae sanavit -am. 65, 20 p. 791 -am aegrotare coepisse, quando nata est filia archisynagogi. in Matth. 9, 27 de -a (morbosa *l. v.*) muliere. 20, 20/21 in -a. tract. in psalm. I p. 177, 9. 11. AVG. serm. 77, 6 (*lemma*) filia archisynagogi et -a. VEREC. in cant. 4, 15. 16 Iesum -am sanantem. VEN. FORT. vita Leob. 20, 68 miraculum ..., quod in muliere (*cf. l. 3*) -a a domino constat patratum.

haemōsis, *v.* chemosis *vol. III 1006, 54.*

(ha)emostasis, *f.*, αἱμόστασις. *nomen herbae profluvium sanguinis restringentis*: PS. APVL. herb. interp. 127 l. 7 H.-S. (*de herba symphyto*) Democritus -is (*Ps. Diosc. Vind. 4, 9 p. 175, 12* αἱμόστασις).

? (ha)emūria, -ae *f.*, *αἱμουρία *v. p. 2491, 70.* *Rubenbauer.*

***haereo,** -sī, -sūrus, -ēre. [*cf. c. lituan.* gaištù, gaĩšti *'cessare, cunctari'. J. B. H.*] *de prosodia: prima syllaba corripitur*: CYPR. GALL. exod. 719. 830. 833 iud. 368. 456 (*producitur* Ios. 508). *scribitur*: her-: VARRO ling. 7, 54. 9, 16 SEN. epist. 102, 26 FRONTO p. 32, 8 N. 64, 17 CLEM. ad Cor. 15. 19, 2. 31, 1. 46, 1. 4 AMM. 15, 5, 10. 16, 8, 6. 31, 7, 12 CYPR. GALL. exod. 833 ITALA Matth. 19, 5 (cod. a) IORD. Rom. 206 CARM. epigr. 454, 10. 760, 5. 1858 CIL XI 4977 *al.* er-: CARM. epigr. 490, 5. *de formis*: -ssit: VERG. Aen. 11, 864 *P.* DIOM. gramm. I 367, 6 invenimus perfectum tempus -sus (*non legi, sed cf.* adhaesus *vol. I 634, 1,* cohaesus *vol. III 1536, 25*). -surus: *p. 2494, 10. 15. 33. 2496, 2 al.* -eatur: *p. 2495, 44.* -endum est: *p. 2497, 6.* *de usu temporum: perf. pro aor. ingress. saepe, e. g.* PLAVT. *infra l. 46.* CIC. *p. 2495, 30.* VERG. *infra l. 57 et p. 2497, 57.* LIV. *p. 2494, 67. passim. raro de tempore longiore, ut* SEN. *infra l. 64.* *perf. praes.*: CIC. Arat. 46 inter ... genus et caput Alitis -sit (ἐστήρικται). Att. 9, 10, 3 mihi ... -serunt illa *sc. in memoria* (9, 10, 4 hoc mihi plane -sit. SALL. *v. p. 2494, 20*). QVINT. inst. *infra l. 77.* decl. 298 p. 178, 7 -serunt tibi vitia. FRONTO *v. p. 2494, 72.* *praes. incoh. (?)*: TER. Ad. 403 metui, ne -ret hic *i. haeresceret.* OV. *v. p. 2496, 26.* LIV. *p. 2496, 32. 2497, 77.* SEN. *p. 2497, 63.* PLIN. nat. *p. 2497, 79.* IVVENC. *p. 2496, 12.* CARM. de resurr. 156 -ent membra comis, nectuntur ossa medullis. *de notione*: GLOSS. ἤνωμαι, κολλῶμαι, πήγνυμαι. fixum est. GLOSS.[L] III Abstr. HE 16 -et stupet. II Abav. HE 9 cohaeret. [*de siglo q. e.* het *pro* haeret (*i. cohaeret*) *cf. De Bruyne, Palaeogr. Lat. 5, 48. 6, 67. Lindsay.*] NOT. Tir. 51, 11. 14. *legitur inde ab* ENN. *infra l. 73. tantam haec vox usus varietatem habet, ut admodum pauci loci potuerint omitti.* [*ex coni.*: SEN. epist. 101, 2. *locis corruptis*: POMPON. Atell. 91 AFRAN. com. 12 CIC. or. frg. A VII 17 = 16 M. *in mss. pro* -ere *est* arere: MANIL. 3, 466. errare: SEN. suas. 5, 1. habere: APVL. met. 6, 8. *contra* -ere *pro* arere: CELS. 1 prooem. 49 *VJ. pro* errare: MANIL. 2, 71. *pro* ferre: DON. Ter. Andr. 482.]

I *i. q.* ***inhaerere***: **A** *inhaerendo alq. re arte coniunctum esse*: **1** *generatim*: **a** *proprie*: PLAVT. Rud. 984 quidquid -sit *sc. in reti atque hamo* (PROP. 2, 34^{b}, 48 in laqueis [PROC. dig. 41, 1, 55$^{in.}$ eo. *infra*: in eo]. *cf. metaph.*: CIC. Mil. 56 -sit in ... poenis). LVCIL. 1187 mucro in pectore ([CIC. Vatin. 13 har. resp. 47 VERG. Aen. 11, 864. OV. Pont. 4, 7, 37 in casside]. VERG. Aen. 7, 533 sub gutture vulnus [SIL. 4, 171 telum]. 4, 73 lateri [10, 383 ossibus. OV. trist. 1, 1, 44 iugulo. LVCAN. 6, 197 vitalibus ictus. SIL. 10, 400 loricae]. OV. met. 6, 236 summa ... cervice [6, 290 viscere. 12, 95 clipei curvamine. SIL. 15, 520 porta]. LIV. 27, 14, 9 -sere omnia tela. CELS. 7, 5, 1^{A} tela ... quae inlata corporibus intus -serunt. LVCAN. 6, 210 -entis. SIL. 7, 615 humi. *cf. metaph.*: CIC. de orat. 2, 219 facete dictum emissum). VARRO rust. 1, 50, 2 terrā *v. p. 2497, 12.* VERG. georg. 2, 422 cum semel -serunt arvis *oleae sc. radicibus* (SEN. nat. 3, 27, 7 silvas male -entes. PLIN. nat. 19, 161 in summa tellure vix [21, 61 ceteris *radicibus* in s. t. leviter]. 27, 99 ego volsam, non -entem vidi. LVCAN. 1, 138 validis radicibus). OV. met. 15, 560 collibus ... hastam. NVX 149 nidos foliis. LIV. 23, 19, 11 *dolia* inter ... salicta. CELS. 8, 1, 9 *dentes* maxillae. SEN. dial. 6, 11, 3 *spiritus* male (*in corpore*). benef. 2, 1, 1 beneficium, quod diu inter manus dantis -sit. PLIN. nat. 37, 105 in saxo *gemmae.* QVINT. inst. 8 prooem. 15 *gladius* intra vaginam. *de* IVV. 3, 248 *v. p. 2499, 78.* CE 760, 5 corpus, cui vita -bat. 1057, 3 *illi* his tumulis.

significantius dictum fere i. q. firmiter insidere (*cf. p. 2496, 81. 2497, 49*): VERG. Aen. 4, 445 *quercus* -et scopulis *sc. ventis quassantibus* (*cf. supra l. 57*). VITR. 7, 1, 7 calx quae erit -ens in canalibus 8, 6, 8 *tubulus* in cavo saxi ... -eat. SEN. nat. 7, 22, 1 ut ignis certus in corpore vago sedeat et tam pertinaciter -eat. 7, 22, 2 si alimento suo -ret.

b *translate* (*v. etiam l. 47. 55*): **α** *generatim*: ENN. scaen. 305 tanta vis sceleris in corpore -et. PLAVT. Stich. 170 *fames* utero (OV. epist. 20, 13 languor. SER. SAMM. 448 penitus -ens iniuria lumbis. 703 articulos tabes ... per omnes). VARRO ling. 9, 16 quae (*verba*) leviter -ent *sc. in consuetudine* (QVINT. inst. 1, 1, 13 *sermoni* Graecae figurae adsidua consuetudine -serunt). CIC. Verr. II 5, 23 in his iniquitatibus unum -sisse Apollonium, ceteros ... pecunia se liberasse (TERT. resurr. 31$^{in.}$ conflictatione. *v. adn. crit.*). Cluent. 86 in tabulis publicis. Tusc. 3, 70 in media stultitia (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 205 in ceteris -es vitiis ac tenēris). de orat. 2, 163 quae sunt foris neque -ent (inh. *Jv*) in rei natura. top. 8 alii *loci* in eo ipso, de quo agitur, -ent, alii *eqs.* LVCR. 4, 1113 *v. p. 2497, 25.* VLP. dig. 5, 3, 13, 1 omnibus ... titulis hic 'pro possessore' -et et quasi iniunctus est. PANEG. 8 (5), 11, 5 in nullis reliquis (*i. in aere alieno*). EVSTATH. Bas. hex. 3, 6$^{in.}$ vim fervoris cunctis potenter -ere (ἐνδυναστεύουσαν). *inusitate dictum* (*cf. II A 2*): OV. fast. 1, 61 haec mihi dicta semel, totis -entia fastis, ... erunt. TRYPH. dig. 27, 1, 45, 1 reversus continuo -et tutelis ante susceptis (ἐμπήγνυνται *Bas.*).

β *speciatim*: RHET. Her. 3, 22, 37 in memoria (CIC. ac. 2, 2. *cf.* CYPR. epist. 59, 9 memoriae et disciplinae tuae). 3, 18, 31 ut perpetuo nobis -ere possint (CIC. Att. 9, 10, 3. 4 plane. OV. trist. 3, 4, 36 -suraque mihi tempus in omne fide. SEN. benef. 2, 24, 1 memoria [*cf. l. 25. 31*] nobis meritorum. epist. 81, 23 cui beneficia excidunt, -ent iniuriae. 100, 11 STAT. Theb. 11, 657. TRAIAN. Plin. epist. 10, 20, 2 *seq. acc. c. inf.* 10, 95 quam parce haec beneficia tribuam. IVVENC. 1, 405). SEN. benef. 3, 5, 1 quaedam res semel perceptae -ent (epist. 101, 6 non diutius quam dum miramur -sura. 123, 9 adulatorum ... sermo diutius -et quam auditur. LVCAN. 8, 417 SIL. 6, 406. QVINT. inst. 1, 1, 5 magis pertinaciter. 10, 2, 26. 11, 2, 34 et quae magis et quae maxime -ent [11, 2, 35 maxime. 12, 10, 48 magis]). CIC. Deiot. 32 -ere in animis hominum sollicitudinem sempiternam ([rep. 3, 26 improbis semper aliqui scrupus. LIV. 45, 43, 1]. SALL. Iug. 28, 1 cui Romae omnia vēnire in animo -serat [GELL. 13, 28, 2 esse -ereque]). Phil. 2, 64 infixus animo -et dolor ([*cf.* VERG. Aen. 4, 4 infixi pectore vultus]. OV. fast. 2, 498 animis ... illa fides. TAC. hist. 1, 47 probra. PLIN. epist. 1, 5, 11 meo penitus. paneg. 75, 6 gaudium). CIC. Catil. 4, 22 memoria tantorum periculorum ... in hoc populo ... *et* omnium gentium sermonibus ac mentibus semper -bit (Tusc. 1, 27 in eorum m. *seq. acc. c. inf.* HOR. epist. 2, 1, 53 Naevius ... m. OV. met. 14, 204 menti ... imago). Phil. 1, 36 in medullis populi R. ac visceribus (Att. 6, 1, 8 ἐγκελεύσματα illa tua ... mihi in v. [LVCAN. 9, 71 imago v.]. epist. 15, 16, 2 qui mihi -es in m.). 13, 5 in oculis ([LIV. 45, 43, 1 in animis *et* paene in o. memoria ... triumphi. SIL. 12, 518 Roma auribus -et, Roma oculis *Poenorum*]. OV. Pont. 1, 9, 8 ante meos oculos ... imago [trist. 3, 8, 35]. VAL. FL. 1, 333 -suraque verba auribus). OV. met. 10, 204 memorique -bis in ore. 12, 184 pectore res nostro (trist. 3, 4, 63 pectoribus nostris -etis). CVRT. 8, 3, 6 penitus -ens amor. CYPR. eleem. 26$^{in.}$ haec -eant firmiter sensibus nostris (epist. 58, 11 cordibus. 74, 9 s. et c. CONSVLT. Zacch. 1, 20$^{in.}$ -ere naturaliter humanis s. legem, et inesse omnibus intellectum).

B *inhaerendo impeditum esse* (*cf. IV*): PLAVT. Persa 535 tali ut in luto (*cf. p. 2512, 4*) -eam ([HIER. c. Ioh. 22$^{in.}$ *dubius.* MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 18, 35 in eodem l. -endo. ENNOD. opusc. 1, 29 nullius inscii mersa caeno -sere vestigia. *huc pertinere videtur sermo abs.*: PLAVT. Men. 846 -o. Merc. 740. 723 -es. TER. Phorm. 963 nisi mihi prospicio, -o. CIC. Pis. 74 -rem ... nisi tu me expedisses. Phil. 2, 35. 13, 25. POMP. Cic. Att. 8, 12^{C}, 1. 2 ne implicatus -eam. *cf.* ITALA psalm. 68, 15 [Hil. in psalm. 68, 13] eripe me de luto, uti non -eam [ἐμπαγῶ, VVLG. infigar]]. PLIN. nat. 8, 158 in caeno *equus.* TAC. ann. 1, 65, 4 -sere caeno fossisque. *cf.* HOR. sat. 2, 7, 26 caeno *sc. malorum morum*). VAL. MAX. 7, 3 ext. 5 in maxima ... et pecuniae et defensionis penuria. TAC. ann. 4, 19, 4 repetundarum criminibus. APVL. met. 10, 3$^{in.}$ in quodam vado dubitationis. TERT. adv. Marc. 1, 7$^{extr.}$ -sisti in medio Ponti tui aestu. ARNOB. nat. 4, 25$^{in.}$ *Martem* -sisse in laqueis involutum (PS. AVG. quaest. test. II nov. 50, 2 -et in laqueum. *cf.* AMM. 14, 9, 2 in peiores -serat plagas. GELL. 16, 2, 5 in captione [8]). APVL. met. 6, 8 inter Orci cancros. LACT. inst. 2, 8, 54 in hanc foveam ... decidit ...; hic ego illum teneo -entem, teneo defixum.

II *i. q.* ***adhaerere***: **A** *sensu latiore*: *de coniunctione*: **1** *non perpetua*: **a** *generatim*: **α** *proprie*: (I) *-ent fere res* (*ad id idoneae; homo l. 73*): TER. Ad. 171 *ne* pugnus continuo in mālā -eat. VARRO ling. 7, 54 quod in *lana* -et (CATVLL. 64, 316 lanea ... morsa labellis. VITR. 7, 2, 2 circa id ferramentum uti glutinum *calx.* 7, 3, 6 ad rutrum *materies.* SEN. nat. 3, 20, 3 aqua ... -et et adfigitur. PLIN. nat. 28, 124 *lac* in ungue. CHIRON 385 stercus in ungulis [VEG. mulom. 2, 53, 2]). LIV. 1, 37, 1 accensa ligna ... inpacta sublicis cum -rent (STAT. Theb. 10, 529 ad fastigia ... faces). 26, 23, 4 *statua* fulmine icta ad *statuas alias* -sit neque inde procidit. 30, 10, 17 cum rostrata onerariam -entem unco traheret. MANIL. 5, 557 effusi scapulis -sere capilli (QVINT. inst. 11, 3, 144 si -eat *sinus togae.* PLIN. epist. 4, 11, 9 stola). LVCAN. 6, 567 sicco ... gutture *lingua.* PETRON. 99, 3 incultis ... regionibus diutius nives. SIL. 4, 389 *abscisa* manus -sit ... armis. FRONTO p. 64, 17 N. si *macula* ... magis -serit. EPIT. Alex. 26 veste (*gelu*) concreta ad terram -bat. (II) *-ent homines (bestiae) sponte non discedentes*: CATVLL. 21, 6 -ens ad latus (*cf. p. 2496, 14*) omnia experiris. CIC. rep. 2, 7 qui incolunt *maritimas* urbes, non -ent in suis sedibus. VERG. Aen. 5, 852 clavomque (*navis*) adfixus et -ens nusquam amittebat (6, 350 *gubernaculo* datus -bam custos. MANIL. 5, 41 clavoque immobilis -ens). HOR. sat. 2, 3, 261 amator ... foribus (STAT. silv. 1, 4, 118 PS. QVINT. decl. 14, 3). OV. hal. 32 scopulis ... polypus (COLVM. 6, 18, 2 *hirudo*). OCTAVIA 325 lacerae puppis tabulis (LVCAN. 3, 688 HIER. epist. 79, 10, 2). CVRT. 9, 4, 31 -bat magis quam stabat in margine (*muri*). VAL. FL. 7, 588 *Iason in tauro.* AMM. 19, 3, 1 sepulchris. CIC. Deiot. 28 quod -ere in *equo* senex posset (HOR. carm. 3, 24, 55 equo. OV. met. 4, 27 asello). OV.

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

met. 3, 628 excussum misisset in aequora, si non -sissem ... in fune retentus. LIV. 21, 35, 12 *in via lubrica* -ere adfixi vestigio suo *non poterant.* *accedit significatio imminendi, insequendi*: CIC. Phil. 13, 5 hi in oculis -bunt et, cum licebit, in faucibus. VERG. Aen. 12, 754 (*cervum insequens*) canis -et hians. LIV. 1, 14, 11 in tergo Romanus (CVRT. 3, 8, 16 TAC. hist. 4, 19 tergis. CYPR. GALL. iud. 368 fugientibus. AMM. 24, 6, 12 eius ... occipitiis. 31, 7, 12 -ente iam morte cervicibus [31, 15, 1]). (III) *alia*: HOR. carm. 1, 17, 27 *corona* crinibus ([*cf.* sat. 1, 10, 49 capiti]. 1, 3, 32 male laxus in pede calceus. MANIL. 5, 117 fistula collo. LVCAN. 2, 363 umeris ... suppara. PETRON. 124, 261 laevae ... umbo). VERG. Aen. 2, 442 parietibus scalae. 1, 476 *occisus* curru ... resupinus *fere i. q. pendet* (LVCAN. 4, 648 *Antaeus* intra *Herculis* pectora. CLAVD. 17, 322. *cf.* LVCIL. 535 *infra l. 71*). 11, 572 aquila ... unguibus -sit (OV. met. 3, 233 *canis* in armo. 6, 530 *columba unguibus aquilae.* MART. 1, 6, 2 *Ganymedes.* DRAC. laud. dei 1, 261 unguibus ad ramos). 9, 537 *flamma* postibus -sit adesis (LIV. 30, 5, 7. CVRT. 4, 10, 12 in summo). 10, 727 *leo cervi* visceribus super incumbens (11, 150 Pallanta procubuit super atque -et. VAL. FL. 3, 331). CVLEX 51 *capellae* scrupea ... ad cava. SEN. Thy. 765 veribus -ent viscera (SIL. 6, 8 caesi ... hastis. PLIN. nat. 32, 13 in hamo). COLVM. 3, 17, 3 novello sarmento pars aliqua veteris. LVCAN. 5, 514 rupibus ... fune carina. 9, 650 volucres ... in scopulis -sere *fere i. q. consedere* (PS. QVINT. decl. 13, 6$^{in.}$ *apis* exanimis, sicut -serat, pendet). SIL. 6, 278 *serpens occisus* -et humi (*fere i. q. iacet*). 13, 693 membra ... cremaverunt in morte -entibus armis. 15, 585 rursus ... -surum portis Poenum (CLAVD. DON. Aen. 11, 300 p. 458, 7 'adsidet' ... -et ... moenibus nostris. PAVL. PELL. 388). 17, 168 terrae ... ulnis amplexus. STAT. Theb. 5, 504 prensa manus -et in herba. VVLG. Dan. 10, 9 vultus ... terrae. *β in imagine*: CIC. Cael. 75 fama adulescentis paululum -sit ad metas (STAT. silv. 4, 7, 24 primis ... metis -et *Achilleis.* *cf.* VERG. Aen. 5, 204 saxis in procurrentibus -sit *navis*). *γ translate*: CIC. fin. 2, 106 (*de Epicureo*:) tu totus -es in corpore. de orat. 2, 292 ut boni quod habeat (*causa*), ... ibi commorer, ibi habitem, ibi -eam, a malo ... recedam (orat. 49 in bonis -bit et habitabit suis). 3, 31 in causa semper Cotta. Att. 13, 39, 2 valde ... in scribendo -o (13, 40, 2 in libris). LIV. 38, 49, 9 in hoc casu. SEN. contr. 7 praef. 5 exilis esse volt nudisque rebus -ere. SEN. benef. 1, 5, 2 in quibus cupiditas nostra -et. 7, 19, 6 qui umquam -sit sapientiae. VLP. dig. 36, 1, 13 pr. ne condicio deficiat et -eat actionibus. AMBR. in psalm. 36, 53, 1 sermonibus Pauli intentus. HIER. epist. 57, 5, 5 -ent in verbis *sc. ex Graeco vertentes* (in Is. 14, 2 litterae). adv. Rufin. 2, 5 pompa ... verborum -ere nos non sinis quaestioni. AVG. anim. 1, 8, 8 peccato (*infra*: in p. remansit. 1, 11, 13$^{extr.}$ peccatis). CLAVD. MAM. anim. 1, 25 p. 98, 12 si ... in his -eatur ac remaneatur.

b *speciatim*: *α de amplexu*: LVCR. 6, 1016 caecisque in *magnete* compagibus -sit ferrum (PLIN. nat. 36, 127 *magnete* tenetur amplexuque -et). VERG. Aen. 3, 608 genua amplexus ... -bat (2, 674. 8, 559. VAL. FL. 2, 638 dextramque amplexus et -ens). OV. epist. 5, 70 gremio ([met. 7, 66 in Iasonis]. met. 1, 485 in ... patris ... cervice lacertis. 14, 306 collo [fast. 5, 614]. VAL. FL. 1, 762 in pectore [TAC. ann. 14, 4 oculis et pectori *matris* (*cf.* VERG. Aen. 1, 718 *infra l. 61*)]. 8, 203 genibus. PLIN. epist. 9, 21, 1 pedibus [HIER. epist. 59, 4, 2 vestigiis]). met. 11, 244 arbor *erat Thetis*: -bat in arbore Peleus (VAL. FL. 7, 122 parentibus. STAT. Theb. 4, 26 viris ... ituris ... amica manus. HIER. epist. 14, 3, 2 tibi ... lacertis). 7, 143 amplexibus ([VAL. FL. 1, 316 SIL. 13, 297]. **LIV. 23, 9, 9 complectitur atque oscul- -ens. SEN. contr. 9, 5, 2** complexibus. OCTAVIA 744 amplexu). Pont. 1, 9, 9 in amplexu (SEN. contr. 1, 2, 12 in complexu). *cf.* VAL. FL. 3, (*314* super ora viri fusa) 331 -entem. *β de aviditate videndi et audiendi*: VERG. Aen. 1, 495 obtutuque -et defixus in uno (SEN. dial. 5, 4, 1 oculis ... in uno obtutu defixis et -entibus). 1, 718 oculis et pectore toto (PROP. 1, 3, 19 intentis -bam fixus ocellis. VAL. FL. 6, 658 oculis ... ardentibus. STAT. Theb. 5, 724 inmoto ... visu. TAC. ann. 14, 4 *v. l. 50*). OV. met. 10, 359 in vultibus (LVCAN. 4, 331 voltus in nubibus. 7, 789 arvis *oculi*). MANIL. 2, 468 auribus. PETRON. 89 in illa ... tabula. LAVS Pis. 188 in haec spectacula. VAL. FL. 2, 353 adloquio *Iasonis.* 3, 641 ad ora ducis. 5, 376 in una defixus. SIL. 3, 155 intenti vultus.

2 *de coniunctione perpetua* (*cf. p. 2494, 4 et V*): **a** *generatim*: LVCIL. 161 *caput* verticulis adfixum in posteriore parte (CIC. nat. deor. 2, 135 ad radices *linguae* ... stomachus. GRATT. 386 nodis qua lingua tenacibus -et). 535 aries ... quantis testibus! vix uno filo hosce -ere putares. VARRO rust. 1, 31, 5 vicia ... ad scapum lupini (PAVL. FEST. GLOSS.^{L} IV p. 221 [p. 100 M.] hedera). 1, 59, 3 *māla* in sua virga (OV. met. 1, 105 in duris ... mora rubetis. 3, 370 frondes ... iam ... male -entes [10, 738 *flos*]. fast. 2, 263 in arbore ficus. 5, 255 florem [PLIN. nat. 16, 96 *bacae* biennio. 15, 12 ultra suum tempus. 17, 241]. GRATT. 400 ad ramos ... poma). CIC. Arat. 16 *Piscium caudae* una ... in stella. OV. met. 6, 143 *Arachnes* in latere ... digiti. trist. 2, 200 vixque -et in imperii margine terra tui. MELA 1, 116 ripis -entia (GAIVS dig. 1, 8, 5 pr. praediis). SIL. 12, 531 qua rupibus *-ent Frusinates.* SEN. benef. 6, 2, 3 in quo -sit beneficii nomen (epist. 111, 1 nullum. SER. SAMM. 1007 cui n. ab illo -sit, quod. PACIAN. epist. 2, 3$^{in.}$ nobis n. hoc. AMBR. hex. 5, 13, 43 *mergulis a mergendo.* MACR. Sat. 1, 6, 26 hoc cognomentum familiae nostrae in n.). LVCAN. 8, 803 nullo caespite (*sepulcrali*) nomen (*Pompei*). IVV. 10, 144 tituli ... -suri saxis. CYPR. GALL. iud. 419 heres patre carens certo rebus genetricis -bat. VIRG. gramm. epit. 5 p. 36, 6 H. accusativus cassus ... verbo ... activo (28, 13. epist. 3 p. 135, 12 activo ... cassui *verbum activum*). 28, 13 deminutiva ... ab hiis ... nominibus, quibus -ent, persepe genere discrepant. 27, 1.

b *speciatim*: *α -et animal*: (I) *comes*: *animantium*: *c. dat.*: HOR. carm. 1, 32, 10 *Veneri* semper -entem puerum. VERG. Aen. 10, 779 -serat Euandro. OCTAVIA 639 iunctus atque -ens mihi. STAT. silv. 2, 1, 91. 4, 4, 24 MART. 2, 24, 2 QVINT. inst. 11, 1, 80 FRONTO p. 152, 20 N. *cf.* IVVENC. 2, 97 *Matthaeum* discipulis -ere iubet *i. adiungi.* CARM. epigr. 743, 2 (*sepulcr. saec. V*) sociis nunc -et *i. cum illis in perpetuum coniunctus est.* OCTAVIA 703 lateri (*cf. 2494, 74*) iunctus atque -ens tuo (VAL. FL. 3, 486 MART. 9, 100, 3 QVINT. decl. 332 p. 307, 16 PLIN. paneg. 24, 3 CYPR. epist. 40 IVST. 29, 4, 8 AMM. 19, 1, 7 AVG. serm. 231, 1, 1). STAT. Theb. 11, 357 comes (Ach. 1, 345 VAL. FL. 8, 55 MART. 3, 91, 3. 7, 45, 9 QVINT. decl. 330 p. 300, 4 PLIN. epist. 7, 27, 2). 5, 99 comitatus eunti -bant nati. *abs.*: SEN. frg. 14 *conscientia.* PS. QVINT. decl. 15, 7$^{extr.}$ adsides, sequeris, -es, praestas comitatum. *cf.* LVCAN. 5, 808 nudumque marito non -ente latus *dormientis.* *c. praep.*: SOL. 27, 57 *catuli* pone matrem semper -ent. *rerum*: OV. met. 8, 144 comes carinae (MART. 9, 31, 1 Caesaris armis). LVCAN. 3, 24 -eat illa tuis per bella ... signis. *cf.* VAL. FL. 3, 4 socium digressibus -ent (5, 344 gressibus). (II) *amans*: OV. ars 3, 543 *non* nos ambitio ... tangit ... sed facile -emus validoque perurimur aestu. met. 2, 410 *Iuppiter* in virgine Nonacrina -sit. PROP. 2, 3, 2 -sisti. QVINT. decl. 356$^{extr.}$ culpa meretricis iuvenem -sisse. AVG. civ. 16, 25$^{extr.}$ *Abraham ad Hagar* accessisse nec -sisse, seminasse nec amasse. *cf.* OV. rem. 311 -serat in quadam nuper mea cura puella. (III) *particeps*: LIV. 5, 2, 10 nunc iam *octonos* ad imperia obtinenda ire *patricios* et ne in turba quidem -ere plebeium quemquam. STAT. silv. 3, 3, 66 *imperatorum* arcanis. MART. 9, 48, 9 conviva nec ultimus -si. AVG. adv. Don. 26, 46 quibus internus -bat, de quorum secreto cubiculo procedebat. (IV) *amicus*, *fautor*: *rerum*: SVET. Aug. 71, 1 circa libidines -sit. Nero 56 in qua (*superstitione*) sola pertinacissime -sit (PHOEBAD. c. Arrian. 22$^{extr.}$ in hoc mentibus fidei). CLEM. ad Cor. 19, 2 pacis donis (31, 1 benedictioni dei. 46, 1 talibus ... exemplis. *gr. ubique* κολληθῶμεν). CYPR. GALL. exod. 719 consona iustae corda -eant legi. AVR. VICT. Caes. 33, 6 lenonum ... amicitiis. LVCIF. moriend. 3$^{in.}$ divino ... praecepto. AMBR. in psalm. 36, 32, 3 terrenis. AVG. serm. 32, 14, 14 promissis dei. c. Iul. 2, 5, 12$^{in.}$ Manichaeorum favemus et -emus insaniae. ZACCH. 2, 16 p. 1138^{B} malignis voluptatibus. PS. PRIMAS. in Eph. 4, 19 praesentibus voluptatibus (inh. PELAG., adh. PS. HIER.). *animantium*: CLEM. ad Cor. 46, 4 bonis et iustis (46, 15. 30. *gr. ubique* κολληθῶμεν). 27, 1 animae nostrae ad *deum* (προσδεδέσθωσαν. AVG. serm. 97, 4 -e deo ... illi adhaere. catech. rud. 16, 24$^{extr.}$ *cf.* VVLG. psalm. 72, 28 adhaerere domino). HIL. in psalm. 62, 10 ut his quos amamus, etiamsi absentes sint, -eamus. LVCIF. reg. apost. 3 p. 42, 5 Arrianis (*l. 9* adhaerere). non conv. 11$^{extr.}$ ut fugiam coetum tuum ..., ne, dum -o tibi, ... tecum peream. AVG. civ. 4, 18 p. 168, 1 suis contemptoribus *Fortuna* (*opp.* praeterire). (V) *coniux*: ITALA Matth. 19, 5 (cod. a) -bit uxori suae (κολληθήσεται, VVLG. adhaerebit. CYPR. GALL. gen. 39). AVG. pecc. mer. 3, 12, 21$^{extr.}$ coniuges infideles, quamlibet sanctis ... coniugibus -eant *i. matrimonio copulati sint.* *β -et res*: *c. praep.*: TER. Hec. 229 in te omnis -et culpa sola ([CIC. Verr. II 3, 106 utrum ... horum dixeris, in eo c. et crimen -bit (Cael. 15 crimen)]. CIC. Tull. 34 in singulis *partibus* dolus malus. Catil. 1, 13 dedecus ... in fama [har. resp. 57 in eo penitus defixa atque -entia]. epist. 6, 5, 2 in tam bona causa et in tam bonis civibus tam acerba iniuria. nat. deor. 2, 11 in re p. religionem. div. 1, 30 peccatum ... in eo, qui non obtemperavit. PERS. 5, 121 in stultis ... semuncia recti. SCHOL. Cic. Bob. p. 80, 24 St.). COD. Theod. 6, 35, 10 officium, penes quod *culpa -bit.* 9, 8, 1 violatae castitatis aput ipsum facinus. *c. dat.*: CIC. Q. Rosc. 17 hoc homini huic -ere peccatum. Sest. 62 illa ... rei p. (in re p. *G*) turpitudo. HOR. sat. 1, 3, 77 stultis -entia *vitia* (QVINT. decl. 298 p. 178, 7). SEN. benef. 3, 1, 1 *ingratus animus.* epist. 104, 20 -bit tibi avaritia, quamdiu avaro ... convixeris. HERM. sim. 6, 5, 2 stultitia tibi perseveranter -et (παράμονός ἐστι). PORPH. Hor. carm. 1, 26, 1 doctis viris nullam -ere sollicitudinem. PS. QVINT. decl. 13, 6$^{extr.}$ male -et tibi innocentia, ubi in potestate est secretum scelus. PS. ASCON. p. 204, 12 St. magis iudicibus -suram turpitudinem quam sibi. CLAVD. DON. Aen. 4, 360 -rent mihi crimina *tua*, si ... mea voluntate peccarem. *abs.*: CIC. Verr. I 3 auctoritas ea, quae in vobis remanere debet, -bit. Cael. 14 nec *illud* crimen -eat (56). de orat. 3, 14 non modo sedatis molestiis ..., sed etiam -entibus. OV. met. 3, 395 amor (AVG. civ. 21, 26 p. 544, 12). SIL. 12, 736 quod credere magno non audent -ente metu. AVSON. 244, 7 dolor.

B *sensu artiore*: *significantius dictum*: *i. q. arte adhaerere*: VERG. Aen. 10, 361 -et pede pes densusque viro vir. OV. am. 2, 15, 13 *anulus* angustus et -ens (TAC. ann. 2, 14 -entia corpori tegmina *i. loricae*). *i. q. firmiter adhaerere* (*cf. p. 2493, 67*):

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VITR. 10, 2, 7 *funes* ut -eant conligantur. 10, 2, 4 funibus ... in palis -entibus. CELS. 7, 7, 14^E ut inferiori parti insidat. si -sit *eqs.* SCRIB. LARG. 214 *emplastrum illud* -et, ut fascia non sit opus. *de pertinacia*: OV. trist. 4, 1, 33 sentit amans sua damna fere, tamen -et in illis (LIV. 30, 30, 14 *Hannibal* in possessione Italiae. SEN. dial. 9, 10, 6 quibus necessario -endum sit in fastigio suo). SEN. suas. 5, 1 circa damna sua. SEN. dial. 6, 1, 1 *dolori* viri quoque libenter -ent et incubant (IORD. Rom. 206 -entem atque incubantem Italiae Annibalem [*cf.* FLOR. epit. 2, 6, 57 inhaerentem]).

III *i. q.* ***cohaerere***: GLOSS. coherit. **A** *generatim*: **1** *c. praep.*: VARRO rust. 1, 50, 3 quod cum spica -et (1, 50, 2 quod ⟨cum⟩ terra -et. VITR. 2, 3, 2 *lateres recentes* contractione ... moti non -ent cum *tectorio*, sed ab coniunctione eius disparantur). LVCR. 2, 461 inter se (3, 193 -et ... i. s. magis omnis materiai copia *sc. mellis quam aquae.* 3, 325 communibus i. s. radicibus *anima et corpus.* LIV. 26, 39, 13 prorae i. s. iunctae. 38, 22, 9 conserti. HIER. adv. Rufin. 3, 5 non -ere i. s. mendacium [*cf. l. 23*]). PS. QVINT. decl. 13, 18 *favi* ipsis ... sibi invicem angulis -ent (HIER. epist. 64, 20, 3 *quattuor virtutes.* 64, 20, 2). BOETH. arithm. 1, 2 quae nulla rationis proportione iunguntur ... quae ad se invicem nulla ratione proportionis -ent. **2** *c. dat.*: HOR. *v. l. 31.* HIER. epist. 64, 18, 6 ratione ... terrena -ent caelestibus. tract. in Marc. p. 328, 14 scriptura ... sancta -et sibi tota (*cf. l. 17*). in Is. 45, 8 superioribus *haec* (*opp.* a superioribus separant). **3** *abs.*: LVCR. 1, 608 -ere unde queant nulla ratione revelli. 4, 1113 in Veneris compagibus (4, 1204 V. c. PROP. 2, 15, 25 -entes. PETRON. 26, 5 vultus [cohaeserant *ed.*]. 79, 8 -simus). CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 3 scalarum gradus si alios tollas, alios incidas, nonnullos male -entis relinquas. VERG. ecl. 3, 102 (*de agnis macris*:) vix ossibus -ent ([HIER. epist. 22, 30, 3 ut o. vix -rem. vita Hilar. 5 in Ier. 3, 37, 1]. GRATT. 230 teneris vix artibus. HIER. epist. 22, 7, 1 vix ossa -entia). HOR. ars 195 quod non proposito conducat et -eat apte. LIV. 2, 6, 9 uterque transfixus, duabus -entes hastis. MANIL. 4, 828 concutitur tellus validis compagibus -ens. CYPR. GALL. exod. 833 qui ... perimit, poenam non vitat -entem. CASSIOD. gramm. VII 205, 2 consonantes impares, quae tamen -ere possunt, si hinc inde vocalem accipiant.

B *speciatim*: **1** *i. q. subiectum, obnoxium esse, pendere*: VARRO rust. 1, 17, 1 de fundi quattuor partibus, quae cum solo -ent. MANIL. 3, 85 signisque sequentibus -ent. 2, 443 Mavorti Scorpios (*cf. 2, 439* Lanigerum Pallas ... tuetur). CVRT. 9, 5, 18 in Aristono spes ultima. LVCAN. 9, 573 -emus cuncti superis ... nil facimus non sponte dei. BOETH. mus. 1, 10 sonorum proprietas non in hominum lacertis -bat, sed mutatos malleos comitabatur. **2** *i. q. attributum esse*: MANIL. 4, 704 Aries capiti, Taurus cervicibus -et (*cf. 2, 456* Aries caput est ... sortitus). **3** *i. q. proximum, vicinum esse*: MANIL. 2, 385 -entibus ... signis (3, 466). 3, 579 Piscibus est Aries et sorte et finibus -ens. 4, 356 -entisque decem partis. PETRON. 126, 12 qui ambulationi -bat *daphnon.* VVLG. Ios. 2, 15 domus ... -bat muro. **4** *i. q. firmiter cohaerere* (*cf. p. 2493, 67*): CELS. 5, 26, 23^C sutura ... quo valentius -eat.

IV ***de motu impedito*** (*cf. I B*): **A** *-ent res, mota, motus*: **1** *generatim*: PLAVT. Pseud. 985 homo in medio lutost, nomen nescit, -et haec res (Amph. 814 Trin. 904. Pseud. 423 -et hoc negotium. QVINT. inst. 5, 10, 114 nec circa probationem res -et, sed circa propositionem. *cf.* CIC. ad Q. fr. 2, 6, 2 in hac causa aqua mihi -et [off. 3, 117 a. -et, ut aiunt]. fin. 5, 84 oratio -et in salebra). TER. Eun. 177 lingua -et metu (VERG. Aen. 3, 48 vox faucibus -sit. SEN. Oed. 1009 ore. STAT. Theb. 10, 668 utrique. PRVD. perist. 10, 11 noster -ens sermo lingua debili balbutit. *cf.* OV. epist. 4, 7 ter ... conata loqui ter ... -sit [6, 26 pudore. SIL. 6, 570 QVINT. inst. 12, 1, 29]). VERG. Aen. 3, 597 -sit continuitque gradum (11, 699. OV. rem. 430 in cursu qui fuit, -sit amor. met. 14, 756. SEN. Herc. f. 245 dubia quo gressus ferat -sit parumper. Herc. O. 518 *sagitta* tenuit -entem fugam *i. ita ut -ret.* 1068 rota. 1686 lacrimae [STAT. Theb. 9, 36]. Oed. 586 gelidus in venis stetit -sitque sanguis. Phaedr. 1101 biiuges vulnere. Thy. 665 fons stat ... et nigra piger -et palude. benef. 6, 31, 6 in semita -bis. LVCAN. 1, 508 nec limine quisquam -sit. SIL. 4, 579 gressus). 11, 290 Hectoris ... manu victoria Graium -sit ([SERV. auct. retardata est]. SEN. Phoen. 435 victa materna prece -sere bella [LVCAN. 7, 547 constitit hic bellum fortunaque Caesaris -sit. AMM. 21, 14, 1 -ens eius f. iam et subsistens]. VAL. FL. 6, 356 pugna [FLOR. epit. 3, 10, 5 in vadis]. STAT. Theb. 3, 17 labor -et in uno *Tydeo*). 9, 419 traiectoque -sit ... cerebro *hasta* (11, 804 sub exsertam ... perlata papillam. LIV. 21, 8, 11 in scuto. SIL. 5, 474). HOR. carm. 1, 2, 9 *pisces* summa ... ulmo. sat. 2, 3, 205 adverso litore navis (PROP. 4, 1^b, 110 ad pia saxa. CVRT. 9, 9, 19 in vado. SIL. 17, 25 vadis. TAC. hist. 4, 27 per vada). OV. trist. 3, 10, 49 in glacie pisces. LIV. 21, 36, 8 *iumenta* ... in ... glacie (SIL. 3, 551 ungula perfossis ... pruinis). PHAEDR. 1, 8, 4 os devoratum fauce (PLIN. nat. 28, 49 in faucibus. *ibid.* si panis -eat. IVV. 3, 233 cibus ... stomacho [PALLAD. 1, 29, 4 cibi -entis]. MARCELL. med. 15^{ult.} quae faucibus -serint [15, 105. 107. 108]. 15, 103 gulae). COLVM. 7, 3, 16 *fetus* transversus -et locis genitalibus (8, 5, 15. PLIN. nat. 27, 30. 20, 258 menstruis -entibus [22, 156]. PLAC. med. 17, 22 secundae). SEN. clem. 1, 16, 3 in legendo oculus (QVINT. inst. 1, 1, 21 *puer* circa formas

litterarum). STAT. Theb. 3, 583 situ *gladii.* LVCAN. 7, 636 -ere cruores ... campisque ... consistere. VAL. FL. 4, 527 -sit uterque polo *i. constitit.* PLIN. paneg. 30, 4 *Nilus* substiterat atque -serat (CLAVD. 21, 186 *flumen.* 8, 348 glacie. DRAC. laud. dei 2, 165 mare rubrum se divisit et -sit in partes ... duas). CLAVD. 8, 133 Delos. rapt. Pros. 2, 194 *equi.* PAVL. NOL. carm. 26, 253 stet sol tibi lunaque ... -eat.

2 *speciatim*: **a** *i. q. teneri, impediri*: CIC. Tull. 33 in *dolo malo* ... etiam si per alios id fecissent, -rent ac tenerentur. LIV. 6, 12, 10 -ere iam aciem conlato pede. 8, 38, 14 -ent impediti impedimentis nostris *sc. diripiendis* (38, 27, 3. 38, 49, 10 ad impedimenta nostra). 10, 5, 10 fugientes in angustiis portarum (34, 47, 1. 34, 15, 8 in arto. STAT. Theb. 8, 352 artantur portis septemque excursibus -ent). 10, 36, 13 obiacente sarcinarum cumulo ... -sere impediti. 22, 5, 5 pugnantium globo inlati (42, 66, 6). 29, 33, 7 ipse ... evasit. duae turmae -sere (CVRT. 8, 13, 27). MANIL. 4, 751 vestibus *laxis* -ens (LVCAN. 9, 487 multo *pulvere i. harena*). SEN. Tro. 553 haec una naves causa ... tenet, hac classis -et. CVRT. 8, 14, 4 propemodum immobiles currus. VAL. FL. 6, 421 *cervi* cornibus altis *sc. invicem.* TAC. Agr. 36 densis hostium agminibus et inaequalibus locis. VVLG. gen. 23, 13 arietem inter vepres -entem cornibus. PRVD. perist. 11, 212 in magnis densa cohors spatiis. PALLAD. hist. mon. I 18, 3 ita in memorato -serunt loco, ut ... moveri inde non possent (*31 p. 87, 12^B* ἠλωθέντες εἰς τὸν τόπον). **b** *i. q. morari, cunctari*: SEN. epist. 102, 26 quid cunctaris ...? -es, reluctaris. LVCAN. 5, 145 -entem dubiamque premens in templa sacerdos impulit. 6, 462 dilataque longa -sit nocte dies. VAL. FL. 3, 211 lentis -et nox ... bigis. 7, 384 paulumque his vocibus -sit. STAT. Ach. 1, 804 -et ... coetuque novissimus exit. 1, 867 quid -es? IVV. 3, 135 -es et dubitas *illud facere.* PLIN. epist. 1, 22, 1 diu iam in urbe -o (FRONTO p. 32, 8 N. Romae). PACIAN. sim. carn. p. 150, 1 longior vita sanctorum mora est labentium saeculorum; in bonis adhuc -et, quod properat iam finiri (*v. adn. crit.*). **c** *i. q. cessare, desinere*: CLAVD. 3, 268 hucusque minatus -bat retroque fuga cedebat. 26, 226 tandemque libido -sit. rapt. Pros. 1, 124 fessaque post primos -serunt viscera partus.

B *-et animus*: **1** *dubitantis, difficultate inveniendi impediti, trepidantis*: **a** *abs.*: PLAVT. Capt. 532 quid machiner? ... -o (SEN. Phoen. 139 monstra quis tanta explicat? ... -bo). CIC. Verr. II 2, 187 -ere homo, tergiversari, rubere (PANEG. 10 [4], 9, 5 tergiversari atque -ere petulantiam ... gravitate confusam). Phil. 2, 74 -bat ..., quo se verteret, non habebat. fin. 3, 16 si me -entem videbis *sc. in vertendis Graecis.* 4, 68. Att. 9, 15, 3 scimus (*quae acta sint*), -emus nihilominus. LIV. 26, 36, 1 consilium (SEN. Thy. 419 animus [SYMM. epist. 1, 37]). SEN. contr. exc. 8, 1^{in.} -bat nec quicquam ... noverat (*fere i. q. nesciebat; cf. infra l. 72.* IVV. 6, 281 dic ... :: -emus, dic ipsa). SEN. Med. 390 -et: minatur aestuat, queritur gemit (ubi ponat minas, -et *transp. Leo*). Phoen. 477 quid dubius -es? LVCAN. 9, 1036 voltus, dum crederet, -sit. PERS. 2, 19 -es? (SCHOL. dubitas ... praeponere?). PS. QVINT. decl. 11, 8^{med.} tunc est poena, cum periturus trepidat, -et. AMM. 16, 8, 6 iudices ... ambigui. 21, 7, 1 anceps ... anxius ... -ens. 22, 1, 1 futurorum incertus. HEGES. 1, 16, 3 -sit animi dubio sententiaeque incerto (*1, 142* διαπορoῦντος. 1, 30, 9 incerto [*1, 310* ἀπορεῖν. AMBR. obit. Theod. 45. fug. saec. 5, 28 fluctuat et i. -et]). CYPR. GALL. iud. 456 neu dubitet -eatque. ZACCH. 1, 36^{in.} ne in fidei susceptione ex aliquo incertus nutes aut -eas. **b** *c. enunt. interr.*: TER. Eun. 848 quid faciam ([DON. incertus maneo atque defigor]. TRAIAN. Plin. epist. 10, 115 quid a te rescribi oporteret. AMM. 14, 11, 6 anxia cogitatione. 18, 2, 1 anxius. CASSIOD. hist. 1, 35 p. 982^C [*Sozom. 3, 20* ἀπορῶν]). OV. met. 4, 132 -et, an haec sit. dum dubitat *eqs.* AMM. 15, 5, 10 -ens et ambigens diu, quidnam id esset (CLAVD. 1, 210 unde repentinus populi fragor). **c** *c. praep.*: CIC. fin. 1, 20 in quo etiam Democritus -et (nat. deor. 3, 62 in multis ... nominibus *sc. explicandis* -bitis. de orat. 2, 163. SVET. Dom. 12, 1 in explicandis oneribus *publicis.* IVST. 2, 10, 16 in coniectura. GELL. 14, 2, 11). OV. Pont. 2, 3, 88 inter confessum dubie dubieque negantem -bam (CVRT. 10, 6, 18 i. cupiditatem pudoremque). TRAIAN. Plin. epist. 10, 82, 1 circa id. TERT. adv. Val. 10 p. 188, 11 de ratione casus (*Iren. 1, 2, 3* ἀπορῆσαι ζητοῦσαν τὴν αἰτίαν. RVFIN. apol. Orig. praef. 2 p. 543^C de multis). **d** *seq.* **nē**: PLIN. epist. 10, 118, 3 non mediocriter -o, ne cuiusquam retro habeatur ratio dandumque (*sit*), quod tunc ... non debebatur *i. puto dandum non esse.* **e** *c. inf.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 35, 3 qua ratione ... non tulerint pallium, -o reperire *i. nescio, nequeo; cf. supra l. 44.* **2** *stupentis*: GLOSS. stupet. VERG. Aen. 5, 529 attonitis -sere animis. VAL. MAX. 5, 4 ext. 1 -ent ac stupent hominum oculi. 9, 9, 2 oculis paulisper -sit ... spectaculo attonitus. VAL. FL. 7, 79 vocem mirata tyranni -sit *sc. pavore commota.* TAC. hist. 3, 26 aspectu. PANEG. 9 (12), 11, 4 stupere miles ... ipse etiam praefectus -ere. *nota struct. c. acc. c. inf.*: DRAC. laud. dei 2, 648 miratur et -et (*fere i. q. -ens miratur*) sic uterum crevisse suum.

V ***de perpetuitate aut stabilitate actionis*** (*cf. et II 2*): **A** *i. q.* ***manere***: **1** *c. praep.*: CIC. Sest. 60 virtus ... pulsa loco manet tamen atque -et in patria (LVCR. 3, 407 in vita cunctatur et -et [SEN. dial. 6, 3, 3 invisa -bis in luce]. VERG. Aen. 2, 654 inceptoque et sedibus -et in isdem. OV. met. 4, 560 quo quaeque in gestu de-

[Bulhart]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(h)alica(c)cabum (-on, -os), -ī, *n.* ἁλικάκκαβον. *praeter* CELS. (*l. 71*) *nusquam fere aspiratur. de* -cac-, -cacc- *variant codd. certum generis neutri exemplum non legitur praeter* PLIN. nat. 1, 21, 52 (p. 67[b], 37). *acc.* -on: PLIN. nat. 21, 180. *fem.* -os: *v. l. 75; cf. l. 66.* *species strychni, herbae venenatae* (*v. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 405; cf. etiam* caccabulum *vol. III 5, 23 sqq.*): *describitur*: PLIN. nat. 21, 177 *strychni genus* alterum, cui acini coccini, granosi in folliculis, -on vocant, alii callion, nostri autem vesicariam, quoniam vesicae et calculis prosit. frutex est surculosus *eqs.* 21, 180 alterum genus ... soporiferum est atque etiam opio velocius ad mortem. ab aliis morion, ab aliis moly appellatum. 1, 21, 52 *inter herbas sponte nascentes* trychnum sive strychnum sive -um *eqs.* PS. APVL. herb. 75 l. 16 H.-S. a Graecis dicitur strignos, alii -os (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 71 p. 230, 14* φυσαλίς· οἱ δὲ στρύχνον, οἱ δὲ ἁλικάκκαβον). DIOSC. 4, 67 est et alterum genus strigni, quem -um vocant *eqs.* 4, 68. 70 dorignion que Cratebras -o aut calida dixerunt (*gr. 4, 74* ἁλικάκκαβον ἢ καλλέαν). GALEN. alfab. 93 dorignium et alicacanum aliqui dicunt. GLOSS. III 559, 37 -o durigneos. *in usu*: CELS. 5, 20, 3 ad ulcera sordida ... -i corticis p. ✕ IV. PLIN. nat. 21, 180 praesentaneo remedio ad dentium mobiles firmandos, si colluerentur -o in vino *eqs.* 21, 182 -i radicem bibunt, qui vaticinari gallantesque ... aspici se volunt. *ibid.* aspidum naturae -um in tantum adversam, ut radice eius propius admota soporetur illa sopore enecans vis earum. THEOD. PRISC. phys. 6 -i ... radices medentur *epilepticis*. ORIBAS. syn. 2 add. p. 844 -um trociscum. *remedium contra -um*: PLIN. nat. 22, 112 aqua mulsa ... salutaris ... contra *venenum* -i (*cf.* 21, 182). *cf.* caccabus, *salacaccabia.

halicār-: *v. l. 52.* **halieus,** ἁλιεύς. APIC. 10 tit. -s.

halieuticus, -a, -um, ἁλιευτικός. *i. q. ad piscaturam pertinens*: TREB. Claud. 17, 5 *misi ei* boletar -um (toreuticum *Mommsen*) argenteum librarum viginti. *n. plur. pro subst.* halieutica, -ōrum (-ōn *p. 2516, 2*): *in titulis librorum* (*graece*: VOPISC. Car. 11, 2 HIER. in Ezech. 47, 6 sqq. p. 595 V): PLIN. nat. 32, 11 quae Ovidius prodidit piscium ingenia in eo volumine, quod -on inscribitur (*non in codd.* OV. hal., *cf. q. adn. Vollmer in editione*). HIER. chron. a. Abr. 2188 Oppianus Cilex poeta cognoscitur, qui -a (al- *codd.*) miro splendore conscripsit.

halimon, (-ī) *n.*, ἅλιμον. *masc.* -us *v. l. 15.* [*hisp.* armuelle. *M.-L.*] *i. q. nomen herbae* ('*atriplex halimus*' *L. cf. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 108*): PLIN. nat. 17, 239 necat et hedera vinciens ... et cytisus, necatur eo quod -on vocant Graeci (*cf. Theophr. hist. plant. 4, 16, 5* ἅλιμον ἀπόλλυσι ... τὸν κύτισον). 22, 73 asphodelum ab Hesiodo quidam -on (al- *pars codd.*) appellari existimavere, quod falsum arbitror; est enim suo nomine -on, non parvi et ipsum erroris inter auctores. alii enim fruticem esse dicunt densum, candidum ... alii olus maritimum esse dixere salsum et inde nomen *eqs.* 1, 22, 33 (al- *R*). DIOSC. 1, 101 de alimu. -us frutex est circa hortos sicut ramnus *eqs.* (*gr. 1, 91* ἅλιμον. *cf. Ps. Diosc. Vind. 1, 91 p. 84, 11* ἅλιμος). [*confunditur cum -o herba quae dicitur* ἡ ἄλῑμος (*sc.* τροφή); *cf. Wagler, RE I 1483 sq.*: SOL. 11, 12 herba alimos dicitur: ea admorsa diurnam famem prohibet; proinde et haec Cretica est (*inde* ISID. orig. 14, 6, 16. *cf.* PRISC. periheg. 529)].

haliphloeos, (-ī) *f.*, ἁλίφλοιος. *nomen arboris*: PLIN. nat. 16, 24 pessima et carboni et materiae -os dicta, cui crassissimus cortex atque caudex et plerumque cavus fungosusque *eqs.*

hippuros, hirundo, **halipleumōn** PLIN. nat. 32, 149 (*inter nomina piscium*). ἁλιπλεύμων.

hālito, -āre. *ab* halare (*cf.* DIOM. gramm. I 345, 3). [*ital. mer.* aletá, *sard. merid.* alidai. *M.-L.*] *i. q. exspirare*: ENN. scaen. 184 quadrupedantes ... flammam -antes.

✕hālitus, -ūs *m.* *ab* halare. PRISC. gramm. II 570, 5 ab halo ... '-us' nomen participiale, non halatus (*cf.* PS. PRISC. gramm. III 525, 12). MAR. VICTORIN. gramm. VI 227, 21. *de scriptura*: *in aspiratione libri passim variant (cf. S. Ruehle, de aspiratione vocabulorum, quae sunt* haud, haurire, halare. *Marburg 1913 p. 62 sqq.), sed in optt. codd. melioris aetatis aspiratio praevalet; omittitur ex. gr. semper fere in codd.* SEN. nat., *plerumque in scriptis inferioris aetatis.* *saepius falso scribitur* hab- (*cf. l. 44. 75. p. 2517, 13. 21. 49*). *sing. dat. in usu non est; plur.* (*inde a* SEN. phil.) *soli nom. et acc. leguntur (at* halatibus *v. p. 2514, 10). de notionibus*: CHAR. gramm. p. 451, 30 B. πνοή. 456, 24 ἆσθμα. GLOSS.[L] III Abstr. HA 6 -s aura, flatus. *al.* (*v. Thes. gloss.*). NOT. Tir. 102, 18 *inter* (h)alat *et* anhelat. *legitur in versibus inde a* CIC. (*v. p. 2517, 57*), LVCR. (*v. p. 2517, 66*), VERG., OV., *in sermone pedestri inde a* SEN. phil., COLVM. *praecipue apud scriptores artium.* [**dub. vel corrupt.**: SEN. nat. 5, 15, 4 terrarum pendentium habitus (*Gercke cum codd.*, -us *Schultess; cf. l. 36*) ventosque per caecum inanes (immanes? *Gercke*). TAB. devot. Audollent 134[b], 1 (*v. ann.*). 190, 8 *pro* vitu *trad.* -u(m) *proponit Zangenmeister probante Momms.; alii alia.* PRVD. ham. praef. 63 Cain triumfat morte fratris -ūs (*Bergmann*; al- *codd.*; allitus *Arev., Dressel; v. vol. I 1686, 75*).]

i. q. **respiratio, exhalatio, spiritus** (*sensu et incorporeo de actione halandi, spirandi et corporeo de ipso elemento aëris*): **A rerum: 1** *de flatu aëris, nebulae sim.*: *generatim*: VERG. georg. 2, 350 tenuisque subibit *in solum* -s. COLVM. 1, 5, 6 praestat a mari longo ... intervallo ... refugisse; quia media sunt spatia gravioris -us (*an pertinet ad l. 76?*). 5, 5, 15 velut -u flammeo. 7, 3, 12 observare ... -us septemtrionales (*ibid.* ventum *et* flatus [PALLAD. 8, 4, 4]). PLIN. nat. 9, 17 in aquas ... penetrare vitalem hunc -um. CONSVLT. Zacch. 1, 25 p. 31, 23 Mor. aërem perniciosior -s saepe corrumpit. AVG. c. adv. leg. 1, 13, 22 ex aërio -u. enchir. 88 in quoslibet -us aurasque diffugiat *materies terrena.* MACR. somm. 1, 6, 67 aëris -um (MART. CAP. 6, 599). MART. CAP. 6, 602 vitalis aurae -u. 6, 608 transaustrini -us desertione. *de exspiratione, evaporatione locorum* (*nonnulla etiam ad 2 spectant*): VERG. Aen. 6, 240 talis sese -s atris faucibus *speluncae* effundens (*vs. in parodiam detorquetur ab* AVSON. *v. p. 2517, 54*). PLIN. nat. 31, 49 aestuaria, quae graviorem illum -um *putei* recipiant. SIL. 6, 148 crassus ... -s erumpens *e nemore* taetrum exspirabat odorem. *terrae* (*cf. p. 2517, 67*): SEN. Oed. 633 nec ... tellus -u sicco nocet (APVL. mund. 10 telluris -u). nat. 2, 10, 3 terrarum -u (6, 16, 2. PLIN. nat. 2, 135 [*syn.* exhalatio]. 11, 31. 77. 31, 32 QVINT. inst. 7, 2, 3. AMM. 20, 11, 16 [*syn.* spiramina]. *al.*). 5, 4, 1 mutatio ipsa -us mixti in ventum vertitur (*cf. ibid.* evaporatio). PLIN. nat. 2, 102 terreni -us. 17, 39 emittit illum suum -um divinum ex sole conceptum. APVL. mund. 18 ut quaedam terrae exspirent -um (*Ps. Aristot. mund. 4 p. 396 a 5* πνεῦμα). ARNOB. nat. 1, 8 p. 9, 12 ut exspiret nocentissimos -us (hab- *trad.*). AMM. 23, 6, 17 *e terrae hiatu* -s letalis exsurgens. *aquarum* (*cf. supra l. 55*): SEN. nat. 2, 12, 4 aquarum -s umidus est. PLIN. nat. 17, 24 admoveri salis (*i. aquae marinae*) -um inutile (*cf. ibid.* adflatus maris). 31, 56 quod *flumen* nullum -um, non modo nebulam, emittat. 31, 70 maris (36, 166 LACT. ira 10, 20). TAC. hist. 5, 7 lacus. APVL. mund. 8 amnium fontiumque. RVT. NAM. 1, 105 frigidus aestivas hinc (*sc. ex aquis*) temperat -s auras. SIDON. epist. 2, 9, 9 -u nebulae stridentis (*sc. ex aqua calefacta surgentis*) oppletis. *al.* *rerum coctarum, incensarum* (*cf. p. 2517, 7*): PLIN. nat. 15, 31 *picis.* PRVD. perist. 5, 220 carbonum strues

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vivum vaporat -um. *huc pertinet*: PLIN. nat. 34, 167 plumbi fornacium -s noxius. MART. CAP. 7, 802 nostris super -s aris. 2 *de emissione odoris*: COLVM. 12, 44, 8 huiusmodi -us celeriter acina corrumpunt (*cf. ibid.* odor malorum). PLIN. nat. 12, 86 universitatis *odorum* -um e tota paeninsula *Arabia* existere. 14, 141 ex ore -s cadi. 19, 111 taedium *alio* ... -u, ut cepis. 23, 12 vinaceorum. PANEG. 7 (6), 22, 1 *aquarum calentium* nulla tristitia est saporis aut -us, sed ... haustu et odore sinceritas. CYPR. GALL. exod. 1123 *turis*. PRVD. psych. 328 -s inlex inspirat tenerum ... venenum (*cf. ibid.* odor). 3 *de emanatione caloris et luminis*: COLVM. 2, 5, 2 solis (4, 22, 5). 9, 13, 4 vivido -u caloris. VEG. mulom. 4, 1, 2 flammarum. MART. CAP. 2, 219 culmina Aurora primo convenustans -u (*Böttger*; hab- *codd.*). 4 *tropice de morbis*: SEN. dial. 6, 26, 6 *fatum* ex infimo pestilentiae -us mittet. COLVM. 7, 5, 4 morbi.

B ***animantium*:** 1 *hominum* (*dei l. 20. 26*): **a** *generatim*: SEN. nat. 4^b, 3, 3 in speculis ..., quae umorem -u colligunt. PLIN. nat. 7, 25 Astomorum gentem ... -u tantum viventem et odore, quem naribus trahant (*cf.* HIER. in Is. 2, 20 p. 44 V. AVG. civ. 16, 8 p. 135, 15 D.). 33, 127 in -u hominis si sudet *argentum*. AMPEL. 8, 5 si quis *pallam* -u afflaverit. TERT. adv. Marc. 4, 17 p. 474, 20 cum *deus me* de suo -u (*R*, hab- *codd.*) movit (*de creatione animae; cf.* VINC. VICTOR Aug. anim. 3, 3, 3 p. 362, 19 cum de se ipso -um vel flatum facit. *al.*). ARNOB. nat. 7, 28 p. 261, 23 quicquid ... spirat et reciprocos -us ... ducit (*cf.* AVG. gen. ad litt. 7, 3 p. 202, 19). NON. p. 233, 2 anima ... -s oris. VVLG. Iob 19, 17 -um meum exhorruit uxor meus (*cf. interpretationem spiritalem* GREG. M. moral. 14, 52). 41, 12 -s eius (*sc. dei*) prunas ardere facit. VINC. VICTOR Aug. anim. 3, 5, 7 p. 366, 2 membra ... redanimata per -um prophetae. GREG. TVR. Franc. 4, 4 spiraculum ..., unde -um resumere possit. *de anima, aura vitali*: VVLG. Iob 27, 3 donec superest -s in me et spiritus dei in naribus meis. PRVD. cath. 3, 91 quod calet -s interior. 9, 48 iecur ... intrat -s (*cf. ibid.* reddito spiramine). 10, 11 petit -s aëra (*cf. l. 38*) fervens, humus excipit ... corpus. perist. 14, 59 iuveni -um vitae innovatum. VEREC. in cant. 3, 15 inter pulmones, ubi vitalis -s ... est. *de spiritu extremo morientium* (*cf. infra l. 56*): VERG. Aen. 4, 684 extremus si quis super -s errat (*cf.* HIER. vita Pauli 16 extremum -um fundam [GILD. Brit. 73 chron. III p. 67, 25 IORD. Rom. 383]). SEN. Tro. 379 profugo spiritus -u ... cessit in aëra. SIL. 6, 40 supremus ... cessit in auras -s (AMBR. exc. Sat. 1, 19 *syn.* extremum spiritum). VVLG. III reg. 17, 17 ut non remaneret in eo -s. PRVD. cath. 12, 124 singultat unda et -s *infantium immersorum*. perist. 7, 86 orantem simul -s et vox deserit. CORIPP. Ioh. 7, 363 -s in summo tenuis quibus ore remansit. *de anhelitu aegrotantium, languentium, suspirantium*: PERS. 3, 89 aegris faucibus exsuperat gravis -s. VVLG. Dan. 10, 17 -s meus intercluditur. CLAVD. 1, 118 creber ... recurrit -s. DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 12 p. 363^A -um, quem maeror extrudit, etiam gemitum vocamus. *nota*: IVV. 10, 238 tantum artificis valet -s oris (*sc. fellantis cf.* SCHOL. artificem ad inquietandum senis inguinem). *tropice*: TERT. anim. 51 p. 383, 14 ad primum -um (hab- *B*, aditum *Ursin.*) orationis. PRVD. c. Symm. 1 praef. 77 inritos oris rhetorici depulit -us. **b** *magis respicitur odor*: COLVM. 11, 3, 22 mandentium -us inodorare. PLIN. nat. 12, 16 commendandi -us gratia. 20, 186 oris -um (21, 142 *al.*). 23, 93 -us suavitatem. 28, 56 colluere ora propter -us. *al.* *cunni*: AVSON. 359, 13 (*est vs. p. 2516, 63 allatus in iocum detortus*).

2 *bestiarum* (*de moribundis vel aegrotantibus v. l. 58. 65; de odore v. l. 62*): CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 36 Nemeaeus leo ... efflavit ... extremum -um. OV. met. 3, 75 quique -s exit ore niger Stygio *draconis* (*cf.* SIL. 6, 245 RVFIN. hist. mon. 8 p. 421^C OROS. hist. 4, 8, 11). PAVL. FEST. $Gloss.^L$ IV p. 222^b (101 M.) ab equi -u, qui est supra modum acutus. SEN. Med. 466 igneos tauri -us. PLIN. nat. 8, 46 gravem odorem *leonum* nec minus -um (*cf.* 11, 277). VAL. FL. 4, 494 fragrat acerbus odor *Harpyiarum* patriique exspirat Averni -s. MART. 12, 28 (29), 5 cervinus ... sorbet sic -s anguem. CHIRON 143 -s (*Veg. mulom. 1, 35, 1* anhelitus) *iumenti febricitantis* fervens erit et olidus.

C ***de quolibet spiramine*:** LVCR. 6, 478 fluviis (*cf. p. 2516, 76*) ex omnibus et ... surgere de terra (*cf. p. 2516, 67*) nebulas aestumque videmus, quae velut -s hinc ita sursum expressa feruntur. MART. 10, 42, 2 lanugo tibi tam mollis, ut illam -s et soles et levis aura terat. SOL. 5, 23 nullo inflagrante -u ... fit accendium. AVG. epist. 92, 5 -s erit *deus*, ut sentiri possit eius olfactu.

syn. ad A 1: afflatus (*v. p. 2516, 78*). aura (*v. p. 2516, 60*). evaporatio (*v. p. 2516, 71*). exhalatio (*v. p. 2516, 69*). flatus (*v. p. 2516, 57*). spiramen (*v. p. 2516, 70*). spiritus (SEN. nat. 2, 10, 3). vapor (SEN. nat. 2, 12, 4). ventus (*v. p. 2516, 56*). *ad A 2*: odor (*v. l. 4. 8. 10*). *ad B*: afflatus (SIL. 6, 240). anima (*v. l. 24*). flatus (*v. l. 22*). spiramen (*v. l. 32*). spiritus (*v. l. 30. 39*).

cf. halatio. halatus. anhelitus.

magas mulieres, quas patrio sermone ... **haliurunnas** (haliar- *emend. sec. got.* *haljarûna; *cf. q. adn. Müllenhoff in Mommseni ed. p. 150. cf. etiam Feist, Et. Wb. d. got. Spr.³ s. v.*) cognominat *populus* IORD. Get. 121.

(h)allēc *et* **(h)allēx**, -ēcis *c.* [*orig. inc.; improbabiliter Keller, Lat. Volksetym. p. 79. cf. Walde-Hofmann s.* allec. *J. B. H.*] *de originatione cf. p. 2518, 70.* *de scriptura*: *aspiratio perhibetur codd.* PLAVTI, CATONIS, PLIN. nat. 32, 127. 128 (al- *dett.*), MART. 3, 77, 5 (*parte codd.*), NONI *et titulis infra l. 61 allatis; alias non aspiratur (de* CIL IV 5608 *v. quae Mau ad l. notat)*. *scribitur* (h)ale-: CIL IV 5719 *et in parte codd.* PLIN. nat. 9, 66. 32, 128. 1, 31, 44; *alias semper* -ll- (*in titulis* [*cf. l. 63*] CIL IV 5717. 5718). *notatur* hal, ha *v. l. 64.* *de declinatione*: *nom. (acc.) in* -ēc (*longam testantur* SERV. gramm. IV 452, 5 MART. CAP. 3, 279 PRISC. gramm. II 325, 20 FIN. METR. gramm. VI 234, 4) *probant* (*cf. l. 18*): PROB. app. gramm. IV 199, 12 -c non -x. MAR. VICTORIN. gramm. VI 196, 17 (*inde* AVDAX gramm. VII 327, 13. *cf.* DON. gramm. IV 379, 21 POMP. gramm. V 199, 9). CLEDON. gramm. V 48, 26 -c debemus dicere non allece. COMMENT. in Don. gramm. VI 326, 26. *traditur* (*cf. l. 21. 24*): PLAVT. Aul. frg. 5 HOR. sat. 2, 4, 73. 2, 8, 9 ISID. orig. 12, 6, 39 GLOSS. *nom. in -x legitur in titulis* CIL IV 5717. 5718 INSCR. NotScav. 1933 p. 316; *praeterea* (*cf. l. 20. 24*): PLAVT. Poen. 1310 (*v. infra l. 66*). PLIN. nat. 31, 95 (*bis*). 32, 127. 128 (-c B^2). GLOSS. *de genere*: *neutrum testantur*: NON. p. 120, 4 PRISC. gramm. II 212, 9. 324, 4. III 446, 13 hoc -c, huius -is (genus est piscis). *inter neutra semper singularia afferunt*: CHAR. gramm. I 32, 8 (p. 33, 13 B.) hoc -x ὁ ἄλληξ ἰχθὺς ταριχευόμενος (EXC. Bob. gramm. I 548, 12). DIOM. gramm. I 327, 24 -c. AVG. gramm. V 501, 20 -c. GLOSS. II 225, 27 ἄλιξ hoc -x singulariter tantum declinabitur. *fem.*: PRISC. gramm. II 212, 9 inveniuntur ... quidam veterum etiam haec -x (*RH*, -c *cett.*) feminino genere protulisse, quod Caper ostendit de dubiis generibus, Verrium Flaccum posuisse '-em hanc' dicens (*inde* GRAMM. suppl. 120, 14). *apud scriptores est neutr.*: PLAVT. Aul. frg. 5 (*v. infra l. 46*). HOR. sat. 2, 4, 73 (*ubi v.* PORPH.). CIL IV 5719 (*v. infra l. 62*). *fem.* (*cf. acc.* -em CATO agr. 58 CHIRON 689): CIL IV 5717. 5718 INSCR. NotScav. 1933 p. 316 PLIN. nat. 31, 96. 32, 128 MART. 11, 27, 6. *masc.*: APIC. 7, 288. *de notionibus*: GLOSS. -c, -x ὀψάριον τὸ τεταριχευμένον. ἡ ἄλιξ. allix ἀλλίκιν (*cf. s. v.* allicium). a liquore salsamentorum. genus piscium, quod maxime Salerno abundat. alecis nomen piscis. [*it.* alece. *M.-L.*]

[*dub.*: CIL IV 5608 *v. l. 3.* IV 5728 hal *in amphorae fragmento, scriptum infra* cicer (*fort.* hal(lecatum), *cf.* APIC. 5, 211 faseolus sive cicer ... liquamine ... pro salso inferuntur). VEG. mulom. 2, 49, 3 alutam (*Lommatzsch coll. Pelagon. 230*; -em *A*) impone articulis.]

i. q. faex gari et (latiore sensu) genus quoddam muriae (*cf. A. Marx, RE I 1584; Blümner, D. röm. Privatalt. p. 186. 188; Daremberg-Saglio s. v.* garum): *describitur*: PLIN. nat. 31, 95 vitium huius (*sc. gari*) est -x atque imperfecta nec colata faex (*cf. Geopon. 20, 46, 2* τὸ δὲ λοιπὸν πάτημα γίνεται ἄλιξ). coepit tamen et privatim ex inutili pisciculo minimoque confici ... transiit deinde in luxuriam creveruntque genera ad infinitum. sic -x pervenit ad ostreas, ... mullorum iocinera (*cf.* 9, 66) *eqs.* *in usu*: *comeditur*: PLAVT. Aul. frg. 5 qui mi holera cruda ponunt, -c ⟨ad⟩duint. Persa 107 pernam quidem ius est adponi frigidam postridie. :: ita fieri iussi. :: ecquid -is (-gis *codd.*)? CATO agr. 58 ubi oleae comesae erunt, -em et acetum dato. HOR. sat. 2, 4, 73 faecem primus et -c ... invenior ... circumposuisse catillis. 2, 8, 9 acria circum *aprum* ..., qualia lassum pervellunt stomachum, siser, -c, faecula Coa. MART. 3, 77, 5 capparin et putri cepas -e natantes ... voras. 11, 27, 6 cui (*sc. amicae*) portat ... ancilla ... -em, sed quam protinus illa voret. APIC. 7, 262 manducatur *sumen fartum* cum -e, senapi. 7, 288 piper, ligusticum, ... -em colatum melle et vino temperas. 9, 431 *sarda* condītur ex oleo, caroeno, -e (-ego *EV*). *adhibetur in medicina*: PLIN. nat. 31, 96 -e scabies pecoris sanatur infusa per cutem incisam *eqs.* 32, 127 -x purgat ulcera. 32, 128 verrucas tollit ... -x defervefacta. CHIRON 689 sardinas maturas vel allicem et ex axungia ... in se commisces. *inventi sunt tituli amphorarum Pompeis et Romae*: CIL IV 5717 -x optuma (5718. INSCR. NotScav. 1933 p. 316 -x optima cotia⟨n⟩a?). 5719 hale⟨c⟩ (*an* -⟨x⟩? *item* l *geminata*: INSCR. NotScav. 1933 p. 288) optim(u)m. 5720 hal. Herclan. XV 4730 hal. coc(tiva) [*an* soc(iorum?)]. 4731 ha. s(combri?). *per iocum de homine* (*tamquam convicium*): PLAVT. Poen. 1310 tune hic amator audes esse, -x (fallax [?] *A*, hallux *Loewe, Prodr. 273*) viri aut contrectare quod mares homines amant? (*fort. eadem translatio inest atque in v. q. e.* faex *v. vol. VI 1, 171, 11 sqq. cf. etiam J. B. Hofmann, Umgangsspr. p. 88*). *est etiam genus piscium* (*cf. l. 18. 20. 32*): ISID. orig. 12, 6, 39 -c pisciculus ad liquorem salsamentorum idoneus, unde et nuncupatur.

deriv.: (h)allecatus. (h)allecula. allicium (*cf. l. 31*).

ius in elixam **(h)allēcātum** (*Hummelberg*, alligatum *codd.*) APIC. 7, 288. *inc.*: *v. l. 35.* *ab* (h)allex.

(h)al(l)ēcula, -ae *f.* [*ab* (h)allex, *deminutive. Th.*] *semper scribitur* (h)ale-. *i. q. nomen piscis* (*cf.* hallec *supra l. 70*): COLVM. 6, 8, 2 *fauces* alio tunso et -a linire (*an de ipsa hallece?*). 8, 15, 6 datur cammarus et rivalis -a. 8, 17, 12 praeberi convenit ... -as. 8, 17, 14 -a modo capta ... maiorem *piscem* alit.

hallelūia *v.* all- (*de aspiratione falsa v. E. Nestle, Phil. 68, 1909, 466 sq.*).

hallucinātio, hallucinor *v.* aluc-. *cf. p. 2520, 32.*

hallus, hallux [*orig. inc., v. J. Schmidt, Pluralbild. 183; ad formas q. s.* allux, allex *cf.* pollex, index. *J. B. H.*] *v.* allux *vol. I*

[*Rubenbauer*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1702, 1 sqq., ubi addas: PAVL. FEST. Gloss.^{L} p. 224^{a} (p. 102 M.) hallus pollex pedis scandens super proximum; dictus a saliendo. GLOSS.^{L} Corp. A 427 -x pollex in pede (*etiam* V Abba AL 21; Aa A 786). 494 tahae (*anglosax.*). GLOSS. V 299, 63 -s sextus digitus (*!*). *cf. etiam p. 2518, 66.*

de **(h)almē.** aqua salsa virtute simile salis habit DIOSC. 5, 136 (*gr. 5, 111* ἅλμη). *cf.* ox(y)alme.

halmyrax (-ȳ-?), *acc.* -aga, *ἁλμυράξ. *genus nitri:* PLIN. nat. 31, 106 exiguum fit *nitrum* apud Medos canescentibus convallibus, quod vocant -aga (*Sillig*, -rhaga *Rd*, halmir- *cett.*).

(h)almyridion (-ȳ-?), -ī *n.*, *ἁλμυρίδιον. PLIN. nat. 19, 142 est etiam sua gratia *brassicis quibusdam* numquam plantae habitum excedentibus; -a (almir- *plerique codd.*, adm- *E*) vocant, quoniam nisi in maritumis non proveniunt.

1. ˣhālo, (-āvī), -āre. [*si h additicium est* (*cf.* haurio, humerus), *ab* *an-slo- *'spirans' derivari potest; cf.* animus *et* an-helo. *J. B. H.*] PRISC. gramm. II 570, 5 -o, -as, -vi; *alias perf. non legitur. aspiratione differre a v. q. e.* alo *tertiae coni. docet* EVTYCH. gramm. V 477, 4 (*inde* CASSIOD. gramm. VII 201, 8. *cf. etiam* GLOSS.^{L} III Abol. HA 4); *de scriptura codd. v. p. 2516, 33. de notione:* GLOSS. II 247, 39 -o ἀσθμαίνω. GLOSS.^{L} II Philox. HA 27 (*cf.* AL 5) -at προσπνεῖ, πνεῖ. 31 -ant προσπνέουσιν. III Abstr. HA 5 -at oscitatur vel olet. 7 -antes redolentes. *al.* (*v. Thes. gloss.*). *vox poetarum inde a* LVCR. (*v. l. 45*) *et* VERG. (*v. l. 32*) *propria in sermone pedestri non legitur nisi l. 42. 43. 46.* NOT. Tir. 102, 17 alat (*inter* scintilla *et* alitus). [*it. mer.* alare. *M.-L.*] [*dub.:* AVG. in psalm. 43, 22$^{in.}$ dormire et -are (*pars codd.* [*i. oscitari? cf. l. 22*], valare *all.*, balare *edd. vett., cf.* 75, 11). *dub. interpret.:* PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 223^{b} (101 M.) *v. l. 71.*]

i. q. exspirare, olere: **1** *intransitive:* **a** *strictiore sensu i. q. odorem emittere: de locis sim.* (*semper c. abl. cf.* ARVS. gramm. VII 477, 12): VERG. georg. 4, 109 croceis -antes floribus horti (*inde* INSCR. christ. Diehl 1062b, 15 -antes divinis f. h.). Aen. 1, 417 ture calent arae sertisque recentibus -ant (SERV. auct.: pro olent). CLAVD. carm. min. 25, 103 iuga floribus -ant (*cf.* MAR. VICTOR aleth. 2, 22). SIDON. carm. 2, 412 -ant rura rosis (*cf. l. 49*). 22, 57 virides violis -are catenas. *de floribus, ipso odore:* STAT. silv. 5, 3, 41 Sicanii non mitius -at aura croci. SER. SAMM. 578 -antis (athl- *B*) anethi. CLAVD. rapt. Pros. 2, 288 Zephyris illic melioribus -ant perpetui flores. PAVL. NOL. carm. 26, 186 angelus -antem qua labitur aëra ducens. CYPR. GALL. gen. 328 *odores hostiae* laetis cum flatibus -ant. CLAVD. MAM. anim. 1, 21 p. 76, 17 evanescentis fraglantiae suavitas -at. **b** *i. q. spiritum ducere:* TERT. resurr. 4 p. 30, 23 pulmonibus -andum (nat- *trad.*) *est.* PRVD. c. Symm. 2, 215 -antis animae.

2 *transitive* (*cf.* ARVS. gramm. VII 477, 12): LVCR. 2, 848 florem, nectar qui naribus -at (*trop.:* SYMM. epist. 9, 84 [79] litterae tuae -antes Platonicum nectar). 6, 221 notaeque gravis -antis (*nom.*) sulpuris auras. 6, 391 icti flammas ut fulguris -ent. MART. 10, 48, 4 nimias prior hora vapores -at. ENNOD. carm. 1, 9, 155 -ant rura rosas (*cf. l. 36*). *translate:* CARM. adv. Marc. 1, 29 haec (*sc. scelera, facinora*) cum continuo ... perfidus (*sc. diabolus*) -at (*i. inspirat, suggerit*). *cf. etiam l. 71.*

deriv.: halito. halatio. halatus. halitus. *comp.:* ad-, ex-, in-, redhalo. *cf.* anhelo.

2. hālo, -ōnis *m.* [*cf.* halare? *J. B. H.*] PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 189^{b} (75 M.) elucum significat ... nugarum amatorem sive -em (heluonem? *Lindsay ad l., vix recte*), id est hesterno vino languentem (*conferenda vel* fetere [*v. p. 1008, 23 sq.*], fragrare [*p. 1238, 18*] *vel* oscitari [CIC. Quint. inst. 8, 3, 66. *cf.* PERS. 3, 59] *monuit Heraeus per litt.*), quod ἕωλον vocitant Graeci.

halophanta (halapanta), -ae *m.* *a Plauto ioci causa fictum (quasi sit* *ἁλοφάντης) *oppositumque v. q. e.* sycophanta *illata allusione ad v. q. e.* (h)alapari *putant Leo ad Plaut. Curc. 463, J. B. Hofmann, Glotta 15, 1927, 49. ad v. q. e.* (h)alapari *pertinere quasi participium (cf. l. 81) censet C. Brandis, De aspiratione lat. Bonnae 1881 p. 15 sq. pertinere ad* alapari (*nusquam cum aspiratione traditum*) *omnino negat Heraeus per litteras. scribitur* haloph-: PLAVT. Curc. 463 *codd.* (*Palatini*); halof-: NON. p. 120, 8 *sqq. ter.* halap-: PAVL. FEST. Gloss.^{L} IV p. 223^{b} (101 M.). *de mensura primae syllabae nihil certi statui potest. de notione:* PAVL. FEST. *l. c.* -a significat omnia mentientem, ab eo, quod halet (*'fere i. q. effutiat' Heraeus. cf.* halitus *p. 2517, 51;* ⟨id est fallit⟩ *ins. Lindsay ad l. ingeniosius fortasse quam rectius; cf. l. 75*) omnia. ἅλην enim Graeci τὴν (τὸν? *Brandis l. c.*) πλάνην ⌊id est fallentem⌋ (⌊ ⌋ *secl. Linds.*) appellant (*Linds. ad l. induci doctrinam conexionis q. e. inter* F *et* H *litteras et voci q. e.* fallere *Graecum etymon quaeri putat*). NON. p. 120, 8 -am, ut sycophantam (*unde corrupte* GLOSS. V 642, 29 halostatum ut sycofantam), hominum genus nequam, quod ob suenda mendacia (*cf. l. 71; 'an hinc* GLOSS. hato mendax?*' Heraeus*) miserrima mercede conducitur.

PLAVT. Curc. 463 -am (kal- *B*; -em *B ante corr., prob. Brandis, v. supra l. 64;* halophantamne *Guietus; cf. quae adn. Leo ad l.*) an sycophantam magis esse dicam nescio. COM. pall. inc. 20 -am mendacem velit.

halōs, *acc.* -ō, ἅλως. *i. q. area* (*sc. solis*): SEN. nat. 1, 2, 1 memoriae proditum est ... circa solem visum coloris varii circulum ... hunc Graeci -o vocant, nos dicere coronam aptissime possumus (*cf. 1, 2, 2* areae). *cf.* alysis.

(h)alosac(h)nē, (-ēs) *f.*, ἁλὸς ἄχνη, ἁλοσάχνη. DIOSC. 5, 135 -e (*be,* alosanctus *P*) flos est salis spumosa *eqs.* (*gr. 5, 110* ἁλὸς ἄχνη). 5, 144 *species quaedam halcyonii* habundat maxime in ponto ..., qua cives alosagne (*gr. 5, 118* ἁλὸς ἄχνην) dixerunt. GALEN. alfab. 39 alussagne est velut spuma maris *eqs.*

(h)alosanthus (-os), -ī *m.*, ἁλὸς ἄνθος, ἁλόσανθον. PHILAGR. med. 4 p. 120 -os scirromenon splenem impositus ... sanat. DIOSC. 5, 87 de bino -o. vinu de flos salis conficitur sic *eqs.* 5, 137 alosanctos (*gr. 5, 112* ἄνθος ἁλός) invenitur super petras Nili fluminis et in stagnis ipsius. [5, 135 *v. l. 6.*] GALEN. alfab. 10 -os est veluti pinguamen, quod aqua supernatat. ALEX. TRALL. 1, 127 *in remedio:* aloxanti *p. tot.* ORIBAS. 2, 1 A 14 -us id est sali flos. *cf. Berendes, Diosc. Arzneimittellehre 537.*

halōsis, *acc.* -in *f.*, ἅλωσις. PETRON. 89 tabula, quae Troiae -in ostendit. SVET. Nero 38, 2 incendium ... prospectans ... -in Ilii ... decantavit.

[**halsinē** *v.* helsine.]

(h)altēr, -ēris *m.*, ἁλτήρ. *scribitur ubique sine aspiratione.* MART. 7, 67, 6 gravesque draucis -as facili rotat lacerto *Philaenis.* 14, 49, 1 quid pereunt stulto fortes -e lacerti? exercet melius vinea fossa viros. SCHOL. Iuv. 6, 421 (*ad v. q. e.* massa) -as dicit, quibus utuntur athletae, cum exercentur. SORAN. p. 33, 18 cum -bus manus *nutricis* mittatur (*gr. 2, 24 [93], 4* ἁλτήρων βολῇ). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 43 quibus totae manus paralysi fuerint vitiatae, ... -es erunt offerendi. *cf.* 5, 2, 83. [2, 4, 81 *corrupt. videtur.*] *de re cf. Daremberg-Saglio s. v., Jüthner, RE VII 2284, Blümner, D. röm. Privatalt. p. 329, 14.*

halucinātio, halucinātor, halucinor *v.* al-. (*add.:* **alucinātōrius:** BOETH. elench. soph. 1, 10 syllogismus. *ad* **alucinor:** CHAR. gramm. p. 465, 4. 479, 17 B. CLAVD. MAM. anim. 2, 10 p. 140, 19. *de* SCHOL. Bemb. Ter. Eun. 269 nebulonem: **allucem** *non liquet. v. q. adn. Mountford ad l.*) *Rubenbauer.*

[h]alus, -ī *f. v. vol. I 1792, 32 sqq. male aspiratur (cf. Zeuss, Gramm. Celt. I^{2} 46) in codd.* PLIN. nat. 26, 42. 1, 26, 26 MARCELL. med. 31, 29. *cf. ibid.* 10, 68 hal Gallicum. *quae vol. I 1792, 19 sqq. s. v.* alum (alus), *1463, 7 s. v.* al, *1620, 43 sqq. s. v.* alium, *II 14, 53 s. v.* anagallicum, *630, 29 s. v.* arum Gallicum *leguntur, in ordinem redacta correxi et supplevi Philol. 91 (1936). K. Hoppe.*

ˣ(h)ama, -ae *f.* *ab* ἄμη. *genus vasis.* ha-: CATO agr. 135, 2 [IVV. 14, 305 *codd. det.*]. PLIN. epist. 10, 33, 2. PAVL. dig. 1, 15, 33 (armis *var. l.*). a- *reliquis locis.* NOT. Tir. 101, 59 amma. GLOSS. ἀμίς. [V 560, 43 *v. s.* zona.] [*francog. sept.* aime. *M.-L.*]

1 *instrumentum rusticum:* CATO agr. 135, 2 -ae, urnae oleariae ..., alia vasa ahenea Capuae *emenda.* VLP. dig. 33, 7, 12, 18. 21 -as instrumento contineri. ISID. orig. 20, 15, 3 (*inter instrumenta hortorum*). **2** *instrumentum incendiarium:* IVV. 14, 305 dispositis ... -is vigilare cohortem. PLIN. epist. 10, 33, 2 nulla -a, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. PAVL. dig. 1, 15, 3, 3 *praefectum vigilum debere* coerrare ... cum -is et dolabris. SCHOL. Iuv. 14, 305 *sparteoli* in tutelam urbis cum -is et cum aqua vigilias curare. **3** *vas offertorium* (GLOSS. Vatic. Reg. 203 [Musée Belge 26, 263], 18 -a et hamula offertorium est): LIB. pontif. p. 48, 5 -as argenteas pens(antes) sing(ulas) lib(ras) denas (53, 28. 57, 23. 62, 11 *al.*). p. 53, 27 -as ex auro purissimo II *eqs.* p. 57, 22 -as aureas (66, 9).

deriv.: hamula, (h)amibibus (?).

hamadryas, -adis *f.*, ἁμαδρυάς. *nympharum genus; cf. Stoll, Roscher I 2 p. 1824, Süss, RE VII 2287, Waser, RE V 1743.*

am- *trad.:* CATVLL. 61, 23 VERG. ecl. 10, 62 SERV. ecl. 10, 62 Aen. 1, 500. 3, 34 *al.* *var. l.:* CVLEX 95 PROP. 1, 20, 32. 2, 32, 37. 2, 34, 76 OV. met. 1, 690 *al.* *de declinatione: nom. s.* -as: STAT. silv. 1, 3, 63. *gen. s.* -adis: AVSON. 345, 7. *nom. pl.* -ades (-es *an* -ēs?): CATVLL. 61, 23 VERG. ecl. 10, 62 AVSON. 365, 8 *al.* *gen. pl.* -adum: CVLEX 95 PROP. 2, 32, 37 PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 16. *dat. pl.* -asin: PROP. 1, 20, 32 (*cf. p. 2521, 14*). *acc. pl.* -adas: PROP. 2, 34, 76 OV. met. 1, 690 (-ades *var. l.*). 14, 624 (-ades *un. cod. man. 2*). fast. 2, 155 PROB. Verg. georg. 1, 11 *bis.* -adēs (*cf. l. 70*): ISID. orig. 8, 11, 97. GLOSS.^{L} I Ansil. AM 10 -es nymphae; ab arboribus dictae.

1 *proprie i. q. nympha arboris, fere i. q.* 'dryas': **a** *definitiones:* SERV. ecl. 10, 62 '-es' nymphae, quae cum arboribus et nascuntur et pereunt (*sim.* Aen. 3, 34. 10, 18 *cod. D.* PROB. Verg. ecl. 10, 62 georg. 1, 11 PHILARG. Verg. ecl. 10, 62). Aen. 1, 500 nymphae ... silvarum dryades, quae cum silvis nascuntur -es, fontium ... naides (*inde falso:* PHILARG. Verg. ecl. 2, 46 *et* ISID. orig. 8, 11, 97 silvarum dryades, fontium -es. *cf. p. 2521, 13*). PROB. Verg. georg. 1, 11 'dryadas puellas' dicit, quas alii -as vocant, et eas cum quercu nasci et simul interire, sed diuturnas esse, et inde -as dictas (*cf. p. 2521, 7*). **b** *exempla:* CATVLL. 61, 23 floridis ... myrtus ... ramulis, quos -es deae (*sc. quae in myrtis habitant*) ludicrum sibi roscido nutriunt humore. VERG. ecl. 10, 62 iam neque -es rursus ...

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nobis ... placent; ipsae rursus concedite silvae (*cf.* 10, 55 mixtis lustrabo Maenala nymphis). PROP. 2, 32, 37 hoc (*i. Venerem cum Anchise concumbentem*) et -um spectavit turba sororum. 2, 34, 76 *Corydon avena canens* laudatur facilis inter -as. STAT. silv. 1, 3, 63 vel lubrica nais vel ... tibi (*arbori*; ubi *trad.*) demet -s annos. AVSON. 345, 7 non sine -is fato cadit arborea trabs. 365, 8 nymphae -es, quarum longissima vita est (*cf. p. 2520, 81*).

2 *notione dilatata i. q. nympha*: **a** *generaliter* (*subest notio propria*): OV. met. 1, 690 inter -as ... naias una fuit; nymphae Syringa vocabant. 14, 624 Pomona ..., qua nulla Latinas inter -as coluit sollertius hortos (*inde* PS. LACT. PLAC. fab. Ov. 14, 16 P. -adum nympharum). fast. 2, 155 inter -as ... Callisto ... fuit una chori *Dianae*. **b** *speciatim*: *α* -s *i. q. nais* (*cf. p. 2520, 79. l. 16*): PROP. 1, 20, 32 ibat Hylas, ibat -asin (-as hinc *trad.*). *β* -es *i. q. musae* (?): CVLEX 95 o pecudes, o Panes et o gratissima Tempe fontis -um, quarum ... cultu aemulus Ascraeo pastor ... poetae securam ... traducit ... vitam (*cf. l. 14 et* VERG. ecl. 7, 21 nymphae; *i. q. musae 'fontis nemorensis' interpretatus est Buecheler, RhM. 45, 1890, 327 = Kl. Schr. III 190*).

syn.: adryas, dryas.

hamarthrītis, -idis *f.*, ἁμαρθρῖτις. *morbus articularis multorum artuum*: CAEL. AVR. chron. 5, 2, 28 Graecis -is recte nuncupatur (*syn.* arthritis. *describitur*).

(h)amartia, -ae *f.*, ἁμαρτία. *i. q. peccatum*: INSCR. christ. Diehl 1558 orat⟨o⟩ dominum ..., ut possit amartias meas in⟨du⟩lgere.

(h)amartigenīa, -ae *f.*, ἁμαρτιγένεια. PRVD. ham. inscr. (-a *trad.*; id est de origine peccatorum *add. pars codd.*).

hāmātilis, -e *ab* hamus *iocose fictum a Plauto, cf. Leumann, Die Adj. auf lis p. 66. 71.* **1** *de eo, quod hamis fit*: PLAVT. Rud. 299 piscatum -em et saxatilem (-mm- *var. l.*; *sc. more pauperrimorum, qui piscantur hamis e saxis, non retibus in alto. inde* FRONTO p. 224, 18 N. *convivium regium* Plautino piscatu -i). **2** *i. q. 'hamatus'* (*cf. infra l. 50*): TERT. scorp. 1 p. 144, 9 *scorpio* arcuato impetu insurgens -e spiculum in summo ... stringit.

hāmātōrēs piscatores GLOSS. V 601, 32.

hāmātus, -a, -um *ab* hamus. *i. q. 'hami similis' vel 'hamo (-is) instructus'*. *scribitur* am-: LVCR. 2, 394. 405. 445 VICTRIC. 21 *al.* GLOSS.[L] III Abstr. AM 17 -a: catenata, ab eo, quod sunt hami. I Ansil. HA 68 -um: uncis circumdatum. *al.* (*v. Thes. gloss.*). [*vix recte ci. pro* am-, amm- VITR. 7, 4, 2 *v. s.* mammatus.] [*it.* amato. *M.-L.*]

1 *sensu latiore*: **a** *i. q. hami similis* (*subest notio 'quasi hamis contextus' infra l. 47*): *α de elementis* (*cf. Democr. frg. A 37 Diels* ἀγκιστρώδη, *Leucipp. frg. A 23 Diels* ἀγκιστροειδῶν. *cf. p. 2524, 11*): CIC. ac. 2, 121 *Democritus* asperis et lēvibus et -is uncinatisque corporibus concreta haec esse *dicit*. nat. deor. 1, 66. LVCR. 2, 394 *oleum* maioribus est elementis aut magis -is inter se perque plicatis (2, 405. 445. *cf. supra l. 43*). 2, 460. 4, 662 *amara* aspera ... penetrant -aque fauces. LACT. inst. 3, 17, 25 epit. 31, 5 ira 10, 5. 8. *β de aliis rebus*: OV. met. 12, 563 *aquila* -is ... laniaverat unguibus ora (SOL. 40, 21 *chamaeleontis* -i ungues subtili aduncitate. *metaph.* VICTRIC. 21 aes, aurum ... -is Avaritiae unguibus rapiantur. *cf. p. 2524, 14*). QVEROL. p. 23, 9 *in thesauro erant* uncinuli -i (*i.* circulati *add. cod. R. cf. p. 2524, 2*). **b** *i. q. spicula curva vel uncum curvum et acutum habens*: TIB. 3, 9, 10 -is crura notare rubis (*sim. metaph.* OV. met. 2, 799 *Invidia* -is praecordia sentibus implet [*syn.* 789 spinea]. *cf. p. 2524, 16*). OV. met. 5, 80 -o (*ci. Heinsius*; ammoto, admoto *trad.*) Perseus petit ense (*syn.* 4, 727 falcato. *de eodem* LVCAN. 9, 678 -i [limati, lunati *var. ll.*] ... ferri.[s] *cf. p. 2524, 6*). **c** *i. q. spicula retroversa habens* (*cf. p. 2522, 7. 2523, 82*): PROP. 2, 12, 9 -is manus est armata sagittis (OV. trist. 3, 10, 63). OV. am. 2, 9, 13 *Cupidinis* -a ... tela. met. 5, 384 *Cupido* -a percussit harundine Ditem.

2 *sensu strictiore i. q. hamo (-is), sc. piscatorum, instructus*: **a** *transl.*: PLIN. epist. 9, 30, 2 viscatis -isque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere (*cf. p. 2523, 33*). MART. CAP. 4, 33 -is illis formulis (*cf. p. 2523, 65*). SIDON. epist. 4, 3, 2 (*vergit ad notionem, q. v. supra l. 55*) *opus tuum* propter -a syllogismorum puncta tribulosum. **b** *proprie*: SIDON. epist. 2, 2, 12 *in lacu* tractus funium librentur -i.

(h)amaxa, -ae *f.*, ἅμαξα. am-: *trad.* **1** *currus genus*: CAPITOL. Max. 6, 9 quod *Maximinus* -as manibus traheret, raedam onustam solus moveret. **2** *septentrionum sidus* (*cf.* GELL. 2, 21, 4 quod ἅμαξαν Graeci vocant, nos septentriones vocamus): SCHOL. Germ. Bas. p. 76, 1 quidam septentriones [id est] arcton aut -am dicunt ..., quod ea lingua arctos ⟨sive⟩ -a (amata *trad.*) dicatur.

[**(h)amaxītis** *f.*, ἁμαξῖτις. *graminis genus incertum, cf. Berendes, Diosc. übers., Stuttg. 1902, p. 381.* PS. APVL. herb. 78, 11 H.-S. herba gramen ... a Graecis dicitur agrostis ..., alii -in, ... Itali gramen, alii assefolium, alii viniola (*cf. Ps. Diosc. Vind. 4, 29 p. 192, 9*). GLOSS. III 552, 15 amesistis. i. gramen. 552, 49 amasatis. i. gramen.]

hamaxobius *v. Onom.*

[**(h)amaxopodes** *m. pl.*, ἁμαξόποδες. *tigna, in quibus rotarum axes versantur.* VITR. 10, 14, 1 *supponantur* arbusculae, quae graece -es (an- *trad.*) dicuntur, in quibus versantur rotarum axes. 10, 15, 3 *rotae* in arbusculis, sive -es (-ped- *var. l.*) dicuntur, habuerant versationes.]

(h)amibibus, -i *m.* *i. q. 'qui amas bibit'* (*Buech.*). GLOSS. II 270, 23 διάβροχος: -us, madidus.

hāmiger, -a, -um *ab* hamus *et* gero. *i. q. 'hamatus'* (*cf. p. 2521, 60*): QVEROL. p. 7, 17 amigerum hic tridentem video. *Brandt.*

[in modum **hamina** repugnat COLVM. 3, 18, 2 *SA* (haminum *Sobel, Studia Columell., Göteborg 1928, 81 scriptum fuisse coniecit, ab* hamus *formatum adiective, coll.* 4, 24, 8 supra terranam *SA* [terrenum *Sobel*]. hami *codd. dett. et edd. recte, ut vid., v. p. 2524, 18*). -na(m) *ex* N *vel* NO~ *i.* 'nota' *ortum videri adnotavit Heraeus.*] *D.*

(h)āmio, -ōnis *m. ab* hamus? *piscis genus; is esse videtur qui* φύκης, φυκίς, *nobis 'Gasterosteus'* (*cf. s.* saxatilis. *aliud piscis genus* amias *vol. I 1889, 73*). ham- *nusquam trad.* ISID. orig. 12, 6, 33 (*falso relatum ad vol. I 1889, 73*) -o saxatilis dextra sinistraque lateribus virgis puniceis perpetuis aliisque discoloribus designatur; dictus -o, quia non capitur nisi amo (*i. hamo, sc. quia in saxis latet*). *inde* GLOSS. III 488, 36 -o saxatilis piscis (509, 76).

hāmiōta, -ae *m. ab* hamus *hybride.* *is, qui hamo piscatur. vox comica.* PLAVT. Rud. 310 salvete fures maritimi, conchitae atque -ae (*cf. Marx ad l.*). VARRO Men. 55 chortis cocorum atque -arum aucupumque. NON. p. 25, 6 -as, piscatores, ab hamis Varro ... voluit appellari (*seq. locus Varr.*).

(h)ammītēs, -is *m.*, ἀμμίτης, *et* **hammītis,** -is *f.*, ἀμμῖτις. *lapidis genus*: PLIN. nat. 1, 37, 60 -is. 37, 167 -is (-mn- *un. cod.*) ovis piscium similis est, et alia velut e nitro composita, praedura alioqui. ISID. orig. 16, 4, 29 -es (amn-, aman- *trad.*) similis nitro, sed durior, gignitur in Aegypto vel in Arabia.

hammochrȳsos, *m.*, ἀμμόχρυσος. *lapidis genus*: SOL. 37, 13 -os (a- *var. l.*) harenis auro intermixtis nunc brattearum, nunc pulveris habet quadrulas.

hammodytēs *v. s.* amm-. **(h)ammōniacus,** -um *v. Onom.*

(h)ammōnis cornu *v. Onom.*

(h)ammonitrum *v. vol. I 1941, 12.*

hāmo, -āre. *vox aut ficta ex* inhamo *vel* hamatus, *aut derivata ab* hamus, *si recte trad. loco, q. s.* *loco dubio*: PETRON. 5 v. 1 artis severae si quis -at (*cod. E et marg. L*; *sc. 'hamo piscatur' transl.?*; amat *rell. contra metrum*; ambit *ci. Tornaesius*; adamat *ci. Barth*) effectus. BEDA gramm. VII 274, 22 -o, -as et nomen hamus cum adspiratione scribenda, sic et inhamo.

hāmotrahōnes (-mō- *Stolz-Leum.*[5] *p. 248. 252 sed v. Walde*[3] *s.* hamus) alii piscatores, alii qui unco cadavera trahunt PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 224[b] (102 M.).

(h)amula, -ae *f.*, *dem. ab* (h)ama. ha-: COLVM. 10, 387 (a- *un. cod. rec.*). VVLG. III reg. 7, 40. 45 GLOSS. III 325, 29. a- *ceteris locis.* -mo-: [COLVM. 10, 387 *un. cod. rec.*]. ITIN. Anton. Plac. rec. A 4 p. 161, 5 *var. l.* NOT. Tir. 101, 60 (-mmo-). *de forma vulgari* emola *v. vol. V 2, 518, 3.* GLOSS. ἀμίς, ἄντλημα, ὑδρία. GLOSS.[L] Corp. A 530 -as vasa aenea in modum ollae. NOT. Tir. 101, 60. [*it. prov.* amola. *M.-L.*]

1 *vas domesticum*: COLVM. 10, 387 *cucurbita dabit* habilem lymphis -am Bacchove lagoenam. ITIN. Anton. Plac. rec. A 4 p. 161, 5 -a et canistellum sanctae Mariae. **2** *vas offertorium* (*cf. p. 2520, 55*): VVLG. III reg. 7, 40 *fecit* Hiram lebetes et scutras et -as (מִזְרָקוֹת. *sim.* 7, 45). LIB. pontif. p. 157, 3 ut oblationem et -a ... ministraretur. DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVI b 42 -am oblatoriam. GREG. M. epist. 1, 42 p. 68, 25 -as onichinas.

hāmulus, -ī *m.*, *ab* hamus *deminutive.* a-: CELS. 7, 7, 7 *cod. V.* **1** *sensu strictiore, sc. piscatorum*: PLAVT. Stich. 289 harundinem fert sportulamque et -um (*cod. B*; hamum *rell. cum A contra metrum*) piscarium. APVL. apol. 32 (*ad δ* 369 γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν) flexis -is ... famem propulsasse. **2** *sensu latiore: uncus curvus medicorum* (*cf. p. 2524, 7*): CELS. 6, 7, 9[A] *si aliquid in aurem inciderit*, specillo oriculario protrahendum est aut -o retuso paulum recurvato (7, 31, 3, *ibid.* hamus). 7, 7, 4[B] medicus -um acutum, paululum mucrone intus recurvato, subicere ... ungui *oculi* debet eumque infigere (7, 31, 3). *ibid.* 7, 7, 5 *encanthis* excipi -o *debet* (7, 7, 7[C]. 7, 12, 2. 5. 7, 30, 3[B]. 7, 31, 2). 7, 20, 4. 7, 31, 2 *plagae oras* reducere -is. 7, 31, 3 (*ibid.* hamus).

hāmus, -ī *m.* [*orig. inc.* *sunt qui conferant gr.* χαμός· καμπύλος *Hes.*; *propter sonum et significationem longius absunt gr.* χάβον· καμπύλον, στενόν *Hes.*, χάβος 'κημός'. *J.B.H.*] *de etymologia*: ISID. orig. 10, 5 amicus ab -o, id est a catena caritatis, unde et -i, quod teneant. *de notione v. Blümner, Privatalt. p. 530; Lafaye, Daremberg-Saglio III 1 p. 8.* *de elocutione et scriptura*: PRISC. gramm. II 7, 14 longa *vocalis* ... habet aspirationem et acuitur vel gravatur vel circumflectitur ... ut 'hâmis, hàmorum, hâmus'. CASSIOD. gramm. VII 207, 16 -us ... cum aspiratione debet scribi. *cf. supra l. 41.* a-: *var. l.*: PLAVT. Rud. 984. 985 CAES. Gall. 7, 73, 9. VERG. Aen. 5, 259 *al.* *trad.*: OV. hal. 37. 42. 48 CELS. 7, 30, 3 *al.* GLOSS. ἄγκιστρον. *gr. subest* ἄγκιστρον, *hebr.* חַכָּה. [*it.* amo, *francog.* hain. *M.-L.*] [*loco dubio*: ENN. ann. 618 rex ambas (*edd.*; *cf.* SACERD. gramm. VI 468, 7 subauditur enim 'manus'. amus *cod.*; ha-

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mos *Fr. Marx, Moloss. u. bakch. Wortformen p. 46*) ultra fossam retinere coëpit.]

A *sensu strictiore: uncus curvus, acutus, spiculo redunco instructus, quo piscabantur:* 1 *proprie:* PLAVT. Rud. 294 hisce -i (*Camerarius*; na- *trad.*) atque haec harundines sunt nobis quaestu. 984 demisi rete atque -um. 985. HOR. epist. 1, 16, 51 *metuit* opertum miluus -um. TIB. 2, 6, 24 tenues -os abdidit *cibus*. OV. epist. 19, 13 piscem ducitis -o. ars 1, 47 qui sustinet -os. 1, 393 arrepto piscis teneatur ab -o. 1, 763 pisces ... capiuntur ab -is (PLIN. nat. 9, 44 *isox* catenato captus -o. VVLG. eccles. 9, 12 -o [מְצוּדָה *i. reti*]. AVIAN. fab. apol. 20). met. 3, 586 -o decipere *pisces*. 8, 858 (*syn.* aera). 13, 934 aduncos. 15, 101. 476 uncos ... -os. Pont. 2, 7, 9 fallaci (*syn.* unca ... aera). hal. 37. 42. 48 SEN. nat. 3, 17, 1 epist. 89, 22. Herc. f. 156 deceptos instruit -os (FRONTO p. 226, 14 N.). PETRON. 109, 6 -is blandientibus convellebat praedam. PLIN. nat. 9, 145 -o devorato (32, 13). *ibid.* -um egerant. *ibid.* mordet -os. 9, 181 iaculatus -um. 32, 12 -um appetere. *ibid.* esse in esca -um (32, 17). 32, 13 haesit in -o. *ibid.* infixo -o (*sc. pisci.* CORIPP. Ioh. 2, 122 infixos tremulis iactantes piscibus -os). 32, 50 *carnibus* in -um additis. SIL. 5, 581. MART. 4, 30, 12 sacrilegos. PLIN. epist. 9, 7, 4 -um ... iacere (AMBR. hex. 5, 5, 14). SVET. Aug. 83 piscabatur -o. APVL. met. 11, 8 PAVL. sent. 3, 6, 66. ANTH. 415, 55 -is pisces ... captare. IVVENC. 3, 391 AVSON. Mos. 126. 280. 393, 57 p. 245 P. AMBR. Tob. 7, 26 *piscis* -um gluttit. VVLG. Is. 19, 8 mittentes in flumen -um (Matth. 17, 27). SYMPH. 175 inscr. RVFIN. symb. 16 CLAVD. carm. min. 49, 13 SEDVL. carm. pasch. 3, 316. op. pasch. 3, 26 *piscis* voravit tremulas -i decipientis insidias. DRAC. laud. dei 1, 507 inmittat mordaces fluctibus -os. ARATOR act. 1, 74 *Petri manus* gesserat -um. GREG. M. moral. 33, 7, 14 in -o esca ostenditur, aculeus occultatur.

2 *metaphorice:* a *generatim:* PLAVT. Curc. 431 meus hic est, -um vorat (Truc. 42 AMBR. Tob. 7, 26). Most. 1070 non ego illi extemplo -um ostendam, sensim mittam lineam. HOR. sat. 2, 5, 25 captes ... testamenta senum neu si vafer unus et alter insidiatorem praeroso fugerit -o (*sim. de donis:* SEN. benef. 4, 20, 3 captator est et -um iacit. PETRON. 140, 15 sacellos pro -is in turbam mitterent. MART. 4, 56, 5 sic avidis fallax indulget piscibus -us. 5, 18, 7 imitantur -os dona. 6, 63, 5 *munera* misit in -o. PLIN. paneg. 43, 5 Caesarum munera illitos cibis -os. HIER. epist. 52, 9, 2 modica in -o esca ponitur, ut matronarum in eo sacculi protrahantur. *cf. infra l. 52 et p. 2521, 65*). HOR. epist. 1, 7, 74 *cliens* occultum visus decurrere piscis ad -um. OV. ars 3, 425 semper tibi pendeat -us (*sim. de arte amandi* rem. 448). PERS. 5, 154 duplici in diversum scinderis -o (*sc. avaritia et luxuria, ut piscis, qui duas escas voravit*). PETRON. 3, 4 eloquentiae magister, nisi tamquam piscator imposuerit -is escam *eqs.* MART. 2, 40, 4 (*de eo, qui legaturum se aliquid simulat; cf. supra l. 33 sqq.*) -us ... in mullum mittitur. SVET. Aug. 25, 4 minima commoda non minimo sectantis discrimine similes aiebat esse aureo -o piscantibus (PS. AVR. VICT. epit. 1, 12). ITALA Ezech. 32, 3 (Rufin. symb. 16) extraham te in -o meo (VVLG. sagena). Iob 40, 20 (Rufin. symb. 16) adduces draconem in -o (VVLG. extrahere ... -o. *ad l.* FIRM. err. 21, 2 -o ducitur). AMBR. hex. 5, 5, 14 -um (*sc. iudicium*) cave (*sim.* 5, 6, 15). 5, 6, 16 *noli* Petri -um timere. Tob. 7, 26 -um cernis et gluttis. -us tuus faenus est creditoris. HYMN. Ambros. II 20, 25 -um sibi mors devoret. II 64, 9. VVLG. Iob 40, 19 in oculis eius ⌊quasi -o⌋ (*add. Hier.*) capiet eum. 40, 20 Hab. 1, 15. RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 13, 4 velut -o esca adoperto ... *diabolus* deum intrinsecus invenit adopertum (*sim. de Christo:* symb. 16 filii dei virtus velut -us quidam habitu humanae carnis obtectus *eqs.* GREG. M. moral. 33, 7, 14 *bis.* 33, 9, 17 *sexies.* ISID. sent. 1, 14, 14 *cf. infra l. 72. 76 sq.*). AVG. in euang. Ioh. 42, 1 est sermo dei ... tanquam pisci -us. quaest. hept. 7, 49 p. 491, 1. MACR. Sat. 7, 3, 5 pressius haerent dicta talia quam directae loedoriae, ut -i angulosi quam directi mucrones tenacius infiguntur (*sim.* SIDON. epist. 7, 9, 11 mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitibus -is inuncabuntur). MART. CAP. 4, 328 formulae (*sc. syllogismi*) ... latentis -i nexu interius tenebantur (*sim. ibid. et* 4, 331). EVSTATH. Bas. hex. 7, 3 cave ... ne te idem qui pisces eventus excipiat, id est -us aut rete vel cophinus (*sc. mors aeterna*). MAX. epist. p. 2, 24 *doctus piscator* non pateris uni tantum gurgiti -um dare.
b *speciatim: c. gen. rei comparatae:* HIL. in Matth. 17, 13 *Petrus* doctrinae -um misit in saeculo. AMBR. fid. 3, 16, 130 -um nefandae fraudis. RVFIN. symb. 16 (*cf. supra l. 56*) *Christus diaboli* carnem suam velut escam tradens, -o eum divinitatis intrinsecus teneret (*ibid. et* PS. AVG. serm. ed. Mai 82, 1). CLAVD. 22, 138 *Luxuries* voluptatum multos innexuit -is. PETR. CHRYS. serm. 28 p. 279^{B} -o caelestis verbi. 107 p. 498^{B} *Petrus* ad se turbas errorum fluctibus mersas -o sanctitatis invitat. GREG. M. moral. 33, 7, 14 *diabolus* in -o ... incarnationis captus est. ISID. eccl. off. 1, 30, 2 *hostis* velut -o crucis caperetur.

B *sensu latiore de rebus hami piscatorum similibus:* 1 *de re acuta, quae spiculum retroversum habet, vel de ipso spiculo retroverso:* CAES. Gall. 7, 73, 9 taleae ... ferreis -is infixis ... infodiebantur (*cf. Daremberg-Saglio IV 2, 1512 IV*). OV. met. 6, 252 *ferrum e vulnere* simul eductum est, pars est pulmonis in -is (*sim. de sagittarum uncis:* CVRT. 9, 5, 23 PLIN. nat. 16, 159 CLAVD. DON. Aen. 12, 385). 2 *de rebus curvis, plerumque de acutis et ad retinendum aptis:* a *uncus curvus ex aere sim. factus:* VERG. Aen. 3, 437 loricam consertam -is auroque trilicem (*sim. de ansulis:* 5, 259. SIL. 5, 140 tortos ... nexilis -os ... squama ... asperat. SERV. Aen. 3, 467 -is ... catenis ⌊vel circulis⌋ [auct.] significat. CLAVD. DON. Aen. 5, 260. GLOSS.^{L} I Ansil. HA 69 -is: ansulis, ligaminibus. *cf. p. 2521, 53*). OV. met. 4, 720 *draconis* in armo Inachides ferrum curvo tenus abdidit -o (*cf. p. 2521, 58 et Roscher III 2 p. 2053*). CELS. 6, 6, 9^{C} -o summa tunica adprehendatur (*sim. de medicorum unco:* 7, 5, 1^{C} -o retuso. 7, 7, 15^{E}. 7, 16, 2. 7, 20, 5. 7, 28, 2. 7, 30, 3^{B} (*lect. dub.; ibid.* hamulus). 7, 31, 3 (*ibid.* hamulus). *cf. p. 2522, 64*). b *variae res curvae:* LVCR. 6, 1087 quasi ut anellis -isque plicata inter se quaedam *corpuscula* possint coplata teneri (*sim. de elementis:* LACT. inst 3, 17, 25. 26. ira 10, 8. *cf. p. 2521, 43*). OV. met. 11, 342 *Apollo* curvos dedit unguibus *Daedalionis* -os accipitris (fast. 6, 134 *strigum* u. -us inest. *cf. p. 2521, 50*). NVX 115 *ego arbor* nec obuncis vindicor -is (*syn.* spina. *sim.* COLVM. 7, 3, 10 rubis, quibus velut -is inuncata *lana* pascentium tergoribus avellitur. *cf. p. 2521, 55*). COLVM. 3, 18, 2 *malleolus recurvus* in modum -i (*v. p. 2522, 11*) repugnat (*syn.* uncus). PLIN. nat. 19, 66 cucumeribus in -os curvatis (PALLAD. 4, 9, 8). APVL. met. 10, 13 *pistor portabat* panes ..., -os (*sc. panes curvos*) ... et plura scitamenta mellita. ANTH. 685, 2 collis sum ...; tertia si pereat littera, sexta manet (*sc.* Haemus, hamus = S).

deriv.: hamatus, hamiger [haminus (*ex coni. parum probabili v. p. 2522, 8*)], hamio (?), hamiota, hamo (?), hamotrahones, hamulus, inhamo. *Brandt.*

(h)anap(p)us, -ī *m. videtur forma genuina pro grammatici cuiusdam fictione q. e.* 'anaphus' (*q. v. vol. II 18, 3 s. v. sic Thomson, Class. Rev. 34, 1920, 32 sq. [cf. Wessner, Gloss. I 331 n. 1] coll. theod.* hnapf, *Napf; francog.* hanap, *it.* (a)nappo). *ad vol. II 18, 3 sqq. adde:* GREG. TVR. Iul. 8 urceum qui anap(us) (anax *codd.*) dicitur, ... deferunt (*v. Quicherat, Add. lex. lat. p. 117 s. v.* hanapus). GLOSS. V 564, 48. *de exemplis saec. VIII sqq. et formis romanicis, germanicis v. F. Kluge, Archivum Romanicum 6, 1922, 233 sq.*

hanēlitus *v.* anhel-.

hānula *v. vol. VI 271, 53 s. v.* fanula.

(h)apalāre, -is *n. ab* (h)apalus (*cf. Salmas. ad Scr. h. Aug. p. 340^{D}*). *v. vol. II 295, 2 sqq. s. v.* [applar] apalare, apalaria, *et cf. q. adn. Heraeus ad Mart. 14, 121. non aspiratur.* GRAMM. suppl. 43, 3 aplare (47, 12. *cf.* 299, 13 amplare sine m scribendum). GLOSS. ap(p)lare: cocla (*i.* coclear), *sim.* 1 *i. q. coclear ad* apala (*sc. ova*) *vel cocleas sumendas:* AVSON. 411, 12 p. 270, 2 P. *v. vol. II 295, 6 sqq. aliter* GLOSS.^{L} Corp. A 706 applare: eorscripel (*i. auriscalpium*). 2 *t. t. architecturae* (*quid significetur, incertum*): LIB. pontif. p. 214, 7 posuit ... super sedem ap(p)allaream argenteam, pens. lib. CXX (*fort. de calatho; cf. etiam Lyd.* mens. 1, 29 *Thes. vol. II 205, 76 sqq. s. v.* apalaria. *D.*). ['*aliena sunt* Gloss.^{L} II Philox. p. 148 AP 6 Appia: *εἶδος σκεύους, ὡς Πακούβιος* (*vol. II 295, 4*). p. 149 AP 33 apnades: *θηρ⟨ί⟩κλειον ⟨ὅ⟩ ἐστι γένος ἀργυρώματος* (*vol. II 241, 51*)' *Heraeus per litteras.*]

?**hapalocopis** *v.* hapalopsis.

(h)apalocrocōdes, *ἁπαλοκροκῶδες* (*i. crocodes lene*). *genus collyrii:* INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 188 (CIL VII 1319) L. Val(erii) Latini -es ad diathesis.

?**hapalopsis,** -idis *f. si modo recte traditum est, ex gr. ἁπαλός et ὄψον vel ὄψις* (*cf.* galeopsis) *per iocum confictum videtur. nomen condimenti:* PLAVT. Pseud. 836 terrestris pecudes cicimalindro condio, [aut] -e (*P*; hapalosopide *vel* -cop- *A*; hapalocopide [*ab ἁπαλός et κοπίς*] *Leo, Lindsay*) aut cataractria.

(h)apalus, -a, -um *v.* apalus *vol. II 205, 81 sqq. adde* (*aspirata nusquam*): CELS. 4, 6, 6 utendum ... ovis sorbilibus aut -is [mollibus] (-is mollibus *J*; mollibus *cett., del. Marx*). DAMIG. lapid. auct. 60 ovo -o, id est molle. ORIBAS. syn. 4, 14$^{in.}$ ova -a et sorbiles (*τρομητὰ καὶ ῥοφητά*). *nota locos e graeco versos, ubi* -us *aliis vocabulis coniungitur atque* 'ova': PS. SORAN. quaest. med. 158 quid est -us pulsus? mollis et contrarius duro *eqs.* ALEX. TRALL. 1, 88 collirium ... satis et ipsum appalum (*ἁπαλώτατον*) est. ORIBAS. syn. 4, 14 p. 14$^{extr.}$ medii sunt inter **-as** et duras carnes habentibus (*ἁπαλοσάρκων καὶ σκληροσάρκων*). *deriv.* (*non aspiranda*): (h)apalare *sim.*, (h)apalocrocodes, (h)apalosarcon, thermapala (*sc. ova*). *v. etiam Onom.*

[turdos **hapantamynos** APIC. exc. 29 p. 82, 23 V.-G. (apanto m(o)enos *trad.*). '*intellego ἁπαντάμυνος qui omnia vitia stomachi abarcet (cf. Marcell. med. 20, 26)*' *Vollmer ad l.* apanc(h)omenos *Heraeus per litteras.*]

⟨in⟩ imbecillioribus ... et **apolosarcōn** (*ἁπαλοσάρκων*) magis ... utimur *his collyriis* ALEX. TRALL. 1, 89. *i. q. teneram carnem habentium.*

haphē, -ēs *f.*, *ἁφή. abl.* -ā *v. l. 81. i. q. pulvis quo palaestritae inspergebantur, ut adversarium melius prehenderent* (*ad rem v. Jüthner, RE XI 1313 s. v. Κόνις*): *proprie:* MART. 7, 67, 5 *Philaenis* flavescit -e. PASS. Perp. 10, 7 Aegyptium video in afa volutantem (*ἐν τῷ κονιορτῷ. cf. Salonius, Passio S. Perp., 1921, p. 17 sq.*). *translate:* SEN. epist. 57, 1 athletarum fatum mihi ... perpetiendum fuit: a ceromate nos -e excepit in crypta Neapolitana. *cf. etiam* Aphe *nom. propr. mul.* (*vol. II 229, 18 sqq., ubi*

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

add. CIL VI 9141 M. Octavius Primigenius alipilus ... Ancharenae Aphe coniugi).

(h)aplopotis, -idis *f.*, **ἁπλοποτίς (θερμο-, ἡδυποτίς sim. confert Heraeus).* *i. q. poculum simplex*: CIL XII 6025 (= XIII 75) Saturninus ... aplopotide(m) cum base ex voto (*sic Bücheler, RhM. 52, 1897, 394 [= Kl. Schr. 3, 247] solvit ligaturam* -ÞE tide(m), *pro qua* -dite(s) [*ἁπλοποδίτης, monopodium*] CIL *l. c.*). GLOSS. III 219, 23 dos aplopotin: da phialam (filiolam *cod., corr. Bücheler l. c.*) *cf.* III 198, 5 -in fiola.

(h)aplozōmos, **ἁπλόζωμος. v. vol. II 256, 6* (*'cf.* leuco-, meli-, oxyzomus APIC., ius simplex HOR. APIC.' *Heraeus per litteras*).

happalopsis *v.* hapalopsis. **hapsis** *v.* apsis.

hapsus, -ī *m., ἅψος. scribitur in codd. plerumque* absus, *sine aspiratione et cum conson. media, sed aspirandum sec.* CAPER gramm. VII 110, 6 hapsus lanae vellera, non apsus (*cf.* CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 4). GLOSS.L V Aa H 21 -um vellus (-um *codd.*) lanae. *i. q. vellus; coniungitur cum* lana (*vel* purpura): CELS. 4, 13, 3 circumdare ... latus -o lanae sulphuratae. 7, 26, 5 inducendusque -us lanae mollis *eqs.* ORIBAS. syn. 6, 6 -us purpurae siccus ... aut certe infusus in oleo ... sunt ventri superimponendi.

hara, -ae *f.* [*cf. c.* co-hors, hortus. *J. B. H.*] *de aspiratione*: PRISC. gramm. II 53, 22 in 'ara' deorum a paenultima producitur et circumflectitur in nominativo nec habet aspirationem, cum autem significat stabulum porcorum, eadem syllaba paenultima corripitur et acuitur et habet aspirationem (*cf.* CASSIOD. gramm. VII 209, 3 CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 20 GRAMM. suppl. 291, 1). *in codd. et* ar- *et* har- *invenitur.* *de quantitate: v. supra l. 22. 24* (*cf.* GRAMM. suppl. 224, 3. 4). *de genere et numero*: CHAR. gramm. p. 33, 6 B. feminina semper singularia ... haec -a (*cf.* EXC. Bob. gramm. I 548, 7. 553, 3 nomina quae apud Romanos feminina, apud Graecos masculina: ... -a *συφεών*). *de origine et notione*: NON. p. 120, 20 -a est porcorum stabulum. Varro Prometheo libero ... (*v. infra l. 79*). Cicero in Pisonem (*cf. infra l. 81*): ex -a producte non schola (*cf.* SCHOL. Hor. epist. 1, 4, 15). DON. Ter. Phorm. 710 haruspex ab hariga eius nominatur; nam hariga hostia dicitur ab -a in qua concluditur ac servatur, -a autem in qua pecora includuntur. GLOSS. -a *συφεός*. PLAC. Gloss.L IV H 12 -a locus est tenebrarum vel porcorum. GLOSS.L Ansil. HA 50 -a (hala *codd., cf. Thes. gloss. s. v.* hara. *'an ad 2. halo?' Heraeus*) hircosus olens. *legitur inde a* PLAVTO (*bis*). CATONE (*semel*). [*mediolan.* ara. *M.-L.*] [*ex coniect.*: ENNOD. opusc. 2, 9 p. 290, 8 redeamus ad ... non solum ex -a (*sic Sirm. pro* hala *vel* ala *sim. codd.*) productam sed mefiticam propositionem (*cf. ad locutionem 2, 138 p. 329, 24 sq.* CIC. Pis. 37 [*infra l. 81*]. PLAC. Gloss. [*supra l. 37*], *ad lect. codd.* hala: GLOSS.L Ansil. [*supra l. 38*]).] [*langob.* arla, *sard.* arula. *M.-L.* (*i.* **harula,** *quod ipsum in litteris Latinis s. VII antiquioribus non inveni, nam* GLOSS. chortes ariole *melius* areolae [*q. v. vol. II 505 s. v.*] *quam* harulae *legitur* [*v.* NON. p. 83, 11]. GRAMM. suppl. 70, 29 ara arula *ad* 'ara' *vocem videtur referendum*).]

A *proprie: i. q. saeptum, stabulum, praecipue porcorum, sed etiam anserum*: **1** *i. q. stabulum porcorum* (*plerumque* 'porci' *vocabulo non addito*): **a** *generaliter*: TIB. 1, 10, 26 hostiaque e plena rustica porcus -a (*cf.* PRIAP. 65, 2 OV. am. 3, 13, 16). OV. epist. 1, 104 immundae cura (*i. curator*) fidelis -ae. met. 14, 286 claudor -a. **b** *specialiter i. q. cohors ad pariendos alendosque porcos* (*de re v. locum notabiliorem l. 66 sqq. et Orth, RE VII 2364 s. v.; Jullien, Daremberg-Saglio s. v.*): CATO agr. 14, 2 villam aedificandam si locabis ..., faber haec faciat oportet: ... -as x *eqs.* VARRO rust. 2, 4, 13 scrofa in sua quaeque -a (hora *cod.*) suos alat oportet porcos *eqs.* (*cf.* COLVM. 7, 9, 11. 13). 2, 4, 14 -am facere oportet circiter trium pedum altam et latam amplius paulo *eqs.* in -is ostium esse oportet ..., ne porci, ex -a cum mater prodit, transilire possint (*cf.* COLVM. 7, 9, 10). 2, 4, 15 quotienscumque -as subulcus purgat, totiens harenam inicere oportet *eqs.* (*cf.* COLVM. 7, 9, 14). 2, 4, 19 a partu decem diebus proximis non producunt ex -is matrem praeterquam potum. COLVM. 7, 9, 9 nec ut ceteri greges sues universi claudi debent, sed per porticus -ae faciendae sunt, quibus aut a partu aut etiam praegnantes includantur (*inde* PALLAD. 3, 26, 4). 7, 9, 10 observet enitentem claudat⟨que ut⟩ in -a foetum edat.

2 *i. q. cohors excudendis educandisque anseribus facta*: VARRO rust. 3, 10, 3 singulis *anseribus*, ubi pariant, faciendum -as (ar- *cod.*) quadratas circum binos pedes et semipedem *eqs.* (*cf.* COLVM. 8, 13, 3. 8, 14, 1. 5 PALLAD. 1, 30, 2). 3, 10, 4 cum *anser ovum* excudit, quinque diebus primis patiuntur esse cum matre. deinde ... producunt in prata ..., iisque faciunt -as ..., in quas (quae *cod.*) non inducunt plus vicenos pullos *eqs.* (*cf.* 3, 10, 6 COLVM. 8, 14, 8. 9).

B *translate*: **1** *fere i. q. locus impurus vel corruptus*: PLAVT. Asin. 430 erus in -a haud aedibus habitat. VARRO Men. 435 in tenebris ac suili vivunt, nisi non forum -a atque homines qui nunc ⟨sunt⟩ plerique sues sunt existimandi. CIC. Pis. 37 Epicure noster ex -a producte non ex schola (ENNOD. opusc. 2, 9 *v. supra l. 41*). **2** *de homine impuro*: PLAVT. Most. 40 germana inluvies, rusticus, hircus, -a suis (sui *codd.*) *eqs.* (*cf.* GLOSS.L Ansil. HA 50 [*v. supra l. 39*]).

[**haracna** *falsa lectio pro falisc.* haraṣ⟨pex⟩ CIE 8352 (*v. p. 2544, 70*); *cf. Herbig, CIE II 2, 1 Add. p. 113.*]

[**harbacanthus** *v.* herbacanthus.]

[**harcer** *lectio corrupta* OV. hal. 107 (p(h)ager *Sannazar., edd.*; pagur *Ald.*). *fuitne in archet.* rhager? *Heraeus per litteras.*]

(h)ardalio *v.* ardalio.

(h)ardaliolus *v.* ardaliolus. *cf. etiam q. coni. Niedermann, Contrib. à la critique ... des gloses lat., Neuchâtel 1905, 10 sq.*

[**hardulatio.** *lectio corrupta* VARRO rust. 1, 8, 3 (harundulatio ς, *de editorum coniecturis v. q. adn. Keil ad l.*).] *Brink.*

***(h)arēna,** -ae, *f.* [*orig. inc. H.*] *formae priscae*: CARM. Sal. frg. inc. (Varro ling. 7, 27) 10 M. asenam. VARRO frg. Vel. gramm. VII 69, 4 a Sabinis fasena (fassana *vel* fasma [*i.* fasina] *trad., sed cf. l. 16*) dicitur (*cf.* herna). VEL. gramm. VII 81, 10 harenam iustius quis dixerit (*sc. quam* a-), quoniam apud antiquos fasena erat. PS. PLAC. Gloss.L IV H 4 hasenam harenam, ut asas, quas nos aras *eqs.* *de origine et de aspiratione* (*cf. l. 14*): VARRO ling. frg. 77 p. 211, 13 G. (Vel. gramm. VII 69, 5) -am cum aspiratione, sive quoniam haereat, sive quod aquam hauriat (*cf.* PROB. Verg. georg. 1, 70 aspirant -am, quia areat, cui etymo h adiunctum est, quod etiam haurit). frg. Serv. Aen. 1, 172 si ab ariditate dicitur, non habet *aspirationem*, si ab haerendo, ut in fabricis videmus, habet (*sim.*: CHAR. gramm. I 103, 21 [p. 131, 24 B.] CASSIOD. in psalm. 138, 17. ISID. orig. 16, 3, 11 *et* 19, 10, 21 ab ariditate dicta, non ab adhaerendo. DIFF. ed. Beck p. 38, 91 a- ab ariditate ..., ha- ab arando [*l.* haerendo?]). *praeterea aspirationem probant*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 1 SERV. gramm. IV 444, 28 PS. PHOC. gramm. V 440, 25 CASSIOD. gramm. VII 201, 20. *in titulis*: a-: CIL VI 32094 X 6565. ha-: CIL II 6278 *bis.* III 77. 6618 VI 32089 VIII 11549. 16565 XII 533 CE 218. 2085. *item* PAP. Genav. edd. Nicole et Morel (1900) 5, 3, 1. *codices plerumque dissentiunt, sed ita, ut praevaleat* ha-. *forma vulgaris* (*cf. l. 19 sqq. et p. 2531, 33. 43. 2532, 37*) her-: PRISCILL. tract. 4, 80 *et al. v. Birt, Hiat bei Plaut. p. 138.* *de accentu*: PS. PRISC. de acc. gramm. III 521, 37 haréna. *de numeris* (*cf. Hagendahl, Studia Ammianea p. 77 adn. 1*): CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 8 num tu ... harum rerum natura accidere arbitraris, quod ... neque -am multitudinis appellatione convertere possimus? *inde* FRONTO Gell. 19, 8, 3 '-as' vitiose dici. *sim.* 19, 8, 6. 12. 15 GELL. 19, 8, 10. 18 CHAR. gramm. I 103, 21 (p. 131, 24 B.) cum pluralem non habeat, Vergilius tamen ait *eqs.* *pluralis inde a* VERG., *e. g.*: VERG. *8 pl.* (*31 sg.*) HOR. *1* (*3*) PROP. *3* (*11*) OV. *30* (*47*) LIV. *1* (*2*) SEN. *15* (*14*) CVRT. *4* (*5*) COLVM. *4* (*6*) MELA *5* (*0*) LVCAN. *45* (*16*) PLIN. nat. *40* (*56*) VAL. FL. *14* (*6*) SIL. *17* (*18*) STAT. *17* (*13*) TAC. *2* (*4*) PLIN. epist. *3* (*2*) VLP. *2* (*12*) AVIEN. *14* (*0*) AVSON. *3* (*4*) VVLG. *1* (*33*). NOT. Tir. 113, 71 -a (arenosum, sabulum, pulvis). GLOSS. *v. infra l. 50. p. 2529, 63. 2530, 40.* *gr. subsunt* ἄμμος, ψάμμος, *hebr.* חוֹל. *gr.* ἀρήνα *v. p. 2530, 77.* *certe legitur inde a* PACVV., (*cf. p. 2528, 13*). *deest apud* ENN. PLAVT. TER. [*val.* arină, *it. hisp.* arena *M.-L.*]

I -a *est* ***genus terrae*** (GLOSS.L I Ansil. HA 84 -a terra soluta. V Aa H 42 -a terra, proprie sablo. GLOSS. V 545, 37 sabulum -am. *cf. p. 2527, 10*): **A** *proprie*: **1** *de -ae natura et generibus*: **a** *generaliter* (*hic illic i. q. terra, humus, e. g. infra l. 61. 79. de -a vento sublata v. p. 2527, 14. i. q. harenifodina p. 2527, 23*): VARRO rust. 1, 9, 1 *in terra* et lapis et -a ... sunt in nominando comprensa. 1, 9, 2 *in partibus terrae* lapis ... -a, sabulo ..., pulvis *eqs.* VERG. ecl. 3, 87 *taurum*, pedibus qui spargat -am (georg. 3, 234 Aen. 9, 626. 12, 106 OV. trist. 4, 9, 28 SEN. dial. 3, 1, 6 *al.*). georg. 1, 105 cumulos (*cf. infra l. 75. 81*) ... ruit male pinguis -ae (COLVM. 2, 2, 25. 2, 10, 18 PALLAD. 10, 7). georg. 1, 114 umorem bibula deducit -a. 2, 232 (*syn.* humus). CIRIS 442 *nec me* iniectā tellus tumulabit -a. OV. met. 4, 240 tumulum ... super gravis addit -ae (SOL. 2, 38. HIER. in Ezech. 47, 6 p. 591 θῖνας ..., quod tumulos significat -arum [*sim. de* גְּבִים: in Ioel 3, 6 p. 210 in Os. 12, 11 p. 141. *cf. p. 2527, 7*]). met. 7, 361 parva tumulatus -a (Pont. 1, 6, 49). Ib. 47 flaventis. MANIL. 1, 910 sicca. VITR. 1, 2, 8 -ae fossiciae (2, 4, 1. 2, 5, 1 PLIN. nat. 36, 175. 36, 192 fossiles [PALLAD. 1, 10, 2]). 1, 2, 8 fluviatica aut marina lota (2, 5, 1. COLVM. 12, 46, 4 fluvialem [-atilem *var. l.*]. PLIN. nat. 36, 175 fluviatili aut m. PALLAD. 1, 10, 2 m. ... fluviales [1, 10, 3 maris ... f. VEG. mulom. 2, 88, 8 f. vel maritima]. *cf. p. 2527, 27. 39. 65 sqq. 2528, 45 sqq. 51 sqq. 2529, 63*]). 2, 4, 1 *genera* -ae fossiciae sunt haec: nigra, cana, rubra, carbunculus *eqs.* (*sim.* PALLAD. 1, 10, 1. *item* carbunculus: VITR. 2, 6, 6 id genus -ae, quod dicitur c. 8, 1, 2. PLIN. nat. 31, 48 PALLAD. 9, 8, 2). 8, 4, 1 -a aut limus. FEST. Gloss.L IV p. 446a (p. 355 M.) Aelius: ... tumulus e⟨st cumulus (*cf. l. 58. 81*) are⟩nae. COLVM. 1 pr. 24 putres (ANTH. 437, 4). 2, 9, 17 nec in sabulone solum (sabuloso solo *trad.*), sed in -a quoque proveniunt *herbae* (PALLAD. 4, 3. 9, 5, 1. 11, 11, 1). 10, 8 gracilis. 11, 3, 12 solutissimae. 12, 48, 1 (*syn.* terra). PLIN. nat. 10, 60. 69. 12, 107. 17, 26 tenuissima. 33, 67. 114 *al.* 36, 194 alba. SIL. 6, 38. 10, 228 STAT. Theb. 8, 340 cumulos undantis -ae (PRVD. perist. 2, 194 -arum c. psych. 458 *cf. supra l. 58. 75*). silv. 2, 3, 41 vivam ... aggessit -am. MART. 9, 29, 11 molli ... tegaris -a (VEN. FORT. carm. 2, 14, 22 *martyres* vilis -a tegit. CE 2085). TAC. ann. 15, 3. SVET. Nero 48, 3

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

specum egestae -ae. AVR. Fronto p. 16, 12 N. -ae obruant *mortuos* (PS. CYPR. mont. 9 eum in -a. RVFIN. hist. mon. 7 p. 411^A *et* p. 416^A sub -a). VLP. dig. 4, 3, 34 -am fodere (7, 1, 12 pr. 8, 3, 1, 2 PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 CET. FAV. 8 p. 295). dig. 9, 2, 27, 20 *al.* IVST. 18, 4, 12 onera -ae. PALLAD. 1, 5, 1 squalentes. 3, 24, 5. 3, 25, 13. 4, 9, 6. 9, 10 *aqua decocta* si -am vel limum non relinquat. VVLG. Ier. 9, 11 dabo Ierusalem in ⌊acervos -ae⌋ (גַּלִּים *cf. p. 2526, 63*). RVFIN. hist. mon. 8 p. 422^A -ae moles. PRVD. c. Symm. 2, 1044 (*in imagine*) glarea ne tenuis ieiunis siccet -is. CLAVD. 3, 371. 15, 398. AVG. serm. 9, 11, 17 quam minutissima sunt grana -ae (362, 17, 20 *lapillos divide* in grana, veluti sunt -ae, rursusque ipsa -ae grana divide in minutissimam pulverem *eqs.*). RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 12 *aurum* -is vilibus mixtum. VEN. FORT. 6, 5, 19 nova mersit -a (*sc. peregrina humus obruit eam*).
de -a vento sublata: SALL. Iug. 79, 6 *ventus* -am humo excitavit. VERG. georg. 3, 110 fulvae nimbus -ae (SIL. 10, 228). OV. Ib. 314 acta noto (SEN. Ag. 480 MELA 1, 39). CVRT. 7, 4, 29 viatores -a obruit. PLIN. nat. 4, 5 ventorum flatu congeriem -ae attumulantium. 37, 65. VAL. FL. 1, 613 multa flavus caput Eurus -a (*sim.* SIL. 9, 514. *cf. p. 2533, 12*). SIL. 5, 536 sublatis (*syn.* pulveris). 10, 204 *ventus* candentes torquet -as (*syn.* pulvere). FRONTIN. strat. 2, 2, 7 -arum et pulveris vertices. IVST. 1, 9, 3 *exercitus* -arum molibus oppressus. CORIPP. Ioh. 7, 447 *ventus* teneras flatu convolvit -as. *i. q. harenifodina*: VLP. dig. 7, 1, 9, 2 si lapidicinas ... vel cretifodinas habeat vel -as. 24, 3, 7, 14. *tropice*: PETR. CHRYS. serm. 142 p. 579^B subtilis nostri corporis -a (*cf. antea*; de carnis nostrae limo).

b *de generibus specialibus* (*cf. p. 2528, 37*): α *de -a, quae in fundo maris est*: CIC. nat. deor. 2, 125 *ranae marinae* obruere sese -a solere. LVCR. 6, 724 congestus -ae . . . oppilare *Nili* ostia contra. 6, 726. VERG. georg. 3, 241 *unda* nigram ... alte subiectat -am (Aen. 9, 711). Aen. 1, 107 furit aestus -is. 1, 112 *eurus naves* aggere cingit -ae (POMER. 1, 16 p. 432^A *ecclesiae navis* aggere -ae gravantis cingitur). 6, 297. DIRAE 51 *Neptunus* spissā campos perfundat -a (LVCAN. 2, 694). OV. met. 11, 231. 11, 499 fulvas. trist. 1, 4, 6. hal. 24. 118 herbosa. MANIL. 1, 160 vagis permixtus limus -is. 5, 435 MELA 1, 53 LVCAN. 2, 664 *al.* PLIN. nat. 18, 361 *al.* VAL. FL. 1, 601 SIL. 17, 271 STAT. Theb. 2, 46 *al.* AMBR. hex. 5, 10, 30 ut de profundo -a vertatur. EVSTATH. Bas. hex. 7, 4 p. 941^C -a inferior (τὴν βυθίαν ψάμμον). ISID. orig. 19, 10, 7 arenacius lapis concretus maris -is. 19, 10, 8. β *de fluviorum -a* (*cf. p. 2526, 67*): VERG. georg. 3, 350 torquens flaventes Hister -as. 4, 293 *Nilus* Aegyptum nigra fecundat -a. Aen. 7, 31 Tiberinus ... multa flavus -a (CLAVD. DON. -as splendidas trahebat). OV. met. 2, 456 attritas versabat rivus -as. 11, 80 *Pactolus* caris ... invidiosus -is. 14, 448 flava. 15, 279 Sicanias volvens Amenanus -as (SIL. 1, 235 lucentīs). 15, 714. MANIL. 5, 527 *ille* fulvas avidus numerabit -as. CELS. 2, 18, 9 (*opp.* saxa, limo). SEN. dial. 6, 18, 6 CVRT. 5, 1, 30 PLIN. nat. 2, 236. 4, 115 Tagus auriferis -is (SIL. 16, 560. *cf.* Mart. CAP. 6, 628 auratis. BOETH. cons. 3 carm. 10, 7 aureis). nat. 5, 75 vitri fertiles. 35, 167 e Nilo -a tenuissima. 36, 160. 36, 194 alba. SIL. 1, 159 STAT. Theb. 9, 251. 9, 482. IVV. 3, 55. 14, 299 quod Tagus et rutila volvit Pactolus -a (CLAD. 1, 54). AVSON. Mos. 63. 85 herbosas. PRVD. ham. 356 liventes ... -as. CLAVD. 3, 101. VEN. FORT. carm. 6, 5, 234 lēvis. *adde* (*cf. infra l. 55 sqq.*): SEN. Thy. 1019 Phlegethon -as igneus totas agens. SIL. 13, 572 *Acheron* gelidam eructans ... -am (STAT. Theb. 4, 522 liventis ... eiectat -as).
γ *-a ex Aetna monte eiecta*: LVCR. 6, 700 -ae tollere nimbos (AETNA 199 exustae). OV. met. 5, 352 -as eiectat *Typhoeus*. AETNA 207 putris (425). 360 atra. 469 atra ... examina -ae. SEN. nat. 2, 30, 1 urentis. PLIN. nat. 2, 234 VAL. FL. 4, 686 IVST. 4, 1, 6. CLAVD. carm. min. 26, 39 nigrae ... -ae flumen hiatus agit. rapt. Pros. 3, 385.

2 *de -ae proprietatibus proverbialiter*: **a** *de innumerabilitate*: CATVLL. 7, 3 quam magnus numerus Libyssae -ae (PACIAN. epist. 3, 27 p. 97, 13 AVIEN. orb. terr. 816 AMM. 14, 11, 34 *al.*). VERG. georg. 2, 101 discere quam multae zephyro turbentur -ae. HOR. carm. 1, 28, 1 numero ... carentis -ae. OV. ars 1, 254. met. 11, 615 quot ... gerit ... eiectas litus -as (trist. 4, 1, 55. 5, 1, 31). MANIL. 5, 730. SEN. Med. 403 numerus ... -is derit (LVCAN. 5, 182). CALP. ecl. 2, 73 tenues citius numerabit -as (SIL. 14, 350 VVLG. gen. 32, 12 *al.*). TERT. adv. Marc. 3, 24 p. 420, 18 in multitudinem -ae repromittitur (AVG. civ. 16, 21 p. 158, 15 D. VEREC. in or. Man. 1, 14). CYPR. GALL. gen. 468. 513 exod. 1083. ITALA gen. 13, 16 (Clem. ad Cor. 10) faciam semen tuum sicut -am maris (VVLG. pulverem. ITALA gen. 28, 14 [Lugd.]. Ios. 11, 4 *al.* VVLG. gen. 32, 12 *al.*). gen. 13, 16 (Aug. civ. 16, 21 p. 157, 12 D.) tamquam -am terrae (VVLG. Rom. 9, 27 *al.*). ITALA gen. 13, 16 (Aug. civ. 16, 21 p. 157, 13 D.) dinumerare -am terrae (VVLG. pulverem. VVLG. Sirach 1, 2). HIER. in Hab. 1, 1 p. 595 ut per ὑπερβολὴν etiam -ae possit aequari (*sim.*: in Is. 29, 1 p. 389 VVLG. gen. 41, 49 *al. aliter*: DRAC. laud. dei 2, 655 omnis -a maris *eqs.* ... aequantur numero *germinis*). VVLG. gen. 22, 17 velut -am. II reg. 17, 11 quasi -a maris innumerabilis (Is. 10, 22 *al.*). psalm. 138, 18 super -am multiplicabuntur (Ier. 15, 8). apoc. 20, 7 numerus ... sicut -a maris (ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης). *al.* *inde etiam de immensitate*: VVLG. III reg. 4, 29 *dedit deus Salomoni* latitudinem cordis quasi -am *eqs.* Iob 6, 3 quasi -a maris (*sc. immensum quantum*) haec *calamitas* gravior appareret, *quam eqs.* Ier. 33, 22. **b** *de vilitate*: OV. am. 2, 19, 45 vacuo furari litore -as. VVLG. sap. 7, 9 aurum in comparatione illius (*sapientiae*) -a est exigua. **c** *de parvitate*: COLVM. 10 pr. 4 quod aiunt Graeci, ut ex incomprehensibili parvitate -ae funis effici non possit (IREN. 1, 8, 1 de -a resticulas nectere). VVLG. Sirach 18, 8 sicut calculus -ae, sic exigui anni in die aevi. **d** *de gravitate* (*cf. infra l. 70*): VVLG. prov. 27, 3 grave est saxum et onerosa -a, sed ira stulti utroque gravior. Sirach 22, 18 -am (*gr. 22, 11* ἄμμον) ... facilius est ferre, quam hominem imprudentem. RVFIN. Orig. in gen. 9, 2 p. 90, 13 quorum stultitia gravior est -a maris. *adde de opere superfluo* (*cf. p. 2529, 30 sq.*): OV. trist. 5, 6, 43 in litus -as ..., in mare fundat aquas.

3 *de usu* (*de sepeliendo in -a v. p. 2526, 61 sqq. 2529, 7. 69 sqq.*): **a** *humi sternitur*: PACVV. trag. 99 penitus strata -ā ... specus (PALLAD. 4, 11, 8 stabula ... strata ... -is). VARRO rust. 2, 4, 15 *in haras* -am inicere oportet. PLIN. nat. 11, 270 orchestris ... -a superiacta devoratur *vox*. LAMPR. Heliog. 31, 8 *scobe auri iter stravit*, ut fit hodie de aurosa -a. *spec. in foro, amphitheatro* (*cf. p. 2530, 39*): PROP. 4, 8, 76 sternet -a forum (OV. am. 2, 14, 8 [*metaph.*] sternetur pugnae tristis -a tuae. fast. 3, 813 trist. 2, 282). OV. ars 1, 164 sparsa ... tristis -a foro (PETRON. 34, 4). **b** *in aedificando*: CATO agr. 14, 3 lapidem, calcem, -am, aquam *eqs.* 15 calcis ... modium unum, -ae modios duos (*similia praecepta*: VITR. 2, 5, 1. 8, 6, 14 PLIN. nat. 16, 173 PALLAD. 1, 10, 3). CIC. Mil. 74 VITR. 1, 5, 8 bitumine pro calce et -a (2, 8, 2 *al.* VELL. 2, 22, 4 c. -aque. COLVM. 1, 6, 13 PLIN. nat. 1, 36, 54 VLP. dig. 47, 3, 1, 1. PALLAD. 1, 9, 5 -a cum c. 1, 10, 1 *al.*). 2, 4, 1. 2, 5, 2. 2, 8, 2. 5, 12, 4 proclinatio ea impleatur -a (*sim. de fulciendo* PLIN. nat. 36, 96). 8, 6, 14 purissima asperrimaque (PLIN. nat. 36, 173). FRONTIN. aq. 125 POMPON. dig. 8, 4, 11, 1. CASSIOD. var. 7, 17, 1 *sine calce* nec -arum minuta solidantur. *huc pertinere videtur*: PAPYR. Genav. edd. Nicole et Morel (1900) 5, 3, 1 (*in indice militum eorumque operum*) *ille* (*nomen equitis*), k(alendis) Domitia(nis), -a (*cf. ibid.* calx *sim.*). -a *i. q. calx et -a*: VITR. 2, 5, 3 -ae mixtionem. 7, 3, 3 *camerae caelum* -a dirigatur. *ibid.* coriis -ae. 7, 3, 8 IVST. 1, 2, 7. *tropice*: SVET. Cal. 53, 2 Senecam ... commissiones meras componere et -am esse sine calce. **c** *in operibus metallicis*: *generatim*: PLIN. nat. 33, 113 sperante aurum excoqui posse -ae rubenti (*sc. e minio. de eodem*: 33, 119 naturales illas -as). 36, 200 -as, ex quibus *ignis* ... vitrum, ... argentum, ... minium, ... pigmenta, ... medicamenta fundit. *ad caeruleum faciendum*: VITR. 7, 11, 1 PLIN. nat. 33, 161 CET. FAV. 27 p. 308. *ad vitrum faciendum*: PLIN. nat. 36, 191. 192. 194. 200. TAC. hist. 5, 7 lectae -ae admixto nitro in vitrum excocuntur. PS. PHOEBAD. fid. 8 p. 64^A. **d** *in agri cultura*: *generatim*: CATO agr. 40, 2 (*sim.* PLIN. nat. 17, 123). PLIN. nat. 18, 98. 115. PALLAD. 2, 14, 2 fluminis -a vel litoris (12, 7, 18 fluvialis. 12, 9, 1). 12, 15, 3. *spec. servandis pomis*: VARRO rust. 1, 59, 3 in dolio -ae (COLVM. 12, 46, 4 PLIN. nat. 15, 60). *ibid.* in -a. PLIN. nat. 15, 63 (15, 65. 19, 74). PALLAD. 2, 15, 19. 4, 10, 9. 12, 7, 19. **e** *in medicina*: CELS. 2, 17, 1 siccus calor est ... -ae calidae (3, 21, 6 PELAGON. 268 THEOD. PRISC. log. 107). 2, 17, 9. PLIN. nat. 31, 72 -a litorum maris praecipue tenuis et sole candens. SVET. Aug. 80 GELL. 19, 8, 3 -is calentibus. SER. SAMM. 503. CHIRON 320 (*bis area trad.*). VEG. mulom. 2, 88, 8 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 35 -a littori vicina, quae sit sole ignita (3, 6, 89. 5, 4, 76). 3, 6, 88. 5, 2, 39. *adde*: OV. met. 7, 267 *Medea* adicit ... quas ... mare lavit -as. **f** *varia*: *in defendendis urbibus*: VITR. 10, 16, 9 -am, lapides progesserunt in mare. 10, 16, 10 -ae coctae candentis. CVRT. 4, 3, 2. 4, 3, 25 *clipeos* repletos fervida -a. 4, 3, 26 fervens. *in disciplina palaestrica*: FEST. Gloss.^L IV p. 369^b (p. 262 M.) effigies ... ephebi more Graecorum -am ruentis exercitationis gratia. *ad secandos lapides*: PLIN. nat. 1, 36, 9 de -is, quibus secantur marmora. 36, 51 *bis.* 36, 53. *ibid.* crassior ... -a ... plus erodit. *luctatores sparguntur -a*: OV. met. 9, 36 fulvae tactu flavescit -ae (*syn.* pulvere). LVCAN. 4, 616 membris calidas infudit -as. STAT. Theb. 6, 848 haustā vestitur -ā (*syn.* pulvere). 6, 874 ingestas. *luctus causa in capillum spargitur* (*cf. p. 2527, 18*): OV. met. 13, 526 fletus peregrinaeque haustus -ae. VAL. FL. 3, 716 *Hercules* comas deformat -a. STAT. Theb. 3, 50 *pastor* hausta ... informis -a. *in paenitentia agenda*: PRVD. cath. 7, 155 iacens -is ... puer provolvitur. PALLAD. hist. mon. I 6 p. 275^C *sportā* -is repleta impositaque humeris suis *spatiabatur*. *pueri -a ludunt*: SEN. dial. 2, 12, 2 -ae congestu simulacra domuum excitant. CONC.^S I 5 p. 179, 33 infantes ludere in -a.

B *translate: granula lapidea in corpore humano orta nominantur -a*: CELS. 2, 7, 12 si urina quasi -am ... trahit (SCRIB. LARG. 144 [= MARCELL. med. 26, 2] *potio* q. -am sabulosam detrahit. 152 [= MARCELL. med. 26, 10] fragmina quaedam lapidum q. -am). SCRIB. LARG. 153 *potio* in -am solvit lapidem (*sim.* MARCELL. med. 26, 11). PLIN. nat. 21, 175 renium (22, 59). 22, 83 urinae calculis et -is. 25, 168. CASS. FEL. 46 p. 118, 11.

II -a *est aequor harenosum*: **A** *generatim* (*hic illic i. q. humus, terra, e. g. p. 2529, 4. 11*): VARRO rust. 1, 20, 2 per -am aut molliorem terram *arare*. CIC. rep. 1, 29 in -a geometricas formas quasdam esse descriptas (*sim. de -a, in qua pingitur*: VELL. 1, 10, 2 *prius* quam egrederetur finito -ae circulo. CLAVD. 17, 134 scriptae ... notas

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

confundit -ae). VERG. georg. 1, 389 *cornix* in sicca ... spatiatur -a (OV. Pont. 4, 4, 11). 3, 483 summa ... sanie infuscatur -a (OV. met. 10, 701 LVCAN. 7, 756). Aen. 3, 38. PROP. 2, 3, 5 si posset piscis -a *vivere*. VAL. FL. 6, 716 *aquilo oleam* nigra ... evulsam tendit -a (*cf. Hom. Il. 17, 58* ἐπὶ γαίῃ). SIL. 3, 281 calida ... epulae torrentur -a. STAT. silv. 3, 1, 140 ardens fumat -a sacris. CARM. epigr. 1312 (*s. III*) *mortuam* destinat ignoto tristis -a solo. ITIN. Alex. 19 *Gaza urbs* -is circa perpinguibus et umectis *vallatur*. VVLG. deut. 33, 19 thesauros absconditos -arum. PRVD. perist. 1, 8 inlitas cruore sancto ... -as. 11, 141 (*syn.* pulvere). psych. 657 *cum unda* nudas praeceps operiret -as. CLAVD. rapt. Pros. 2, 203 SVLP. SEV. chron. 2, 33, 8 (*syn.* pulveris, terra). CAEL. AVR. chron. 2, 1, 57 in -ae spatio deambulationem. DRAC. Orest. 793.

B *speciatim*: **1** *de aequoribus harenosis, quae in natura exstant*: **a** -a *est campus soliditate carens*: STAT. silv. 4 pr. viam Domitianam ..., qua gravissimam -arum moram exemit. 4, 3, 126 iniectu solidat graves -as. 4, 3, 126 putres. 4, 4, 3 molles. *in imagine*: ITALA Luc. 6, 49 (cod. gat.) aedificanti domum suam supra -am (γῆν, VVLG. terram). IREN. 2, 27, 2 in incertum effusae -ae. HIL. in Matth. 6, 6 *stultus* tamquam super -am opus aedificationis impenderit *eqs.* (*ibid.* in psalm. 126, 8 s. fluxam et dilabentem -am. HIER. epist. 148, 7, 1 s. levitatem -ae. in Ier. 5, 63, 9 p. 351, 18 VVLG. Matth. 7, 26. AVG. serm. 362, 22, 25 *sermo non* s. -am aedificetur. PROSP. carm. de ingrat. 800 s. instabilem arbitrii nutantis -am). HIER. in Ier. 1, 6, 2 in -a. **b** -a *est ager sterilis*: CIC. leg. agr. 2, 71 -am aliquam aut paludes emat. VERG. georg. 1, 70 sterilem ... ne deserat umor -am (SEN. Phaedr. 16 PHOC. carm. de Verg. 60 BOETH. cons. 3, 11, 56). LIV. 22, 16, 4. IVV. 16, 6 Samia (*cf.* TERT. pall. 2 p. 921 Oe. -a Samos. *et Geisau RE I A p. 2180 sqq.*). MACR. sat. 5, 1, 19. *tropice et proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. p. 159, 4*): OV. epist. 5, 115 -ae semina mandas (SEN. benef. 4, 9, 2 -is committant). AVG. conf. 4, 8, 13 (*cf. p. 2528, 11*) fuderam in -am animam meam. **c** *de* -a *deserti* (*cf. p. 2527, 61 sqq. fere i. q. desertum e. g. infra l. 39. 47. 56*): PROP. 4, 6, 83 *Crasse*, nigras si quid sapis inter -as (SEN. dial. 5, 20, 3 PLIN. nat. 5, 33. TAC. ann. 2, 61 disiectas ... i. et vix pervias. AVIEN. orb. terr. 1206 SVLP. SEV. dial. 1, 3, 3). OV. met. 2, 262 siccae ... est campus -ae, quod modo pontus erat (15, 268 MANIL. 4, 669 LVCAN. 4, 588). 4, 617 *Perseus volans cum* super Libycas ... penderet -as (SEN. Med. 653 LVCAN. 2, 417 *al.*). PAVL. FEST. Gloss.[L] IV p. 224[a] (p. 102 M.) Hammo ..., quia in -a putatur inventus. SEN. nat. 1 pr. 9 -arum inculta vastitas. 3, 6, 2. 4, 2, 4 *Nilus* -as ... praelabitur. 4, 2, 10 limo *Nilus* -as saturat (*cf.* PRISC. periheg. 217 ditat -as). epist. 115, 8. Herc. f. 321 per arentem plagam et fluctantes ... -as. Med. 682 ferventis ... -a Libyae (LVCAN. 1, 368 *al.* CLAVD. 5, 241 incensas). CVRT. 4, 7, 6 steriles -ae iacent (7, 4, 27 MELA 1, 21. *et saepe*). 7, 5, 2 -as vapor aestivi solis accendit. MELA 3, 100. 101 in -is mons est Atlas (*cf.* PLIN. nat. 5, 6 e mediis hunc -is *attolli*. MART. CAP. 6, 667 de gremio cacumen proferens -arum). LVCAN. 6, 309. 8, 830 in Aethiopum putres ... -as (9, 699 DRAC. satisf. 84). 9, 394 *al.* PLIN. nat. 2, 115 *al.* 7, 22 ferventibus. 18, 188 *civitas* in mediis -is. 36, 81 -a late pura circa, lentis similitudine. VAL. FL. 7, 561 ardentis (BOETH. cons. 2 carm. 6, 13). SIL. 1, 644. 3, 313 immensis. 3, 648 *al.* FLOR. epit. 3, 1, 14. GELL. 16, 11, 7 cumulis montibusque -arum. TERT. anim. 30 p. 350, 5 CYPR. GALL. Ios. 190 *fluvius* bibula siccatus -a. PORPH. Hor. carm. 3, 30, 2. IVL. VAL. 3, 21 *nyctalopicas* de -is profundis emergere *eqs.* IVST. 15, 3, 11 per immensas -arum moles. ITIN. Anton. Plac. rec. A 40 totum -a sit. *ibid.* nec habent ... praeter caelum et -am. AVIEN. ora 411 inhospitales. orb. terr. 72 cassae ... torrentur -ae. 332 molles (HIER. epist. 108, 14, 1 *al.*). VEG. mil. 3, 23 HYG. fab. 133 p. 114, 5 PRVD. c. Symm. 2, 355 domitis Hammonis -is. CLAVD. 15, 319 *al.* 26, 60 Gaetulas (CE 218, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 3, 4 arentibus. 1, 13, 3 *al.* **d** *de* -a *litoris riparumque* (GLOSS. V 299, 24 -a sablo maris. *i. q. litus p. 2530, 11. cf. p. 2526, 67. 2527, 65 sqq. 2528, 45. 51 sqq.*): LVCR. 2, 376 *qua* litoris ... bibulam pavit aequor -am (OV. epist. 18, 201 met. 13, 901 STAT. Theb. 11, 44 CLAVD. rapt. Pros. 1, 258). SALL. Iug. 78, 3 limum -amque ... fluctus trahunt. VERG. Aen. 3, 557 aestu miscentur -ae. 11, 626 *pontus* extremam perfundit -am (VAL. FL. 7, 111 SIL. 5, 272. MIN. FEL. 3, 3 extimas). HOR. carm. 1, 28, 23 vagae ... -ae ... capiti inhumato particulam dare. 3, 4, 31 urentis -as litoris Assyrii (*cf. p. 2530, 10*). ELEG. in Maec. 1, 19 PROP. 1, 17, 8 *al.* 3, 7, 26 vilis. 3, 14, 17 Eurotae Pollux et Castor -is hic victor pugnis, ille ... equis (*cf. p. 2530, 29*). OV. am. 2, 11, 47 molles (met. 2, 577 Ib. 422). epist. 5, 56. 10, 20. 17, 33 sicca (AVIEN. orb. terr. 298). 18, 28 ars 1, 560. met. 2, 573 *cum* summa spatiarer -a (LIV. 44, 33, 3 LVCAN. 8, 754). 2, 586. 865 fulvis (11, 355). 3, 599 udae. 3, 472 *al.* 15, 725 litoream (MANIL. 5, 191 LVCAN. 9, 441). trist. 4, 1, 7 limosae. LIV. 38, 29, 4 SEN. dial. 6, 10, 6 epist. 55, 2 CVRT. 4, 6, 8. LVCAN. 1, 685 *Pompeius* fluminea deformis truncus -a qui iacet. 2, 733 Phariae ... -ae. 4, 428. 5, 460 *classis* uncis confixit -as (*sim. de ancora in litore figenda*: 5, 489 percussi ... alieni iuris -as. VAL. FL. 2, 428. DRAC. Romul. 8, 250 pertundit -as). 5, 800 aequoreas. 8, 69 *al.* PETRON. 114, 11 *nos* imprudens -a componet. PLIN. nat. 5, 28 *al.* 12, 37 steriles (STAT. silv. 3, 1, 12 AVIEN. ora 476). 18, 363 ardea in mediis -is tristis. SIL. 1, 446. 8, 127. STAT. silv. 1, 4, 100 *quas herbas* medicis ... Epidaurus -is educat. MART. 10, 51, 7 madentis -ae litus. PLIN. epist. 6, 20, 9. 9, 33, 8. APVL. met. 10, 35 *in* mollissimo -ae gremio. MIN. FEL. 2, 4 ANTH. 478, 7. PANEG. 3 (11), 9, 3 Alpes quasi relictas aestu -as patentium litorum transcurristis. AVIEN. ora 319 litus ... molle -arum. 461 *al.* 688 patulas. AVSON. Mos. 53 solidae. 393, 4. AMM. 22, 16, 9 *naves* -arum inlisae glutinosae mollitiae. VEG. mil. 4, 11 HIER. epist. 108, 8, 1. vita Hil. 19 (*syn.* glarea). VVLG. Ier. 5, 22 posui -am terminum mari. apoc. 12, 18 stetit supra -am maris. PRVD. cath. 11, 67 -as Syrtium. perist. 5, 507. CLAVD. 8, 598 (*cf. p. 2529, 70*) quis divitis algae germina flagrantes inter quaesivit -as? SIDON. epist. 2, 2, 6. -a *fere i. q. litus, ripa* (GLOSS.[L] I Ansil. HA 85 -ae: litoris): CATVLL. 64, 57 *Ariadnen* desertam in sola ... -a. VERG. Aen. 1, 172 egressi ... potiuntur Troes -a (*syn.* litore. SERV. auct. pro terra. OV. met. 12, 38. 13, 729). 1, 540 hospitio prohibemur -ae. 5, 34 notae. 5, 871 nudus in ignota, Palinure, iacebis -a (PROP. 3, 16, 29 OV. ars 1, 527 VAL. MAX. 1, 7 ext. 3). 6, 316 *alios* arcet -ā. CIRIS. 72 saeva. PROP. 1, 8, 11 nec tibi Tyrrhenā solvatur funis -ā. 2, 25, 7 vacua. 3, 11, 35. OV. epist. 12, 13 in nostras ... -as venerat (LVCAN. 5, 697). fast. 479 in desertis ... -is. trist. 5, 5, 57 Iliacas tangat ... -as (LVCAN. 8, 712). Pont. 1, 3, 49. LVCAN. 5, 475 Niliaca. 8, 805 nullas Nili calcemus -as (10, 2 diras. CLAVD. 7, 58). 8, 820. 9, 82 CALP. ecl. 4, 42. VAL. FL. 1, 181 (*syn.* litora). 1, 442 *al.* SIL. 7, 480. 10, 214. 15, 700 possessor -ae. STAT. silv. 1, 2, 213. PLIN. epist. 4, 6, 2 (*syn.* litore). CIL III 77 Inachias ... pede pressit -a⟨s⟩. CLAVD. 5, 55 *urbs, quae* Chalcedonias contra despectat -as. 10, 148. 15, 33. DRAC. Romul. 8, 432. 575. *metaph*: HIL. in Matth. 13, 1 *infideles* -ae modo steriles atque inutiles adiacent *navi ecclesiae*. CASSIOD. in psalm. 138, 17 -a ... maris significat Iudaeos *eqs.*

2 *de campis certaminum* (*cf. p. 2528, 13*): **a** *luctatorum cursorumque* (*cf. p. 2529, 72*): VERG. georg. 3, 195 *equus* vix summa vestigia ponat -a (OV. met. 10, 653). Aen. 5, 336 spissa iacuit revolutus -a. 5, 423. 6, 643 fulva (OV. trist. 4, 6, 31). OV. met. 9, 61 -as ore momordi (*cf. l. 75 et p. 2531, 21*). 9, 84 *Hercules Acheloum* alta sternit -a (BOETH. cons. 4 carm. 7, 25). GRATT. cyn. 504 Eleas. PLIN. nat. 33, 90 -am circi chrysocolla sterni. VAL. FL. 4, 230 pretium ... sacrae taurus -ae. 4, 264. 4, 410 imis inlidit -is. 4, 746 saevis frater mihi fusus -is. SIL. 16, 414. 485. STAT. Theb. 4, 245 effossas. 6, 557 Isthmiaca. 6, 853. silv. 4, 5, 28 Bebryciae. 5, 3, 220 Olympiaca. SOL. 1, 96 (*syn.* pulvere). CLAVD. 8, 547. **b** *gladiatorum* (*cf. Pollack, RE 2, 638.* GLOSS.[L] Corp. HA 22 [*ad* RVFIN. hist. 5, 1, 37 *v. infra l. 73*] -ae: pavimentum theatri. GLOSS. V 491, 69 -am parare: non dicitur, quod -a sit, sed ipsum theatrum -a dicitur. *i. q. spectaculum infra l. 79. i. q. certamina p. 2531, 1. i. q. gladiatores p. 2431, 7. i. q. amphitheatrum? infra l. 71. tropice p. 2531, 11*): CIC. Tusc. 2, 46 barbaros in -a videris excipientis gravissimas plagas. HOR. epist. 1, 1, 6 *gladiator* populum extrema ... exoret -a. OV. ars 1, 16 (*in imagine*). 3, 395 spectentur ... maculosae sanguine -ae. trist. 2, 17 Pont. 2, 8, 53. MANIL. 4, 225 caput in mortem vendunt et funus -ae. VAL. MAX. 9, 11 ext. 1 in -am processerunt (AVG. civ. 3, 14 p. 115, 3 D.). CELS. 1 pr. 3. SEN. dial. 5, 43, 2 inter matutina -ae spectacula (COD. Iust. 5, 17, 8, 3). nat. 2, 9, 2 ex fundamentis mediae -ae. epist. 7, 4. 22, 1 vetus proverbium est gladiatorem in -a capere consilium. 93, 12. LVCAN. 4, 708 fatalis -ae muneribus (CLAVD. 5, 397 *fera* damnatur -ae m.). PETRON. 9, 8 gladiator obscene, quem de ruina -a dimisit. 81, 3 -ae imposui (*i. -am frustratus sum*). CALP. ecl. 7, 6 patula. 7, 33 curvae. 7, 48 *al.* PLIN. nat. 1, 33, 16. 8, 18 *al.* STAT. silv. 1, 6, 86. 2, 5, 26 tristi. MART. epigr. 4, 3 *al.* 2, 75, 8 Martia non vidit maius -a nefas. epigr. 11, 1 sanguinea (AVSON. 157, 7). QVINT. decl. 260 p. 67, 11 *al.* IVV. 1, 157 *al.* TAC. hist. 2, 62 PLIN. paneg. 33, 4. BALB. grom. p. 105, 2 -ae ex quattuor circulis. SVET. Aug. 43, 4 *al.* Cal. 27, 4 amphitheatri (Nero 53 Tit. 8, 5. CIL VI 32089 ha⟨re⟩nam a. *restituit.* VI 32091). Nero 12 varia -ae ministeria. FLOR. epit. 3, 21, 1 *ut in* foro, quasi -a, cives cum civibus suis gladiatorio more concurrerent. FRONTO p. 210, 7 scaenae aut circi aut -ae artificium. CIL II 6278 (*a. 177*) fiscum removerunt a tota -a *eqs.* MIN. FEL. 30, 6 TERT. spect. 28 p. 27, 13 VLP. dig. 3, 1, 1, 6 *bis.* 21, 1, 1, 17 in ... -am intromissus (48, 2, 4). MARCIAN. dig. 50, 7, 5, 1 -ā missum. ANTH. 415, 27 saeva. CAPITOL. Aur. 12, 3 *al.* SPART. Hadr. 17, 12 *noxios* in -am misit (TREB. Gall. 12, 3). COD. Theod. 9, 40, 11 (*a. 367*). AVSON. 278, 1 pugnis maculosus -ae *Commodus.* CIL X 6565 (*c. a. 370*) *restituit* omnem fabric⟨am⟩ -ae. VEG. mil. 1, 11 (*opp.* campus *belli.* *sim.* AVG. civ. 3, 14 p. 115, 8 D.). HIER. epist. 43, 3, 3 -a saeviat, circus insaniat. RVFIN. hist. 5, 1, 37 *martyres* statuuntur in medio -ae (*cf. supra l. 40.* PRVD. c. Symm. 1, 380 infausta. 2, 1112. 2, 1128 infamis -a. DRAC. Romul. 5, 284 mordet -am (*cf. supra l. 32. p. 2531, 21*). CASSIOD. var. 5, 42, 5 ovi specie eius (*amphitheatri*) -am concludens. PASS. Theclae 36 recc. B a c Trifena iuxta -am stans (παρὰ τὴν ἀρήναν). CIL VI 32094 -am et podium ... restituit. CE 572 Decasi, valete, et semper -ă (*sc. in -ā*) placete. *fere i. q. spectaculum in* -a *editum*: OV. met. 11, 26 matutinā cervus periturus -a (MART. 10, 25, 1). PLIN. nat. 8, 84 *lupum* in Pompei Magni -a spectatum. 33, 53 apparatu -ae argenteo. MART. 14, 53, 1 *rhinoceros* in Ausonia domini spectatus -a. 5, 65, 7 ista tuae, Caesar, quota ... pars ... -ae (8, 26, 5. 9, 83, 1)? SVET. Cal. 20, 2 scaenae -aeque devo-

[Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum. *fere i. q. certamina in -a celebrata*: SEN. epist. 37, 2 qui manus -ae locant. IVV. 6, 251 verae ... paratur -ae. TAC. ann. 14, 14 operas -ae promittere. 15, 32 *senatores* per -am foedati. TERT. apol. 38, 4 *nihil nobis cum* atrocitate -ae. COD. Iust. 3, 28, 11 (*a. 224*) in -am non damnato. TRYPH. dig. 11, 4, 5 si in -am fugitivus servus se dederit. CE 465, 5 lusu iuvenum bene doctus -is. *meton. pro 'gladiatores'*: PETRON. 126, 6 -a alias *feminas* accendit. IVV. 3, 34 municipalis -ae perpetui comites (SCHOL. aut gladiatorum aut venatorum comites). 6, 216 iuris idem contingat -ae. CLAVD. 26, 163 coniurantis -ae turba. CIL VIII 16565 Vincentius -ae alumnus. *metaph.*: VARRO ling. 10, 19 etiam illam *partem* in eandem -am vocare pugnatum (*sc. vocem cum voce conferre*). SEN. contr. 3 pr. 13 scholam quasi ludum esse, forum -am. IVV. 16, 47 lentā ... fori pugnamus -a. PLIN. epist. 6, 12, 2 in -a mea, hoc est apud centumviros. **c** *bellatorum campus pugnae*: VERG. Aen. 4, 620 cadat ... mediā ... inhumatus -a. 5, 375 fulvā moribundum extendit -a (9, 586 multā porrectum e. -a. STAT. Theb. 1, 710). 12, 276 *hasta iuvenem* fulva ... effundit -a. 12, 340. 382. 741 PROP. 2, 8, 33 OV. met. 12, 239. LVCAN. 6, 63 angusta. VAL. FL. 6, 620 SIL. 14, 160 STAT. Theb. 3, 334. 10, 518 torques in hostiles cecidit ... -as. FLOR. epit. 4, 2, 18 prima civilis belli -a Italia fuit. 4, 7, 6. CLAVD. 26, 589 *Alanus* Italam momordit -am (*cf. p. 2530, 32. 75*). DRAC. Romul. 9, 157 CORIPP. Ioh. 1, 92. *adde*: OV. met. 10, 716 *aper* fulva moribundum stravit -a.

deriv.: harenaceus, harenarius, harenatio, harenatum (-us), harenifodina, harenivagus, harenosus, harenula.

(h)arēnāceus (-ius), -a, -um. *ab* harena. *de scriptura* (*cf. l. 33*): ha-: *in titulo infra l. 37*. a-: ISID. orig. 19, 10, 7. -ri-: CASSIOD. var. 7, 17, 1 *var. l.* -cius, -tius: CASSIOD. (*et* -cis). ISID. (-cius *et* -tus). *abl. pl.* -cis: *infra l. 38*. [*ex corruptione*: GLOSS. V 590, 52 arenacia: sicca. *cf.* GLOSS.[L] II Abav. AR 22 aren[an]tia: sicca.] **1** *i. q. harena mixtus*: PLIN. nat. 17, 43 *genera terrae margae* argillacea, tofacea, -a. 17, 47. **2** *i. q. harenae similis*: PLIN. nat. 21, 98 *semen tribulo* alteri -um (-aculum, -atulum, heraenaculum *codd.*). 30, 136 in corniculis coclearum -ae duritiae (*cf. p. 2533, 34*). CASSIOD. var. 7, 17, 1 *calx* petra solubilis, saxea mollities, -us lapis (*cf. l. 38*). **3** *i. q. ex harena compositus*: CARM. epigr. (*senar.*) RevArch. 30, 1929 p. 367 n. 7[b] (*in prov. Tripolitana*) 11 in istis semper -cis collibus. ISID. orig. 19, 10, 7 -us lapis concretus maris arenis. hic et bibulus dicitur *eqs.* (*cf. l. 35. 48 sq.*).

[harēnāculus *v. l. 33.*]

(h)arēnārius, -a, -um. *ab* harena. *de scriptura: in titulis*: ha-: CIL XI 862 XV 7150. a-: CIL VIII 7158 XII 1590 XIII 3641. 10016, 3. *in codd. plerumque* ha-. era-: AVELL. p. 3, 1. 11. -ri-: LIB. pontif. p. 32, 17 GLOSS. III 376, 41. [*sard.* arenarzu 'arena' *M.-L.*].

A *adi.* (*cf. p. 2532, 32*): **1** *ad harenam, sc. terrae genus, pertinens*: CIL XV 7150 (*a. 101?*) navis -a (*sc. qua harena vehebatur. cf. adn.*). SERV. georg. 2, 348 'lapidem bibulum', qui -us vocatur. *ibid.* lapis -us (*cf. supra l. 38*). PS. AMBR. act. Seb. 22, 83 dimissa est super eum *martyrem* massa -a (*i. harenae*). **2** *ad harenam amphitheatri pertinens* (*cf. infra l. 75*): CIL XII 1590 (*s. I. II? cf. p. 2532, 6*) coll(egium) venator(um) Deensium, qui ministerio -o fungunt(ur). TERT. nat. 2, 14, 3 p. 125, 10 ludo puniti vel etiam a⟨d munus dati⟩ -ae vilitatis. FIRM. math. 8, 10, 4 nascentur venatores -i parabolarii, qui ... cum feris pugnent. fiunt etiam gladiatores (*cf. infra l. 75 sq.*). AMM. 29, 1, 27 in modum -ae ferae *saeviebat*. *obscurius*: CIL VIII 7158 M. Sex. sartor -us magister (*videtur esse praefectus eorum, qui harenam amphitheatri sariebant. cf.* MART. 2, 75, 6 *et Orelli, Inscr. 4063 adn.*).

B *subst.* **1 -a,** -ae *f. et* **-um,** -ī *n.*: **a** *i. q. harenifodina*: VARRO rust. 1, 2, 23 neque lapidicinae neque -ae ad agri culturam pertinent. CIC. Cluent. 37 in -as quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur. VITR. 2, 4, 2 *si* non erunt -a, unde fodiatur *harena*. 2, 4, 3 *harenae fossiciae*, quae sunt de -is recentes. 2, 6, 5 non desunt fossicia -a. **b** *locus sepulturae christianorum*: LIB. pontif. p. 32, 17 sepultus est iuxta cymiterium Calisti in -a (-o *var. l.*). p. 63, 28 supra -o (-um *var. l.*) cryptae. p. 180, 2 *corpora*, qui erant in -o sepulta via Numentana. PASS. coron. 9 *sepelivit corpora* in via Lavicana ... cum aliis sanctis in -o. **2 -um,** -ī *n.* (*sc. vas?*) *notione incerta*: CIL XIII 10016, 3 (*stilo in poculo scriptum*:) donavit Iovinus -um (*cf. adn.*). **3 -us,** -ī *m.* **a** *is qui harenam vendit* (*sim.*): DIOM. gramm. I 326, 14 *omnis appellatio* a littera terminata ... acceptis syllabis ri et us significat eum, qui eam rem aut praestat aut vendit aut emit, veluti ... charta chartarius, harena -us. **b** *i. q. venator, gladiator* (*cf. Pollack RE 2, 640*. GLOSS. III 173, 20 paraboli -i [*cf. supra l. 54*]. 240, 45 οἱ παράβολοι -i. V 530, 10 -i luctatores): MAECIAN. dig. 36, 1, 5 qui magna praeditus est dignitate ... -i ... hereditatem restituere cogetur. CALL. dig. 38, 1, 38 pr. -us manumissus. TERT. spect. 22 p. 22, 23 quadrigarios, scaenicos, xysticos, -os illos amantissimos. COD. Iust. 3, 28, 11 (*a. 224*) in harenam non damnato, sed sua sponte -o constituto *eqs.* CAPITOL. Aur. 19, 6 *Commodus* his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scaenicus, nullus -us. COD. Theod. 4, 6, 3 pr. = Iust. 5, 27, 1 pr. (*a. 336*) lenonis vel -i filia (COD. Iust. 5, 5, 7, 2). CHAR. dig. 22, 5, 21, 2 OPTAT. app. 1 p. 194, 19. p. 194, 22 ab -is factus est episcopus. p. 194, 24. 196, 17. SYMM. epist. 5, 59 si lautioribus -is desideratur (*syn.* venatoribus). AVELL. p. 3, 1 cum omnibus periuris et -is. p. 3, 11. NOVELL. Iust. 115, 3, 10 *si* inter -os aut mimos sese filius sociaverit (κυνηγῶν). CIL XI 862 *illi* VIvir(o) Foro Semproni, colleg(ii) -orum Romae, negotianti lanario. XIII 3641 (*cf. p. 2531, 52*) genio are⟨na⟩riorum consistentium Col(oniae) Aug(ustae) Tre(verorum). **c** *de mathematicae magistro* (*sc. qui numeros vel figuras in harena pingit, cf. p. 2528, 82 sqq. et vol. I 42, 62 sqq.*): TERT. pall. 6 p. 955, 6 Oe. primus informator litterarum et primus enodator vocis et primus numerorum -us. **d** *i. q. ammodytes anguis* (*cf. p. 2533, 2*): GLOSS. III 376, 41 -us ἀμμοδύτης.

harēnātio, -ōnis *f. ab* harena. *i. q. inductio harenae calce cocta et aqua mixtae* (*cf. infra l. 21. 24*): VITR. 7, 3, 9 *tectoria* fundata -is et marmoris soliditate *eqs.*

harēnātum, -ī *n. ab* harena. *i. q. harena calce cocta et aqua mixta* (*cf. p. 2528, 21 sqq.*): CATO agr. 18, 7 caementis minutis et calce -o ... corium struito (*item asynd.*: *ibid.* de glarea et c. -o primum corium facito. LEX par. fac. Put. CIL X 1781, 18 parietes marginesque ... c. -o lita politaque et calce uda dealbata recte facito). VITR. 7, 3, 5 *parietes* trullissentur, postea ... supra ... deformentur derectiones -i. *ibid.* ex -o derectura. 7, 3, 11 -um et marmor et omne tectorium inducatur. 7, 4, 1 pro -o testa trullissetur et dirigatur (*sim.* 7, 4, 3). PLIN. nat. 31, 49 *in puteis struendis* cum ad aquam ventum est, sine -o opus surgit. 36, 176 *tectorium* ter -o et bis marmorato inductum. 36, 177 -um ... subigunt.

(h)arēnātus, -a, -um. *ab* harena. a- *trad.* [*ex corruptione*: GLOSS. V 561, 36 -a secreta. *cf. e. g.* GLOSS.[L] III Abol. AR 3 arcana secreta.] ISID. orig. 18, 69, 2 inter species pĭlarum sunt trigonaria et -a. trigonaria est, qua inter tres luditur. -a, qua in grege, dum ex circulo adstantium spectantiumque emissa, ultra iustum spatium pilam excipere lusumque inire consueverunt (aronata, arenaria *var. ll. utroque loco*).

harēnifodīna, -ae *f. v. vol. VI 991, 66.*

harēnivagus, -a, -um. *ab* harena *et* vagari. *qui in harena, i. deserto* (*cf. p. 2529, 33*), *vagatur*: LVCAN. 9, 941 -um ... Catonem.

(h)arēnōsus, -a, -um *ab* harena. *de scriptura*: ha- *plerumque trad.* (*cf.* harena *p. 2526, 32*). he- VLP. dig. 39, 2, 24, 2 *l. v.* [*nusquam* -onsus]. *pro subst.*: *n. infra l. 59. 74. p. 2533, 9. (15?). m. p. 2533, 19.* *comparat. p. 2533, 26. superl. p. 2533, 18.* *de notione*: DIOM. gramm. I 326, 18 *si* detracta a littera a prima positione ... adieceris o et sus, erit is locus, qui eas res multas habet, ... harena -us. PRISC. gramm. II 138, 22 in sus ... vel o productam habent ante sus et significant plenum esse aliquem eius, quod significatur, ut ... -us plenus harena (ISID. orig. 10, 254. GLOSS.[L] I Ansil. HA 86). GLOSS. II 480, 7 ψαμμώδης -us. NOT. Tir. 113, 72 (*v. p. 2526, 45*). [*val.* arinos, *it. hisp.* arenoso *M.-L.*] *dub.* PLIN. nat. 33, 90 (*cf. q. adn. Mayh.*).

1 *i. q. harenam habens*: **a** *notione propria harenae*: *α i. q. harena mixtus sc. de terra* (*cf. infra l. 65*): CATO agr. 34, 2 terra pulla ..., rudecta, -a (COLVM. arb. 3, 6. PLIN. nat. 17, 44 minutae, -ae). 131 loca rudecta -aque (VLP. dig. 39, 2, 24, 2 palustris loci vel -i. PALLAD. 11, 4 siccis ..., macris, -is. HIER. in Ion. 4, 6 p. 426). VARRO Men. 415 agros colunt -os. SALL. Iug. 48, 3 generibus arborum, quae humi arido atque -o gignuntur (APVL. met. 1, 19 *mortuum* -a humo *contexi*. HIER. in Am. pr. p. 220). VITR. 2, 3, 1 *non* de -o neque calculoso luto *ducendi lateres*. 2, 6, 5 nonnulla *genera terrae* sunt terrena, alia sabulosa, itemque glareosa, aliis locis -a (AMBR. Noe 34, 126 duo genera terrae, unum velut -um et pulverulentum, *aliud fecundum*). 8, 6, 3 *si* terrenum aut -um erit (*sim. n. pro subst.*: PLIN. nat. 18, 134 *lupinum quaerit* sabulosa et sicca atque etiam -a. 18, 243 macra -aque). COLVM. 4, 22, 8 -us ... tofus vel plus iusto ieiunus sabulo (PALLAD. 1, 5, 1). PLIN. nat. 17, 147 *castanea* quaerit solum facile, nec tamen -um (18, 163. 35, 170 PALLAD. 12, 7, 2. 19).

β i. q. harena plenus, coopertus vel fere i. q. ex harena constans, de campis (*non plane distinguitur a notione praecedente*): SALL. Iug. 79, 3 ager in medio -us una specie. hist. frg. 3, 6 -o ingressu *paeninsula*. VERG. Aen. 4, 257 litus -um (COLVM. 8, 17, 9 MELA 1, 102 PLIN. nat. 26, 84 HEGES. 3, 26, 1. 4, 15, 2 p. 264, 10 Vind. DRAC. Romul. 8, 448 CORIPP. Ioh. 2, 257). PROP. 4, 4, 19 -is Tatium proludere campis (SIL. 6, 677). OV. rem. 596 in -a lassa iacebat humo. met. 14, 82 *Aeneas* -ae fugiens nova moenia terrae (*sc. Libyae*. MANIL. 4, 728 CORIPP. Ioh. 7, 451). SEN. nat. 4, 2, 9 *Nilus* -o atque sitienti solo et aquam inducit et terram (AVIEN. ora 606 *opp.* caespes). PLIN. nat. 5, 52 *Nilum* fluere per -a et squalentia. 6, 46 -as solitudines (MART. CAP. 6, 691). 34, 156 *plumbum album gigni* summa tellure -a et coloris nigri (SIL. 14, 325). 36, 192 regio -a. SIL. 14, 78 -a tollit se mole Pelorus *promunturium*. PLIN. epist. 2, 17, 2 iter aliqua ex parte -um (ITIN. [Silv.] 6, 4 iter heremi -um valde). HYG. mun. castr. 53 si locus petrosus aut -us fuerit (AMPEL. 2, 1 CAEL. AVR. chron. 2, 1, 55 deambulationibus -is in locis). ITIN. [Silv.] 6, 1 totum heremi sunt -ae. AMM. 23, 6, 26 -as angustias. VEG. mil. 3, 10 -a sunt prope omnia. VVLG. Sirach 25, 27 sicut ascensus -us in pedibus veterani *eqs.* (ἀμμώδης). CLAVD. 21, 337 in -as aestus zonamque rubentem. *γ inde fere i. q. in harena positus*: PROP. 4, 1, 103 -um Libyae Iovis ...

[*Brandt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

antrum. AVIEN. orb. terr. 317 mugit -is nemus ... lucis. ENNOD. epist. 2, 16 p. 63, 22 -us coluber (*sc. ammodytes. cf. p. 2532, 11*). *tropice* (*cf. p. 2529, 18*): HIL. in psalm. 68, 3 aquae -am domum subluentes. ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 324, 17 hoc suo -o fundamento aedificant perversas suas vias. *γ de aquis et aëre*: *de fluviis*: OV. met. 1, 702 -i ... Ladonis ad amnem. fast. 1, 242 -i Thybridis unda. 3, 737 -o ... ab Hebro. SIL. 3, 465 *Rhodanus* -o ... fundo. 8, 190 -o ... Numicius illam suscepit gremio. *de mari*: COLVM. 8, 16, 8 -i gurgites planos *pisces pascunt*. PLIN. nat. 9, 160 *pectines* in -is proveniunt (*sim. n. pro subst.*: 32, 60 *ostrea* neque in lutosis capta neque in -is, sed solido vado). AVIEN. orb. terr. 158 -ae ... Syrtes. AMBR. hex. 5, 10, 30 fluctus -us. *de vento* (*cf. p. 2527, 18 sq.*): SIL. 9, 502 *Volturnus* vertice -o candentis *torquet globos pulveris*. **b** *translate*: *α i. q. granula harenae similia habens*: CELS. 2, 7, 14 *urina* -a est (7, 26, 3 PLIN. nat. 23, 73). PLIN. nat. 11, 41 *mel ericaeum* -o simile. 19, 34 *tuberum duo* genera: -a dentibus inimica, in altero sincera. 27, 16 improbanda *aloe* nigra et dura, -a. 27, 19 *aloe* lavatur, ut, quod sit -issimum, subsidat. *inde m. pro subst. is, qui urinam -am habet* (*cf. l. 14*): MISC. Tir. p. 48, 14 facientibus fistulis dolores sedat, limosis et -is et calculosis. *β sing. i. q. pulvereus*: AMBR. Nab. 12, 52 acervus divitiarum, cumulo -us (*i. si accumulatus servatur, pulvere coopertus*), speciosus est usu.

2 *i. q. e granulis harenae similibus constans*. *de lapidibus*: CELS. 7, 26, 3 *vesicae* calculus -us ..., quoniam ... dilabitur (7, 27, 7 molles -ive c.) PLIN. nat. 33, 101 *stibi lapis mas* horridior est ... et -or. 33, 114 *minium* durum et -um. 34, 121 *miseos* -a natura. 36, 155 *pumices* teri faciles nec -i in fricando.

3 *i. q. harenae similis*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 62 *in* urina sedimina ... -a et saxosa (5, 4, 67 mictus cum -o vel capilloso sedimine). CASS. FEL. 45 p. 112, 12 *si* reperta fuerit -a qualitas (arenarum q., arena *var. ll.*) in urinis (46 p. 117, 8 limosa aut -a qualitate ... obtrusa).

harēnula, -ae *f. ab* harenā *deminutive* (DIOM. gramm. I 326, 21). *fere i. q. granulum harenae*: PLIN. nat. 30, 24 -ae, quae inveniuntur in cornibus coclearum (*sim.*: PLIN. med. 1, 13. MARCELL. med. 12, 34 -a. *cf. p. 2531, 34*). *Brandt.*

? **harenulces** *v.* harin-.

(h)āridus *v.* aridus. *ad paronomasiam q. e.* -us — horridus (*v. vol. II 568, 66 sqq.*) *adde Landgraf, De Ciceronis eloc., 1878, 25; Wölfflin, Üb. d. alliterierenden Verbind., 1881, 22* (*= Ausgew. Schr. 237*).

(h)ariga *v. vol. II 728, 77 s. v.* arviga (*adde ad l. 79*: pro ariuga *vel* arviga *dubitanter* ariga *Goetz-Schoell*) *et p. 2544, 75 sqq. s.* haruspex.

? **harilaus**. *vox obscura*: SIDON. epist. 5, 5, 2 quasi de -o (*sic codd. opt.*, hilario *dett.*) vetere novus falco (faccho [*L, opt.*], flacco *var. lectt., v. Mohr, ed. Teubn. p. XXVIII. Otto, Sprichw. p. 131* [ʻ*an*: de Charilao vetere ... novus fago? *cf. de Ch.* πολυφάγῳ *Pape-Benseler s.* Χαρίλαος 2ʼ. *Heraeus*]) prorumpas. **haringus** *v.* aringus.

? **harinulces**. *vox obscura*. GLOSS.ᴸ Corp. H 18 -es repertores aquarum. *v. vol. II 1754, 35 s. v.* barinula (*cf. Walde³ s. v.*). *Thes. gloss. s. v.* (haren-). **hariola**, -ae *v.* hariolus.

hariolātio, -ōnis *f. ab* hariolari. ENN. scaen. 57 (*Cassandra de se loquitur*) missa sum superstitiosis -bus; namque (neque *me trad.*) Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. GELL. 15, 18, 3 Corneli sacerdotis -o. *e coniect.*: FIRM. math. 5, 1, 16 (laboratione *codd.*, -e *Kroll-Skutsch*).

hariolor, -ātus sum, -ārī *ab* hariolus. *scribitur in codd.* har- *et* ar- (*cf. etiam s.* hariolus *p. 2534, 17*). *in vetustissimis* har-: TER. *A* Ad. 202 Phorm. 492. *de formis*: *2. pers. sing. ind. praes.* -are: PLAVT. Asin. 579. 924 Cist. 746 Rud. 347 TER. Phorm. 492. CHAR. gramm. p. 479, 17 B. verba quae media appellantur ... halucinor. hortor. hospitor. -or. *de significatione*: CHAR. gramm. p. 465, 5 B. verba activa, quae passiva voce primi ordinis efferuntur ...: -or μαντεύομαι, ἀποφοιβάζομαι, ματαιολογῶ; -tus sum. PS. PLAC. GLOSS.ᴸ IV H 7 -tus est divinavit, coniectavit. GLOSS.ᴸ I Ansil. HA 89 -atur divinat.

1 *proprie de officio harioli, i. q. vaticinari* (*v. et l. 80*): PLAVT. Rud. 377 capillum promittam optimumst occipiamque -ari. CIC. div. 1, 132 non me sortilegos neque eos, qui quaestus causa -entur, ... agnoscere (*cf. infra l. 75*). APVL. Socr. 18 p. 161 Calchas ... praestabilis -ari, ... alites et altaria et arborem contemplatus. ARNOB. nat. 1, 62 p. 43, 2 Bacis, ... Helenus, Marcius aliique similiter vates -antes. VVLG. I reg. 15, 23 quasi peccatum -andi est repugnare. IV reg. 21, 6 et -tus est et observavit auguria. *adde: per iocum Dossennus, Atellanarum persona, de se quasi de hariolo quodam*: POMPON. Atell. 110, 2 indica qui illud aurum abstulerit. :: non didici -ari grati⟨i⟩s (*ad* gratiis *cf. supra l. 68*).

2 *translate*: **a** *i. q. harioli instar suspicari, divinare*: *α absolute*: PLAVT. Rud. 1141 non feret *res*, nisi vera dicet; nequiquam -bitur (-atur *codd.*) *puella*. CIC. ad Att. 8, 11, 3 προθεσπίζω ... non -ans ut illa (*sc. Cassandra*), cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens *β c. acc.* (*nonnumquam supplendo*): PLAVT. Asin. 579 argenti viginti minas habesne? :: -are. 924 vae mihi. :: vera -are. Cist. 746 hicine tu ergo habitas? :: -are. Mil. 1256 nam odore nasum sentiat, si intus sit. :: -atur. Rud. 347 non rem divinam facitis hic vos neque erus? :: -are. TER. Ad. 202 ego hoc -or *eqs.* (EVGRAPH. *ad l.* quasi divino vel vaticinor [ratem patior *codd.*]; *cf. Knapp, Class. Rev. 21, 1907, 46*). APVL. met. 2, 7 quod naribus iam inde -bar. *γ c. acc. c. inf.* (*fort. huc ref.* IVL. VAL. 2, 6 a quo [*Alexandro*] praesent⟨ar⟩i [*suppl. Kroll*] nobis humanitatem ... -amini): PLAVT. Asin. 316 scapulae ... -ari quae occeperunt, sibi esse in mundo malum.

b *i. q. absurda loqui, nugari*: TER. Phorm. 492 non[dum] mihi credis? :: -are. :: sin fidem do? :: fabulae *eqs.* (*aliter* EVGRAPH. *ad l.*: -are: divinas. hoc enim pertinet ad illud ʻnon mihi credis?ʼ. *cf. Knapp, Class. Rev. 21, 1907, 46, omnino notionem nugandi ap.* TER. *inveniri negans, contra Langen, Beiträge 260 sq., qui etiam* TER. Ad. 202 [*v. supra l. 1*] *huc revocat [cf. Jachmann, Plaut. u. Att. 62 n.]; equidem propter iuxtaposita*: fabulae, logi, somnia, cantilenam eandem canis, garri modo [*493—496*] *locum huc referendum esse puto*).

deriv.: hariolatio.

hariolus, -ī *m.* [*cf. c.* haru-spex. *J. B. H.*] *scribitur in codd.* har- *et* ar-, *sed saepius* har- *legi videtur. aspiratur in codd. vetustioribus*: TER. Phorm. 708 *cod. A.* FRONTO p. 220, 3 N. PAVL. sent. 5, 21, 3 *cod. M* (*s. VII*). COD. Theod. 9, 16, 4 har- (haur- *V¹*) *V²* (*s. VI*) *Hᵃ* (*s. VI/VII; cf. Mommsen ad l. et praef. p. 135*). ar- HIER. in Ier. 1, 42, 1 *L* (*s. VI/VII*). *de formis*: *gen. plur.* -um APVL. Socr. 67 p. 135 *G, dett.*; -orum *BM*. *de notione et etymologia*: DON. TER. Phorm. 708 -us est qui divina mente vaticinatur (*cf.* SCHOL. Ter. Bemb. *ad l.* divinandi peritus), dictus hariolus quasi fariolus a fari; scilicet H pro F, ut F pro H in multis locutionibus mutabantur (*cf.* SCAVR. gramm. VII p. 11, 7 *antiqui* fariolum quem nos hariolum. p. 13, 10. *v. etiam infra l. 44*). SCHOL. Ter. p. 133, 28 ariolus dicitur ab ararum inspectione (*cf.* ISID. orig. 8, 9, 16 arioli vocati, propter quod circa aras idolorum nefarias preces emittunt, et funesta sacrificia offerunt, iisque celebritatibus daemonum responsa accipiunt. *cf. etiam infra l. 36 sqq.*). *synon.*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 427, 15 B. haruspices. -i. sortilegi. fanatici. augures. coniectores. chaldaei. mathematici. futurarum rerum praescii. EVGRAPH. Ter. Phorm. 709 haruspex ... et -us hoc differunt, quod -us divinat de humanis, haruspex de divinis. PLAC. Gloss.ᴸ IV H 3 -i dicuntur insani, qui spiritu nescioquo inflati vaticinantes circa aras et templa discurrunt atque bacchantur (*quasi ab* ara; *cf.* 14 divini qui concepto ante aram spiritu futura praedicunt). GLOSS.ᴸ II Philox. HA 35 -s βωμοσκόπος, φοιβητής (*quasi ab* ara). III Abstr. AR 10 *et* AV 11 -s qui aras colit, Augur qui aves colit *eqs.* (*quasi ab* ara). HA 9 hareolus (*sic*) iucundus (*quasi a* χαίρω). V Aa AR 1203 -us arrepticius, divinus, spiritus Pythonis (div. spiritu P. *Lindsay*). Abba AR 29 (= III Abstr. FA 65) vates qui et fariolus (*quasi a* fari). Corp. A 825 -i qui in ara coniecturam faciunt (*quasi ab* ara). *al.* NOT. Tir. 55, 73. *legitur inde a* NAEV. ENN. PLAVTO. [*contextu non sano*: APVL. Socr. 20 p. 165. *per coniect.*: ANTH. 682, 9 APON. 3 p. 56.] [*it.* ariolo. *M.-L.*]

1 *generatim i. q. vates, homo qui arte quadam divinandi aut inspiratione divina futura praedicit, occulta detegit* (*ad rem v. Thiele RE Suppl. III 886 sqq.*): **a** *ap. paganos*: NAEV. com. 20 tit. ENN. scaen. 319 superstitiosi vates impudentesque -i, aut inertes aut insani aut quibus egestas imperat, qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam *eqs.* PLAVT. Amph. 1132 -os, haruspices mitte omnes; quae futura et quae facta eloquar multo adeo melius quam illi, quom sum Iuppiter (*ad homoearcton q. e.* -i haruspices *cf. etiam* PLAVT. Poen. 791 [*v. l. 60*]. TER. Phorm. 708 *sq.* [*v. l. 63*]. PAVL. sent. 5, 21, 3 [*p. 2535, 43*]. TERT. apol. 43, 1 [*p. 2535, 7*]. HIER. adv. Iovin. 1, 47. 2, 15 [*p. 2535, 10*]. in Ezech. 6, 20 p. 186ᶜ [*p. 2535, 12*]. VVLG. Dan. 2, 27 [*p. 2535, 18*]. COD. Theod. 9, 16, 6 [*p. 2535, 47*]). MEN. 76 modo ... leno, modo adulescens, ... rex, parasitus, -us. Poen. 791 eheu quom ... habui -os, haruspices; qui si quid bene promittunt, perspisso evenit, id quod mali promittunt, praesentarium est. Truc. 602 (*v. p. 2535, 2*). TER. Phorm. 708 gallina cecinit, interdixit -us, harispex (haru- ς) vetuit. CATO agr. 5, 4 haruspicem, augurem, -um, Chaldaeum ne quem consuluisse velit (*ad rem v. Wissowa, Rel. u. Kult.² 547, 7*). RHET. Her. 4, 49, 62 ut in invidiam adducat, hoc modo *imago sumitur*: iste, qui divitias suas iactans, sicut Gallus e Phrygia aut -us quispiam, depressus et oneratus auro clamat et delirat (deierat *vel* degerat *var. l.*, delerat *Marx*). CIC. nat. deor. 1, 55 haruspices, augures, -i, vates, coniectores nobis essent colendi. div. 1, 4 -orum etiam et vatum furibundas praedictiones ... audiendas putaverunt. 2, 9 ad aegros non vates aut -os sed medicos solemus adducere. 2, 10 sunt ... ea mathematicorum non -orum. PHAEDR. 3, 3, 1. 6. CVRT. 7, 7, 8 -os et vates consulere. FRONTO p. 220, 3 N. -i autem laetam ... fortunam portendier somnio interpretati; sed omne contra evenit. GELL. 18, 6, 5 utrum ... Melissus excogitaverit ipse ... an scriptum ab alio quo legerit, -is profecto est opus. APVL. Socr. 17 p. 158 multa sunt ..., de quibus etiam sapientes viri ad -os et oracula curritent. 67 p. 135 cuncta -ūm (*ad formam v. supra l. 22 sq.*) praesagia *eqs.* IVL. VAL. 1, 29 -i pronuntiavere *eqs.* IVST. 1, 4, 3 consulti -es ... responderunt *eqs.* QVEROL. p. 30, 9 isti sunt, qui pro hominibus perorant ante aras atque altaria *eqs.* isti sunt -orum longe fallacissimi, tantum est quod vota hominum interpretantur et vale (male *codd.*) precemque dicunt, sed responsa numquam eliciunt congrua. HIER. chron. a. Abr. 1568 Habaris Hyperboranus -us agno-

[*Brink*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scitur. *nota de gestu furibundi -i* (*cf. etiam supra p. 2434, 68. 70*): PLAVT. Truc. 602 num . . . -us⟨t⟩, qui ipsus se verberat?

b *ap. Iudaeos et Christianos -i superstitioni paganae obnoxii putantur (sed v. locum singularem infra l. 32 sqq.; de Balaam -o v. infra l. 29 sqq.), verbum propius accedit ad notionem magi, incantatoris, sim.*: TERT. apol. 43, 1 quinam . . . de sterilitate Christianorum conqueri possint. primi erunt lenones . . ., item haruspices, -i, mathematici. ARNOB. nat. 1, 24 haruspices has fabulas, coniectores, -i, vates et numquam non vani concinnavere fanatici *eqs.* HIER. epist. 124, 8 (*ex Origene*). adv. Iovin. 2, 15 omnis coniector et -us et haruspex caeditur. in Ezech. 6, 20 p. 186 C gentium enim est adire Chaldaeos, -os, haruspices, divinos, sortilegos *eqs.* in Ier. 1, 42, 1 haud dubium, quin Baal et idolorum -os significat. VVLG. lev. 19, 31 non declinetis ad magos nec ab -is aliquid sciscitemini (*ἐπαοιδοῖς.* אֶל־הַיִּדְּעֹנִים; *cf.* 20, 6. deut. 18, 10 [*μαντευόμενος μαντείαν.* קֹסֵם]. Is. 19, 3 [*ἐγγαστριμύθους. hebr. ut supra l. 15 l. pr.*]. Dan. 2, 10 sciscitatur ab omni -o *eqs.* [*σοφόν.* חַרְטֹם]. 2, 27 sapientes, magi, -i, haruspices nequeunt indicare regi *eqs.* [*ἐπαοιδῶν. hebr. ut l. 17*]). I reg. 28, 3 Saul a b s t u l i t magos et -os (*γνωστάς. hebr. ut supra l. 15 l. pr.; cf.* 28, 9. IV reg. 23, 24 [*γνωριστάς. hebr. ut supra l. 15 l. pr.*]). prov. 23, 7 in similitudinem -i . . . aestimat quod ignorat (*aliter in graec. et hebr.*). Is. 44, 25 (*aliter in graec. et hebr.*). Dan. 1, 20 (*σοφιστάς. hebr. ut supra l. 17*). 2, 2 ut convocarentur -i *eqs.* (*ἐπαοιδούς* [*cf.* HIER. *ad l.* quos nos -os, ceteri *ἐπαοιδούς* interpretati sunt, id est incantatores. ergo videntur incantatores esse qui verbis rem peragunt. in Dan. 4, 6]). 4, 4 (*ἐπαοιδοί.* חַרְטֻמַּיָּא). 4, 6 Balthassar princeps -orum (*de graec. et hebr. cf. l. 26*). PS. RVFIN. in Os. 4, 5 tu cum prophetis tuis, id est -is, conlabaris. AVG. serm. ed. Mai 97, 8 GREG. M. in Ezech. 1, 1, 3. *nota: de Balaam -o, qui pro Iahve vaticinatur*: HIER. epist. 77, 7 Balaam -us. VVLG. num. 22, 5 misit ad Balaam . . . (*graec. deest.* פְּתוֹרָה). Ios. 13, 22 (*μάντιν. hebr. ut supra l. 15 l. post.*). SERM. Caspari p. 195, 25 ISID. sent. 3, 73, 3. *singulariter in bonam partem quasi sacerdos aut propheta* (*v. iuxta posita et* VEREC. *l. 37*): Is. 3, 2 *deus auferet* fortem et virum bellatorem, iudicem et prophetam et -um et senem *eqs.* (*στοχαστήν. hebr. ut supra l. 15 l. post.; cf.* VEREC. in cant. 4, 11 *ad hunc loc.* licet in malo ponantur -i, sunt tamen et in bono. hoc in loco non potest de malis agnosci *eqs.*).

c *in iuris dictione*: VLP. coll. 15, 2, 1 extat senatus consultum Pomponio et Rufo conss. (*i. a. 17*) factum, quo cavetur, ut mathematicis, Chaldaeis, -is et ceteris qui simile inceptum fecerunt aqua et igni interdicatur *eqs.* PAVL. sent. 5, 21, 3 qui de salute principis vel summa rei publicae mathematicos, -os, haruspices, vaticinatores consulit, cum eo qui responderit capite punitur. COD. Theod. 9, 16, 4 (*a. 357*) nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo -um. augurum et vatum prava confessio conticescat *eqs.* (= COD. Iust. 9, 18, 5). 9, 16, 6 (*a. 358*) si quis magus . . . aut haruspex aut -us . . . fuerit deprehensus, praesidio dignitatis cruciatus et tormenta non fugiat (= COD. Iust. 9, 18, 7).

2 *specialia in translationibus*: **a** *per iocum de hominibus callidis*: PLAVT. Cas. 356 plus artificum est mihi quam rebar: -um hunc habeo domi. Most. 571 hic homo est inanis. :: hic homo est certe -us. Rud. 326 factum est quod suspicabar, . . .: -us sum. **b** *i. q. haruspex*: APVL. apol. 41 -is licet iocinera rimari. **c** *notione vaticinandi attenuata*: *α fere i. q. scurra, balatro, circulator, sim.*: HIER. epist. 127, 9 nec mirum si in platea et in foro rerum venalium fictus (pictus *var. l.*) -us (*in Rufinum illudit*) stultorum verberat nates et obtorto fuste dentes mordentium quatiat *eqs.* (adv. Iovin. 2, 36 adv. Rufin. 1, 17). *β fere i. q. pharmacopola, incantator*: GREG. TVR. Iul. 46 a -um quendam invocant. ille vero venire non differens, accessit ad aegrotum et artem suam exercere conatur. incantationes inmurmurat, sortes iactat, ligaturas collo suspendit, promittit vivere quem ipse mancipaverat morti (*cf.* Mart. 1, 26 a sortilegis et -is ligamenta ei et potiones deferebant).

f. **hariola,** -ae. GLOSS. *τερατοσκόπος. χρησμῳδός.* [chortes -ae: *v. supra p. 2525, 46*]. *i. q. coniectrix*: PLAVT. Mil. 693 da quod dem quinquatribus praecantrici, coniectrici (conl- *codd.*), -ae atque haruspicae. Rud. **1139** *sq.* quid si ista aut superstitiosa aut -ast atque omnia, quidquid insit, vera dicet? idne (*Lindsay.* in me *codd.*; anne *Valla, Leo*) habebit -a?

deriv.: hariolor.

(h)ar(i)s *v. vol. II 579, 1. 3.* **harluga** *v.* hariga.

harma, *ἅρμα.* *genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 10 Androni harma. SCRIB. LARG. 28 *collyrium* quod, quia ex quattuor rebus ut quadriga equis constat et celeres effectus habet, arma (*i. ἅρμα, cf. ad scripturam Latinam Jourdan, Notes de crit. verbale sur Scrib. L., Paris 1919, 95 sqq.*) dicitur *eqs.* (*inde* MARCELL. med. 8, 118 [opla *P s. IX*]).

harmala *v.* armala. *adde*: DIOSC. 3, 48 **quam** rutam multi armala vocant (*gr. ἁρμαλά*).

harmamaxa *v.* arm-. ? **(h)armizātus** [**-gātus** *var. l.*] *v. p. 2538, 33.*

harmogē, (-es) *ἁρμογή.* *acc.* -en: *p. 2536, 2.* *i. q. harmonia*: *in musica*: VARRO Men. 351 quam mobilem (nobilem *var. l.*) divum lyram Sol -e (hermoge *vel* aroge *trad.*) quadam gubernans motibus diis veget. *in pictura*: PLIN. nat. 35, 29 commissuras vero colorum et transitus -en (armogen *VRv*) *appellarunt.*

***harmonia,** -ae *f.*, *ἁρμονία.* *scribitur litteris Graecis*: CIC. Tim. 27 quae *ἁρμ-* graece (arm- *codd.*). Tusc. 1, 19 arm- *codd.*, *ἁρμ-* *editt.* (*inde* LACT. inst. 7, 13, 9, *ubi* harm- *scr. Brandt*, arm- *cod. B* [*s. VI/VII*]). VITR. 5, 4, 3 quod Graeci nominant *ἁρμ-*. PLIN. nat. 2, 84 (h)armoniam *vel* -an *codd.*, *ἁρμ-* *Mayhoff.* AVG. civ. 22, 24 p. 614, 24 D. quae *ἁρμ-* graece dicitur. gen. ad litt. 10, 21 p. 325, 24 armonian *P* (*s. VII/VIII*), *ἁρμ-* *ed. Zycha.* *aspiratur in codd. saec. VII antiquioribus his locis*: CIC. rep. 1, 16. 2, 69 (*s. IV/V*). RVFIN. Orig. in gen. 1, 14 p. 19, 5 *A s. VI/VII* (*ex silentio editoris*). PRVD. perist. 10, 976 *B s. VII* (*ex silentio edit.*). arm- *inveni*: LACT. inst. 7, 13, 9 (*v. supra l. 5*). *saepe in codd. recentt.* *de formis: gen. sing.* -ai LVCR. 3, 131. *plur.: nom.* LVCR. 4, 1248, *acc.* RVFIN. Basil. hom. 1, 2 p. 1726 A. GLOSS.L III Abstr. AR 35 -a ex multis vocabulis (*pro* vocibus?) modulatio aptata. I Ansil. AR 475 ordinatio caeli et terrae. *al.* GLOSS. numeros omnimodos: citharam diversis numeris a veteribus constat esse compositam iuxta -am mundi *eqs.* -a [con]fistulae organi per ordinem copulatae (repulatae *trad., corr. Heraeus*). [*falso trad.*: MART. CAP. 9, 930. 936. *per coniect.*: CENS. 10, 2 PS. CENS. frg. 11, 1 p. 64, 14.]

A *i. q. compositio, concordia, concentus* (*de structura* 'ad -am canere', *sim. v. p. 2537, 25. 28.* *de definitione v. l. 37 sq.*):

1 *proprie*: **a** *generatim*: LVCR. 4, 1248 multum -ae Veneris differre videntur (*i. in conceptione feminae*). CHALC. comm. 304 ordo autem sine -a esse non potest, -a demum analogiae comes est. RVFIN. Orig. in gen. 1, 14 quae a deo facta sunt, coniuncta et compaginata dicuntur *eqs.* et homo dei opus est et non sine -a vel competenti coniunctione (*sc. mare et femina coniunctis*). Clement. 9, 15 cuncta in -a propria e t ordinis sui c o m p a g e custodiat *dei timor* (*cf.* Greg. Naz. orat. 2, 10, 1). EPIST. pontif. 1056 Conc.S IV 2 p. 113, 10 (*c. a. 585*) *totum corpus* afficitur, si pars eius . . . laceratur; quidquid ergo est quod aliam pati sentit, in se -a caritatis adtrahit, Paulo adtestante, qui ait (*I Cor. 12, 26*): et si quid patitur unum membrum, compatiuntur cetera membra. BOETH. arithm. 2, 32 p. 126, 16 omnia quae ex contrariis consisterent, -a quadam coniungi atque componi. est enim -a plurimorum adunatio et dissidentium consensio (*cf.* CHALC. comm. 131. *al.*). *nota in geometria*: BOETH. arithm. 2, 49 p. 158, 18 -am autem geometricam cybum dicunt *eqs.*

b *speciatim in musica* (*v. etiam p. 2537, 1 sqq.*): *α i. q. modulatio, concentus* (*v. etiam p. 2537, 30. 41. 44 et s.* harmonicus *p. 2538, 17. de definitione v. l. 49 sqq. 65. nota praecepta l. 62. 64*): APVL. mund. 20 musica, quae de longis et brevibus, acutis et gravioribus sonis constat, tam diversis et dissonis vocibus -am consonam reddit (*cf.* HIER. in Nah. 3, 7 p. 1259 B dissonantes chordas eius in unam -am contrahere et vocalem . . . efficere concentum). Plat. 2, 25 *conubiorum* stabilem fidem credit *Plato*, si cum -a musicae dierum consonent numeri. PS. APVL. Ascl. 9 -ae suavitas. LACT. opif. 16, 13 musici enim intentionem concentumque nervorum in integros modos sine ulla offensione consonantium -am appellant (*cf.* CHALC. transl. 47 D -a vero, id est m o d u l a t i o utpote intentio modificata *eqs.* comm. 7, 3. GLOSS.L III Abstr. AR 35 [*v. supra l. 15*]). CARM. laud. dom. 76 volucres . . . et mille examina vocum mortali -a lucis resonare canoris. CHALC. transl. 47 D vocis . . . ratio . . . ad . . . vitae hominum instructionem *datae eqs.* quantumque per vocem utilitatis capitur ex musica . . . constat hominum generi propter -am tributum. HIL. in psalm. 65, 1 canticum enim vocis officium est, psalmus autem ex coaptatione quam -am vocant organi comparatur *eqs.* SERV. Verg. ecl. 2, 36 inaequalis. RVFIN. Orig. in num. 26, 2 p. 245, 4 si -a chordarum fuerit consonanter aptata. AVG. civ. 17, 14 p. 235, 24 D. *David* -am musicam non vulgari voluptate sed fideli voluntate dilexerit. MART. CAP. 7, 733 tres symphonias continet -a, id est diapason, hemiolion, diatessaron (*v. l. 42*). 7, 736 totius -ae toni sunt sex *eqs.* (*v. l. 42*). CASSIOD. in psalm. 116 p. 826 B -a, id est musicae virtutis pulchra modulatio. 150, 5 p. 1053 A. var. 1, 31, 4 sub quadam -a citharae. *adde sensu spirituali*: CASSIOD. in psalm. 150, 5 p. 1053 C spirituali -a dulcissimus ille concentus, qui non auribus carneis auditur, sed contemplatione purissimae mentis advertitur. *β genus modulationis*: VITR. 5, 4, 3 genera . . . sunt modulationum tria, primum quod Graeci nominant *ἁρμονίαν* (armoniā *H. opp. χρῶμα, διάτονον*) *eqs.* -ae tetrachordum et tonos et dieses habet binas *eqs.* (*sim.* MART. CAP. 9, 956 *sq.* BOETH. mus. 1, 15). 5, 4, 6. 5, 5, 3. *aliter*: BOETH. arithm. 2, 54 p. 169, 11 de maxima perfectaque -a disserere, quae . . . magnam vim obtinet in musici modulaminis temperamentis et in speculatione naturalium quaestionum. *γ i. q. ea pars artis vel doctrinae musicae, quae est de -a* (*nonnumquam fere i. q. musica*): CIC. rep. 1, 16 ut *Socrates* . . . numeros . . . et geometriam et -am studeat Pythagorae more coniungere. FIRM. math. 3, 12, 2 -ae cuiusdam peritos. AMM. 22, 16, 17 nondumque apud eos (*sc. Alexandriae*) exaruit musica, nec -a (harmonica *Eyssenhardt*) conticuit. SERV. ⌊auct.⌋ Verg. ecl. 7, 21 ⌊Libethro . . . primus -am tradidit et aram Musis consecravit⌋. Aen. 12, 394 scientiam indicat -ae, ⌊id est musicae⌋ (*cf.* 397). MACR. somn. 1, 19, 20 Ptolomaeus in libris tribus quos de -a composuit.

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *transfertur de musica*: **a** *ad animum corpusque*: CIC. Tusc. 1, 19 ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus, musicus idemque philosophus, *animum esse* ipsius corporis intentionem quandam, velut in cantu et fidibus, quae -a dicitur: sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu sonos *eqs.* (*inde* LACT. inst. 7, 13, 9 opif. 16, 13. *cf.* CIC. Tusc. 1, 24. 41. LVCR. 3, 100 *animum* habitum … corporis esse, -am Grai quam dicunt. 3, 118 neque -ā corpus sentire. 3, 131 redde -ai nomen ad organicos (*i.* musicos) alto delatum Heliconi; sive aliunde … traxere et in illam transtulerunt, proprio quae tum res nomine egebat *eqs.* [*cf.* LACT. opif. 16, 16 *sq.*]). CENS. 12, 5 p. 22, 20 et in corporis et in animi motu est -a. RVFIN. Orig. princ. 2, 10, 5. AVG. civ. 22, 24 p. 614, 24 D. *numeri mensurarum* quibus coaptatio, quae ἁρμονία Graece dicitur, … totius corporis constat (22, 30 p. 631, 2 D. *cf.* serm. 243, 4, 4 quis enim novit … quibus numeris coaptata *membra*? unde vocatur etiam -a; quod verbum dictum est de musica *eqs.*). CLAVD. MAM. anim. 1, 8 p. 47, 6 corpus ex omnibus elementis … aeternae illius musicae vix cogitabilibus modis atque -ae ratione permixtum (*cf.* 1, 21 p. 75, 19. MAX. TAVR. serm. 86 p. 704ᴮ -am viscerum iam silentem in veterem concentum spiritus vivificans animadvertit). *al.* *adde de duabus naturis, sc. divina et humana, in Christo coniunctis*: PAVL. NOL. carm. 20, 34.

b *ad caelum et mundum* (*in comparatione*: *l.* 40; *sine notione musicae de -a mundi p.* 2536, 30 *sq.*; *notione musicae attenuata infra l.* 36. 47 *sq.*): CIC. nat. 3, 27 ad -am canere mundum, ut Pythagoras existimat. Tim. 27 animus autem *caeli* oculorum effugit optutum; est autem … rationis concentionisque, quae ἁρμονία (arm- *codd.*) graece, particeps. VITR. 6, 1, 6 videtur mundi conceptio tota … ad -am esse composita. PLIN. nat. 2, 84 septem tonis (*i. intervallis siderum sec. Pythagoram*) effici quam diapason -am (-an *FR*) vocant, hoc est universitatem concentus (*cf.* SERV. Verg. Aen. 6, 645 Orpheus … primus … deprehendit -am, id est *novem* [*cf.* MART. CAP. 7, 741] circulorum mundanorum sonum *eqs.*; e quibus summus … sono caret, item ultimus *eqs.*; reliqui septem …, unde uti septem fingitur chordis [*cf.* ecl. 7, 21. GLOSS. *v. p.* 2536, 18]. MACR. somn. 1, 5, 15 [*v. l.* 24] ad … caeli -am, id est concinentiam, hunc numerum [*sc. octonarium*] magis aptum esse. 1, 19, 22. EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 893ᴬ *motum septem orbium* secundum quos ferri septem stellae … concentum quemdam et -ae melos reddere dulce confirmant [*cf. etiam infra l.* 45]). APVL. mund. 29 (*in comparatione*) ut in choris … vulgus virorum et feminarum mixtis gravibus et acutis clamoribus unam -am resonant, sic divina mens mundanas varietates ad instar unius concentionis relevat (*cf.* AMBR. Noe 23, 82). PS. APVL. Ascl. 38 sonis in modum caelestis -ae concinentibus. AMBR. Abr. 2, 8, 54 Origenes … planetarum stellarum quandam inenarrabilem motu -am esse suavissimi illius soni caelestis adserat. MACR. somn. 1, 6, 38 (*v. l.* 24) quod est inter aquam et aerem, -a dicitur, id est apta et consonans convenientia. 2, 17, 16 -ae superum pandit arcanum *Cicero*. MART. CAP. 1, 11. SIDON. carm. 15, 71 -am dicens etiam quod quattuor istis sic sedeant elementa modis, ut pondere magnis sit locus inferior *eqs.* CASSIOD. var. 2, 40, 15. GLOSS.ᴸ I Ansil. AR 475 (*v. p.* 2536, 16). *et al.*

c *ad rem publicam*: CIC. rep. 2, 69 (= AVG. civ. 2, 21 p. 80, 5 D.) quae -a a musicis dicitur in cantu, ea est in civitate concordia.

d *ad vitam*: RVFIN. hist. mon. 16 p. 437ᴬ fistulas … abiciens … artem musicam in spiritualem commutans vitae mentisque -am.

B *singularia*: *i. q. cantus*: PRVD. cath. 3, 90 te … nostra deus canet (canit *var. l.*) -a. PS. Aug. serm. 208, 5ᶠⁱⁿ· -a puerperae (*i. Mariae*) concrepet *eqs.* (6ⁱⁿ· huic -ae moribus respondeamus). *fere i. q. sonus*: RVFIN. Basil. hom. 1, 2 p. 1726ᴬ cithara … ex inferiore parte aes … habens resonat …; psalterium vero -as de superioribus habere fertur aptatas et sonorum causas desuper dare. PRVD. perist. 10, 976 manere salvam vocis -am probe non posse (*i. loquendi facultas*). *cf. Onom.*

harmoniacus, -a, -um. *i. q. harmonicus* (*cf. e. g.* symphoniacus): VEN. FORT. epist. (carm. 3, 4) 9 te mihi Canobo (*i. gubernatore*) … catus arte -a (arm- *codd.*) tutus inter Symplegadas … exissem.

ˣ**harmonicus**, -a, -um, ἁρμονικός. *aspiratur* PS. CENS. frg. 11, 1 p. 64, 12 *cod. D* (*s. VII*), ar- *cod. V* (*s.* X); h *saepe deest* (*nota cod. s. VI l.* 79), *omnibus fere locis* CHALC. MART. CAP. (*exceptis* 1, 27. 2, 117. 9, 936). BOETH. [*per coniect.*: VITR. 5, 4, 1 (*v. p.* 2538, 23). AMM. 22, 16, 17 (*v. p.* 2536, 80).] **1** *i. q. ad harmoniam pertinens*: **a** *generatim*: VARRO ling. 10, 64 *analogias* observant in aedificiis et signis faciendis ceterisque rebus artifices, e quis vocantur aliae -ae (arm- *codd.*), sic item aliae nominibus aliis (*ad* iuncturam 'analogiae -ae' *cf. infra l.* 79). PLIN. nat. 1 ind. 113 -a mundi ratio (nat. 2, 248 -a ratio, quae cogit rerum naturam sibi ipsam congruere *eqs.* *ad iuncturam* '-a ratio' *cf. infra l.* 82). AGENN. grom. p. 65, 5 geometrica analogia aut -a (arm- *codd.* armoniaca *cod. B* [*s. VI*]) aut arithmetica (*cf.* CHALC. comm. 32 disciplinis geometrica, arithmetica, -a [*cf.* BOETH. arithm. 2, 2 p. 80, 7. mus. 1, 15 p. 200, 24 -ae inventionis disciplina]. 48 descriptio … -a. 55 deque divisione … iuxta rationes -am, arithmeticam, geometricam facta [267]. 140 secat … -is et arithmeticis et geometricis medietatibus. BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 6 sensus ac ratio facultatis -ae quasi instrumenta sunt. p. 354, 16 -a vis habet duas iudicii partes. 5, 3 p. 354, 25 regula. 5, 6 p. 357, 7 arti. CASSIOD. art. 5 p. 1210ᴮ tonus est totius constitutionis -ae differentia et quantitas). MART. CAP. 1, 27 superi autem globi … suavis cuiusdam melodiae -is tinnitibus concinebant. 2, 107 omniaque mela -orum distributione conquirit *quaternarius numerus*. 2, 117 hydraularum -a … plenitudo. 9, 906 -is dissultantes motibus. BOETH. arithm. 1, 1 p. 12, 2 -is modulationibus motus ipse celebratur astrorum (*cf.* CASSIOD. anim. praef. p. 1280ᴰ *sidera* -is delectationibus inaestimabili modulatione volvuntur). CASSIOD. anim. 2 p. 1285ᶜ anima autem non est -a neque constat ex pluribus. 9 p. 1295ᴬ -a dispositio *animalis*. **b** *specialia*: *α presse*: MART. CAP. 9, 994 in -is (enarmonices *pars codd.*) eos superius memoravi (*i. in parte libri quae est de -is*). *β c. dat. i. q. concors, analogos*: FVLG. Virg. cont. p. 91, 19 septenum arithmeticum numerum -um (arm- *codd.*; *glossa supra* arm-: coniunctum) esse partui.

2 *pro subst.* (*cf. etiam l.* 5. 12) *in doctrina musicae*: **a -us**, -ī *m.* *i. q. vir -ae rationis peritus*: CHALC. comm. 40. BOETH. mus. 5, 3 p. 355, 8 id enim secundum Ptolomaeum -us videtur intendere, ut id quod sensus indicat, ratio quoque perpendat (*cf.* p. 355, 11). **b -a**, -ae *sive* (*sec. gr.* ἁρμονική): **-ē**, -ēs (*v. l.* 22 *sqq.*: VITR. 5, 3, 8. 5, 4, 1) *f.*, *sc. ars vel ratio*: VITR. 5, 3, 8 theatrorum per -en ad augendam vocem ratiocinationes ab antiquis sunt constitutae. 5, 4, 1 -e (*sic Marini, editores.* harmonia *codd.*) autem est musica litteratura obscura et difficilis. FRG. Cens. 11, 1 p. 64, 12 *musicae* partes: -a, organica, rhythmica *eqs.* (*sim.* ISID. orig. 3, 19, 1. 3, 20, 1). p. 64, 14 -a (harmonia *Hultsch*). MART. CAP. 9, 936 quae … ad melos pertinent, -a dicuntur, quae ad numeros, rhythmica, quae ad verba, metrica (ISID. orig. 3, 18, 1. *al.*). 937. 938 -a habet partes disputationis septem *eqs.* BOETH. mus. 5, 2 p. 352, 1 (*cf.* 5, 3 p. 354, 27. 355, 6). p. 352, 4 -a est facultas differentias … sonorum … perpendens. ISID. orig. 3, 20, 2. *et al.*

?**harm⟨on⟩izātus**, -a, -um. [*si recte conicitur, ad exempl. vocis gr.* ἁρμονίζω. *J. B. H.*] *si codd. lectio* armizatis *probatur, ex gr.* ἁρμόζω *fictum ad exemplum verborum in -ίζω desinentium* (*v. Funck, ALL* 4, 1887, 319 *et G. Stählin, Skandalon,* 1930, *p.* 426). GLOSS. (Steinmeyer-Sievers, Ahd. Gloss. I 417, 3 *ad II reg.* 6, 14) armizatis: preciosis. geziuchaften (*quasi sit* armatis), *sim.* *coniectura probata i. q. in harmoniam redactus*: ITALA II reg. 6, 14 (Sangerm. 7 *et* Corb. 3 et armigatis, Sangerm. 9 armigatis, Legion. [*in marg.*] armizatis; *de codd. v. Sabatier ad l.*; *Vercellone Var. lect. II* 344 *sq.*) et David percutiebat in organis (h)arm⟨on⟩izatis (ἀνεκρούετο ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις ἐνώπιον κυρίου. *aliter* VVLG. *sec. hebr.* saltabat totis viribus ante dominum. *Italae et Vulgatae lectiones coniunctas habet* AMBR. in psalm. 118 serm. 7, 27, 1 vidit eum [*sc. David*] … saltantem et percutientem in organis (h)arm⟨on⟩izatis [armizatis, armigatis *sim. codd.*].)

harpa, -ae *f.*, [*vox germanica, cf. theod.* Harfe; *v. Walde*³ *s.* carpo. *J. B. H.*] *genus lyrae falcis modo incurvum, apud barbaros usitatum*: MART. CAP. 2, 197 -is (arp- *codd.*) bombisque perterrita … diffugit. VEN. FORT. carm. praef. 5 barbaros leudos -a (arp- *codd.*) relidens. carm. 7, 8, 63 Romanusque lyra, plaudat tibi barbarus -a (harpa, harpha, pharpha *sim. codd.*, *sed non* arpa).

harpaga, -ae *f.*, ἁρπάγη. *i. q. harpago*: SISENNA hist. 82 falces iniectas comminuunt, pluteos propius conlocatos (-is *trad.*) -is (arpagiis *trad.*) deiciunt. NON. p. 556 falces et -ae (arp- *codd.*), armorum genera murorum oppugnationi apta (*seq. frg. supra l.* 52).

harpagion, ἁρπάγιον. *genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 90 *illius* harpag(ion *vel* -ium) ad lipp(itudinem). 93.

1. harpago, -ōnis (*m. his locis*: ITALA exod. 38, 23 [Lugd.; *v. p.* 2539, 7]. VEG. mil. 2, 25 [*v. l.* 80]. GILD. Brit. 34 [*v. p.* 2539, 12]). [*ex gr.* ἁρπάγη *vel* *ἁρπαγών. *J. B. H.*]. *scribitur in codd.* harp- et arp-; *nota aspirationem*: PLAVT. Trin. 239 a *cod. A.* LIV. 30, 10, 16 *cod. P* (*s. VI/VII*) (*e silentio edit.*); arp-: VLP. dig. 33, 7, 12, 21 *F* (*s. VI/VII*). ITALA exod. 38, 23 (Lugd. *s. VI/VII*). num. 4, 14. *sing. excepto unico loco* PLAVT. Trin. 239 a (*v. infra p.* 2539, 10) *non invenitur.* *acc. plur. Graeco more in -as desin.*, *v. infra l.* 78. 80. *p.* 2539, 2 (?). GLOSS.ᴸ Corp. A 756 awel *vel* clawo (*anglos.*). II Philox. AR 45 κρεάγρα. *legitur inde a* PLAVTO. [*dub.*: NEPOTIAN. 8, 10 *Hamilcar* in urbem -bus (arp- *cod.*) raptus est (*fort. male intellecto Val. Max.* 1, 7 *ext.* 8 in urbem uinctū pertraxerunt, *v. adn. Kempfii ad l.* NEPOTIANI). *ex coniect.*: CVRT. 4, 3, 24.]

i. q. instrumentum aduncum ad capiendas vel extrahendas vel disiciendas res aptum: **A** *proprie*: **1** *de usu bellico* (*syn.*: 'manus ferrea' CVRT. 4, 2, 12 [*v. infra l.* 78], 'lupus' VEG. mil. 2, 25 [*l.* 81]; *a* 'manu f.' *dist.*: CAES. civ. 1, 57, 2 [*l.* 83]. PLIN. nat. 7, 209 [*p.* 2539, 1]). **a** *in pugnis terrestribus ad munitiones sim. disiciendas*: CAES. Gall. 7, 81, 1 magno cratium scalarum, -um (arp- *codd.*) numero effecto … ad … munitiones accedunt. BELL. Hisp. 16, 2 extulerunt … -es ad casas … diruendas *eqs.* CVRT. 4, 2, 12 ferreae quoque manus — -as vocant — quas operibus hostium inicerent, corvique … et alia tuendis urbibus excogitata. VEG. mil. 2, 25 p. 60, 19 ferreos -as (arpationas, arpationes, arpagones *codd.*), quos lupos vocant. **b** *in pugnis navalibus ad naves hostium capiendas*: CAES. civ. 1, 57, 2 hi manus ferreas atque -es paraverant. LIV. 30, 10, 16 asseres ferreo unco praefixi — -es vocant — ex Punicis navibus inici in Romanas coepti.

[*Brink*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLIN. nat. 7, 209 -es et manus Pericles Atheniensis *addidit*. VEG. mil. 4, 44 p. 162, 15 praeter falces et -es (arp- *codd.* -as A_2) aliaque navalia genera telorum. 2 *ad usum domesticum*: a *ad extrahendas res ex puteis, sim.*: VLP. dig. 33, 7, 12, 21 canales et -es et ⟨h⟩amas instrumento contineri constat. b *ad eximendas ex aheno carnes, i. q. gr.* κρεάγρα: ITALA exod. 38, 23 (Lugd.) fecit omnia vasa arae ... et -es aereos (*gr.* κρεάγρας, *aliter* VVLG.). num. 4, 14. GLOSS. (*v. supra p. 2538, 67*).

B *translate*: 1 *de Amore quasi rapaci et fure* (*cf. c. gr.* ἁρπάζειν): PLAVT. Trin. 239a blandiloquentulus, -o, mendax. 2 *de unguibus avium rapacium*: GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 22 saevosque rapidi -es accipitris ... vitantem *columbam*.

2. harpago, -āvī, -ātum, -āre. *cf. c.* 1 harpago *et gr.* ἁρπάγη, ἁρπάζω. *nota aspirationem*: PLAVT. Pseud. 139. 957 *cod. A*. *i. q. surripere, clepere*: PLAVT. Aul. 201 aurum mihi intus -tum est. Bacch. 656 improbis cum improbus sit, -et furibus. Pseud. 139 rape, clepe, tene, -a *eqs.* 957 nihil ... -vit praeter cyathum *eqs.* VICT. VIT. 3, 63 ut et animas perderet et substantiam -ret (arp- *cod. a*, vel arriperet *suprascr.*, arriperet β).

1. ⟨h⟩arpaston, ἁρπαστόν. *genus collyrii*: INSCR. ocul. (CIL XIII 10021) 153 Nigrini -on ad recent(em) lippitudinem *eqs.* 196(?).

2. harpastum, -ī *n.*, ἁρπαστόν. *genus pilae* (*ad rem v. Schneider, RE VII 2405*): MART. 4, 19, 6 -a manu pulverulenta rapis (*cf.* 7, 32, 10). 7, 67, 4 -o ... subligata ludit *Philaenis*. 14, 48 tit.

harpax (-agis), ἅρπαξ. *scribitur in codd.* harp- *et* arp-, *nota aspirationem* PLAVT. Pseud. 654. 1010 *cod. A*; arp- CIL IX 6089, 1. X 8070, 8. *acc. sing. gr. decl.* -aga PLIN. nat. 37, 37 (*inde* ISID. orig. 16, 8, 7; *v. infra l. 37*). 1 *per iocum de hominibus, i. q. rapax, fur*: PLAVT. Pseud. 654 apage te Harpax ..., ... haud ibis intro, ne quid -x feceris. 1010 tun' es is Harpax? :: ego sum, atque ipse -x quidem. CIL IX 6089, 1 -x (X 8070, 8 [*v. etiam* INSCR. Dessau 8625, 19 *adn.*]; *in tesseris lusoriis*). 2 *de rebus*: a *de sulpure*: PLIN. nat. 35, 176 aufert *sulpur* et lichenas faciei ...; -x (harpacticon *vett. edd.*) ita vocatur a celeritate praebendi (*B*; praevelli *vel* -endi *rell. codd.*), avelli enim subinde debet. b *de sucino*: PLIN. nat. 37, 37 in Syria quoque feminas verticillos inde (*e sucino*) facere et vocare -aga, quia folia paleasque et vestium fimbrias rapiat (*inde* ISID. orig. 16, 8, 7). c *i. q. harpago* (*v. supra l. 3*): ISID. orig. 20, 15, 4 lupus ... ferreus -x (arp- *codd.*), quia si quid in puteum decidit, rapit et extrahit ...; -x (arp- *codd.*) autem dictus quia arripit *eqs.*

harpazomenē CAECIL. com. tit.

harpē, -ēs *f.*, ἅρπη. *scribitur in codd. et* har- *et* ar-. *de declinatione*: *acc. sing.* -en: OV. met. 5, 69 LVCAN. 9, 662. 663. 676 VAL. FL. 4, 390. 7, 364. *al.* *abl. sing.* -e: OV. met. 5, 176 SIDON. carm. 7, 35. 23, 297 (-ĕ). *de notione, si lectioni codd. fides*: ISID. orig. 20, 15, 4 -e (arpe *codd.*) ... Graece rapere. GLOSS. arpis est falcastrum. aripus gladius falcatus. [*per coniect.*: PLIN. nat. 10, 204 ⟨-e⟩ et triorchis accipiter *inimici* (*vix recte Mayhoff*).] 1 *res falcis modo incurva*: a *i. q. falx, culter*: VAL. FL. 7, 364 prima Hecate Stygiis duratam fontibus -en intulit *eqs.* b *i. q. ensis ad falcis exemplum curvus, ensis hamatus vel falcatus* (*syn.* falx, *v. vol. VI 206, 42 sqq.*): OV. met. 5, 69 vertit in hunc -en spectatam caede Medusae *Perseus* ... adigitque in pectus. 5, 176 Cyllenide ... -e. LVCAN. 9, 662 *sq.* Cyllenida sustulit -en *Perseus*, -en alterius monstri iam caede rubentem. 9, 676. VAL. FL. 4, 390 celerem ... exigit -en *Mercurius*. SERV. Verg. Aen. 7, 732 falcatus autem ensis est -e, qua usus est Perseus *eqs.* (*cf.* SERV. auct. Verg. Aen. 9, 503 -en, id est curvum gladium in modum falcis, a Perseo inventam multi dixerunt). ADNOT. Lucan. 9, 662 '-en Cyllenida' id est Mercurii gladium, qui graece sic appellatur. SCHOL. Germ. Bas. p. 82, 14 (*de Perseo*) accepta talaria et -en[a] a Mercurio. p. 82, 15 -en adamantinam ... a Volcano ... eum accepisse (*cf. Catast. 22, item* p. 83, 9 caput *Persei sideris* ... et -e[s] singulis stellis ⟨non⟩ nota⟨n⟩tur). SIDON. carm. 7, 35 convenere etiam caelum virtute tenentes ... Perseius -e. 23, 297 Perseia virgo ... luditur -ĕ coniugali. 2 *genus vulturis* (GLOSS.^{L} Corp. A 759 arpa earngeat [*anglos.; cf. Hessels, Gloss. Leid. p. 64 s.* arpa]): PLIN. nat. 10, 204 *inimici sunt* aquaticae brenthos (ventos *codd.*) et gavia et -e (*de sententia seq. v. Mayhoff app. crit. ad l., cf. supra l. 47*). 10, 207 *sunt amici* -e et milvus contra triorchin. *adde nomen animalis incerti*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 9 arpe.

hars *v. vol. II 579, 3.* **haruga** *v.* hariga.
(**harula**) *v. p. 2525, 45.* **harum** *v.* aros.

harundifer, -a, -um *ab* harundo *et* ferre (*cf. Stolz-Leumann*^{5} *p. 248 § 178 C a β*). *i. q. harundines ferens*: OV. fast. 5, 637 Thybris -um medio caput extulit alveo.

harundināceus, -a, -um *ab* harundo. *i. q. ad harundinem pertinens*: PLIN. nat. 18, 58 frumentis folium -um.

harundinālis, -e *ab* harundo. *i. q. ad harundinem pertinens*: SERV. ecl. 5, 48 in -es calamos verti *Calamum* iussit *Iuppiter*. *adde* PS. DIOSC. Vind. 3, 154 p. 161, 13 πήγανον ἄγριον ... Ῥωμαῖοι ... ἀρουνδινάλεμ (*cf.* [?] *s.* harundo *p. 2540, 83*).

harundinārius, -ī *m. ab* harundo. *i. q. negotiator harundinum* (*v. ad rem Ruggiero, Diz. epigr. s. v.*): CIL VI 2, 9456 A. Aemilius A. L. Nicepor -us.

harundinētum, -ī *n. ab* harundo. *de aspiratione v. s.* harundo *infra l. 54 sqq.* *adde*: harundinetum VLP. dig. 7, 1, 9, 7 *bis*. 33, 7, 12, 11 F^2. ar- F^1. *in titulo*: CIL VI 4, 29847 har-. CHAR. gramm. p. 457, 57 B. -um καλαμών (GLOSS.). *i. q. locus harundinibus consitus* (*notionem metaphor. v. infra l. 15*): 1 *generatim*: LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 37 circa fontes ... -a tollantur, excidantur *eqs.* VELL. 2, 19, 2 *Marius* extractus -o circa paludem Maricae. PLIN. nat. 10, 23 *homines* ex silvis et -is excitant aves *eqs.* 10, 90 minores *alcyones* in -is canunt. 32, 75. SVET. Nero 48, 3 *Nero* per -i semitam ... evasit. VLP. dig. 7, 1, 9, 7 ne ex eo vendat, nisi forte ... ei ... -i usus fructus sit legatus *eqs.* 33, 7, 12, 11. AMM. 18, 7, 5 inter -a Mesopotamiae et frutecta leones vagantur innumeri. VVLG. Ios. 16, 8 pertransit *terminus* contra mare in vallem -i (*cf.* 17, 9). sap. 3, 7 fulgebunt iusti et tamquam scintillae in -o discurrent. AVIAN. fab. 16 tit. *adde: sensu metaphorico fere i. q. pharetra harundinum (i. sagittarum) plena*: MART. CAP. 9, 917 tenerumque -um nostrum in melos reliquit *Cupido*.

2 *speciatim*: a *de natura, locis, cultu*: CATO agr. 6, 3 ibi cacumina populorum serito et -um. 6, 4 convenit -um cum corruda, eo quia foditur *eqs.* salicem Graecam circum -um serito. VARRO rust. 1, 23, 5 idoneus locus eligendus, ubi facias salictum et -um *eqs.* 1, 24, 4. COLVM. 1, 2, 3 campus in ... -a digestus aedificio subiaceat. 4, 32, 2 *sqq.* 11, 2, 19 -a nunc ponere *eqs.* PLIN. nat. 1 ind. 33. 16, 168 *Orchomenia* -*a*. 17, 144 dilutiore ... solo gaudet. 19, 148. 23, 27. b *de usu*: α *ad vinearum iuga et pedamenta*: VARRO rust. 1, 8, 3 secundum *genus iugorum maxime quaerit* -a. 1, 8, 4 tertium genus *pedamenti*, quod horum inopiae subsidio misit -um. COLVM. 4, 30, 2. β *varia* (*cf. etiam supra l. 11*): PLIN. nat. 16, 168. 19, 145 quomodo eas (*asparagos*) iuberet Cato in -is (harundineis *codd.*) seri.

harundineus, -a, -um *ab* harundo. *aspiratur in antiquissimis codd.*: VERG. georg. 4, 265. Aen. 10, 709 (*e sil. edit.*). ar- *sec. ordinem alphab.* CLOAT. (*v. infra l. 48*). 1 *i. q. harundine confectus*: VERG. georg. 4, 265 mellaque -is inferre canalibus. COLVM. 8, 11, 3 -a septa. AVSON. 393, 6 p. 245 P. -is ... pergula tectis. VVLG. apoc. 21, 15 habebat mensuram -am auream (*cf. etiam infra s.* harundo *p. 2544, 34*). CLAVD. carm. min. 49, 22 emicat horror aquis et ... transit -os ... nodos *eqs.* 2 *i. q. harundinibus consitus* (*nota metonymiam l. 43*): VERG. Aen. 10, 709 aper ... silva pastus -a (CARM. de aegr. Perd. 51). STAT. Theb. 6, 274 -ae recubans super aggere ripae. NEMES. cyn. 55 segetes. IVVENC. 2, 529 cur ... voluistis visere ... stramen -um vento vibrante moveri (*cf. infra s.* harundo *p. 2541, 80*). AVSON. 325, 6 p. 110 P. inter -asque comas *eqs.* VEN. FORT. Mart. 3, 7 litus. *adde sensu metonymico*: STAT. Theb. 5, 533 fixus vexit -am centeno vulnere silvam (*i. multitudinem sagittarum*). 3 *i. q. ad -es pertinens* (*nota metonymiam l. 49*): PLIN. nat. 8, 117 *cornua* teneris increscunt ferulis -as in paniculas. 18, 55 *milium* -um culmo. 24, 150 *dracontion* folio maiore ..., radicis -ae. CLOAT. Macr. Sat. 3, 20, 1 *ficus* Africa, albula, -a (har- *codd.*), asinastra. GLOSS. ferula: baculus -us *eqs.* *adde sensu metonymico*: OV. trist. 4, 1, 12 pastor -o carmine mulcet oves.

harundinōsus, -a, -um *ab* harundo. *i. q. harundinibus consitus*: CATVLL. 36, 13 *Venus* quae ... Ancona Gnidumque -am colis.

×**harundo**, -inis *f.* [*orig. inc.; si h additicium est, fortasse cf. c. gr.* ἄρον '*genus radicis vel calami*' (*ut* nebrundines *c. gr.* νεφροί); *v. Fick, GGA 1894, 231.* *J. B. H.*] *de forma*: *aspirandum*: CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 201, 20. *in titulis aspiratur*: CIL XIV 2382 (*s. I vel II p. Chr. n.*). MENOL. Colot.-Vall. Ian. (CIL I^2 p. 280) salix, -o caeditur. Colot. Febr. -es incendunt(ur). Vall. Febr. -o incendit(ur) (*s. I med. p. Chr. n. sec. Huebner, Exempla nr. 979*). *in codd. tam* har- *quam* ar-, *in antiquissimis plerumque ut vid.* har-: PLAVT. Stich. 289. 347 *AP*. VERG. *codd. s. IV/VI* (*saep. e sil. edit.*) ecl. 6, 8. 7, 12. georg. 2, 414. 3, 15 (ar- *F*). 4, 478. Aen. 4, 73. 5, 525. 544. 7, 499. 8, 34 (ar- *R*). 10, 205. 12, 387. *et al.* VEN. FORT. carm. 2, 2, 19 *Leo (index I s. v.) et L. Mueller (de re metr.*^{2} *391) postulant* har-, *quod hac ratione producatur antecedens syllaba.* *de prosodia*: PRISC. gramm. II 123, 7 nec non omnia in '-do' desinentia, ... paenultimam n habentia producunt eam natura vel positione, ut hirundo, harundo, hirudo (GRAMM. suppl. 111, 14). *de genere*: DVB. NOM. gramm. V 580, 11 -o generis feminini, ut illud evangelii: -em quassatam. *de numero*: *sing. plerumque invenitur, saepissime sensu collectivo ut* VERG. ecl. 7, 12 georg. 4, 478 MORET. 61 TIB. 2, 5, 31 OV. am. 1, 7, 55 *al.*; *plur. inde a* PLAVTO Rud. 294 *passim (nonnulla exempla ap. Neue-Wagener* I^3 *p. 614)*. *de notione et etymologia*: ISID. orig. 17, 7, 58 -o dicta, quod cito arescat *eqs.* AGROEC. gramm. VII 122, 18 -o canna est ab ariditate dicta, herundo avis quae tignis adhaeret (ISID. diff. app. 129, *ubi etymologia deest et pro* her- *legitur* hir-). *de synon.*: COMMENT. Lucan. 5, 517 cum omnes -em dicant, hic cannam dixit secutus Varronem (*i. Atacinum? v. frg.* 20^a *M.*) sicut et Ovidium (*cf.* GLOSS. *p. 2543, 82; falso ut vid.* [*v. Goetz GGA 1908, 823*]: ISID. orig. 17, 7, 57 veteres cannam ...; -em ... Varro). *redditur vocab. gr.* κάλαμος *in* ITALA *et* VVLG. (*cf. etiam* CHAR. gramm. p. 454, 12 B. -o κάλαμος; *v. et infra l. 82*). GLOSS. -o δόναξ, κάλαμος. GLOSS.^{L} I Ansil. HA 102 canna, quod est calamus. *al.* PS. DIOSC. Vind. 4, 100 p. 256, 13 ποταμογείτων ... ταρουνδουμινους (ἀρουνδινάλις μίνορ *ci. Wellmann*). NOT. Tir. 105, 74.

[*Brink*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur inde a PLAVTO, frequenter ap. poetas (deest TER. CATVLL. LVCR.) et scriptores artium (CATO [quater]. VARRO. VITR. CELS. COLVM. PLIN. al.), raro ap. ceteros scriptores (singulis locis CAES. BELL. Afr. VAL. MAX. PLIN. epist. binis SEN. epist. MELA. SVET. trinis LIV. APVL. 7ies DIG. 8ies PETRON.; saepius ITALA. VVLG. ECCL.; AMM.), deest CIC. QVINT. TAC. [falso trad.: PLIN. nat. 31, 44in.. confunditur nonnumquam cum hirudo (APVL. apol. 8) et hirundo, e. g. PLAVT. Bacch. 51 (hir- FZ, har- vel ar- cett.). SER. SAMM. 1083 (har- A: s. IX, hir- B: archetyp. codd. s. IX/X, er- e: s. IX). MISC. TIR. 65, 28 (ALL 10, 1898, 266). cf. PROB. app. 165 hirundo non -o (sic Heraeus, ALL 11, 1900, 324, qui formas Romanicas [v. ALL 1, 1884, 243] confert; contra W. A. Baehrens [App. Probi, 1922, p. 7. 53], hirundo non herundo [v. etiam p. 2540, 74] legit)].

I ***herbae genus***, i. q. arundo donax L. aliaeque species (nota exempla usus metaphor. p. 2542, 18 sqq.):

A *de natura, speciebus, locis, cultu*: 1 *de natura* (v. imprimis PLIN. nat. 16, 163 [cf. l. 23]): PLIN. nat. 9, 56 -es quamvis in palude prognatae, non tamen sine imbre adolescunt. 12, 124. 13, 122 quaedam *ferulae* vero inanitatem *ligni loco habent*, ut -es. 15, 70. 16, 90 longa *folia* (cf. etiam l. 24) -i. 16, 125 quae dividuis in ramo natura est, haec ... -i in geniculo. 16, 126 membranaceus *cortex* -i. 16, 156 *-es* inter ea quae frigidis gaudent et aquaticos frutices dixisse conveniat. 16, 163 -o omnis ex una stirpe numerosa, atque etiam recisa fecundius resurgit. radix natura vivax, geniculata et ipsa. folia Indicis tantum brevia, omnibus vero *eqs.* latera *eqs.* 16, 184. 18, 122. 24, 86. 27, 115. *adde de -is surculis corpori infixis*: CELS. 5, 26, 35 pessima ex surculis -o est, quia aspera est. PLIN. nat. 20, 55. 30, 122.

2 *de speciebus* (v. imprimis PLIN. nat. 16, 156 sqq. 164 sqq. [cf. infra l. 36].): VARRO AT. carm. frg. 20 Indica non magna minor arbore crescit -o. illius e lentis premitur radicibus umor, dulcia cui nequeant suco contendere mella (cf. locos l. 35 sq. p. 2542, 48. 75 sqq. de -e Indica collatos). MELA 2, 82 *in Gallia apud Salsulae fontem* campus minuta -e gracilique perviridis. PLIN. nat. 16, 158 nostratibus fungosior subest natura, cartilagine bibula ..., fissilis, praeacuta semper acie. 16, 162 -i quidem Indicae arborea amplitudo, quales vulgo in templis videmus. differre mares ac feminas ... Indi tradunt *eqs.* 16, 164 sqq. plura autem genera: alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis, alia rarior maioribus, tenuiorque et ipsa *eqs.* differentias faciunt et folia *eqs.* 16, 167 est et obliqua -o, non in excelsitatem nascens, sed iuxta terram fruticis modo se spargens *eqs.* 24, 86.

3 *de locis* (cf. etiam l. 18. 22. 58): VARRO rust. 1, 7, 7 sunt quae non possunt vivere nisi in loco aquoso aut etiam aquo, alia in lacubus, ut -es in Reatino, alia *eqs.* VITR. 8, 1, 3 -o, hedera aliaque quae eiusmodi sunt, quae non possunt nasci per se sine umore. COLVM. 4, 32, 1 nec recuset ullum locum, prosperius resoluto quam denso *eqs.*; fluminum ripis et limitibus ac vepretis (ve(p)ribus *codd.*) commodius quam mediis agris deponitur. PLIN. nat. 31, 44 -o aut hedera sponte proveniunt et conrivatione aquae pluviae in locum humiliorem e superioribus defluentis, augurio fallaci *aquae* (sed cf. PALLAD. 9, 8, 4 signa vestigandae aquae ... iuncus tenuis, ... -o, edera ceteraque si qua umore gignuntur). 17, 144. 32, 140. SERV. Verg. Aen. 8, 33 -bus, quae fluminum germina esse non dubium est *eqs.* *adde de bestiis inter -es versantibus*: PLIN. nat. 9, 164 saepia in terreno parit inter -es. 10, 9 *de avibus fugientibus*. 32, 122 rana, quam Graeci calamiten vocant, quoniam inter -es fruticesque vivat. AMM. 22, 15, 22 inter -es celsas, ut squalentes nimia densitate, haec belua (*i. hippopotamus*) ... circumspectat *eqs.* VVLG. psalm. 67, 31 increpa feras -is *eqs.* CLAVD. 24, 305.

***hasta,** -ae *f.* [*cf. c. umbr.* hostatu '*hastatos*', anhostatu '*non hastatos*' *et c. hibern.* gass '*verbena, virga*', gat '*virga viminea*', trisgataim '*perforo*', *goth.* gazds 'κέντρον', *theod.* gart '*stimulus*'. *J. B. H.*] *de etymologia et notione*: VARRO ling. 5, 115 asta quod astans solet ferri. SERV. Aen. 1, 292 -a ... telum longum est. ISID. orig. 18, 7, 1 -a est contus cum ferro; ... nomen autem -a ab astu sumpsit. *de scriptura*: *in libris saepe* asta, *item* CIL XI 7264, 10 (*s. III in.*). *de aspiratione v.* TER. MAVR. 218. 785 CASSIOD *ex Eutyche* gramm. VII 202, 11. *abl.* -ii⟨s?⟩: CIL VIII 25422, 3 (*s. I p. C. in.?*). *de genere*: *per peccatum pro masc.*: INSCR. Dessau 9199, 12 (*Heliopoli, s. I p. C.*) ha⟨stis puris⟩ duobus. CIL X 135, 7 (*Potentiae, aet. Domitiani*) -is puris duodus (*sic*). *abbreviatura*: hast *pro* -a: CIL XI 5028, 8 (*s. I p. C.*) *al. pro* -is: CIL XI 1834, 7 (*s. I p. C.*) *al.* NOT. Tir. 77, 37. GLOSS. ἀκόντιον. δόρυ. ἔγχος. pilum. telum. SYNON. Cic. Char. gramm. p. 425, 14. 440, 32. 449, 30 B. *gr.* ὑσσός (*v. Buecheler, Kl. Schr. III 34. Hahn, Rom u. Romanismus 1906, 13. 48 etc.*). *vox inde a* LIV. ANDR. (*infra l. 48. p. 2555, 8*) *per totam latinitatem usitata; frequentant poetae epici. deest e. g. ap.* TER., RHET. Her., CATVLL., LVCR., CAES., HIRT., BELL. Afr., Alex., Hisp., TIB., VITR., VELL., PHAEDR., MELAM, PERS., CALP. ecl., PLIN. min. [*dub. vel falso trad.*: PLAVT. Most. 357 Truc. 892 SEN. Herc. O. 1004. STAT. Ach. 1, 723 (-a *P*, ardet *cett.*). 2, 106 (arma *P*; *item conf. c.* arma: VERG. Aen. 9, 586. 10, 178). CLAVD. 1, 122. carm. min. 26, 38 *in fundo aquae* veteres -ae, regia dona, micant (tali *Heinsius coll. Suet. Tib. 14, 3*). *leg. e coni.*: PROP. *v. p. 2551, 14.* AMM. 25, 3, 10 (hostes *cod.*). *dub.*: LIV. 21, 62, 4 (hostiam *codd.*). ANTH. 462, 19 (aste *cod.*).**]** [*it.* asta, *francog. vet.* aste, *hisp.* asta. *M.-L.*]

I *proprie*: **A** *sensu strictiore*: *i. q. telum ad ictum missumque idoneum, adhibitum* eminus (CIC. Cato 19 LIV. 38, 21, 13 SIL. 1, 162. 15, 373 *al.*) *et* comminus (ENN. scaen. 178 CVRT. 7, 8, 18 HOMER. 455. 951 *al.*), *armatura militum nec non venatorum, gladiatorum* (CIC. de orat. 2, 316. 325 OV. Ib. 48. 50 PAVL. FEST. p. 62 *al.*), *in arte gymnastica sese exercentium* (PLAVT. Bacch. 71. 428 Most. 152 CIC. Cato 19 *al.*). *de re v. Klingmüller et Fiebiger, RE VII 2501 sqq. Cuq, Daremberg-Saglio III 37 sqq.*

1 *generatim*: **a** *de materia, forma, partibus, apparatu sim.*: LIV. ANDR. carm. frg. 35 M. celer -a volans perrumpit pectora ferro (VERG. Aen. 11, 747 summa ... ab -a defringit ferrum. OV. met. 12, 105 num ... exciderit ferrum, considerat, -ae. LIV. 26, 4, 4 SEN. Ag. 410. CVRT. 3, 2, 7 aere aut ferro praefixae -ae. *al. cf. infra l. 64*). ENN. ann. 154 -is ansatis. CALP. hist. 30 *elephantos* ab operariis -as praepilatas habentibus per circum ... actos. CIC. de orat. 1, 242 amentatas -as (Brut. 271 MART. CAP. 5, 441. *cf.* SIL. 4, 14 -a iuvatur ammento. 4, 289 nodo ... adiuvat -am). VERG. Aen. 9, 744 rudem nodis et cortice crudo ... -am (CLAVD. 20, 166 adamante gravem nodisque rigentibus -am). OV. epist. 3, 119 acutae cuspidis -am (met. 5, 9 aeratae. 6, 78. 7, 131 praeacutae. SIL. 6, 215 immensae. HOMER. 802 robustae. *cf.* LIV. 8, 8, 10 -as suberecta cuspide in terra fixas. IVST. 15, 3, 13 -ae cuspide. *al.*). met. 5, 9 fraxineam ... -am (12, 369. *cf.* 10, 93 fraxinus utilis -is. PLIN. nat. 16, 62. 228. STAT. Theb. 7, 716 fraxineum ... -ae robur). 8, 375 -arum ... spicula (LIV. 32, 17, 14. 33, 26, 8 PAVL. FEST. p. 337. *cf.* CVRT. 3, 3, 20 -as argento exornatas, spiculo aur⟨e⟩o praefixas). LIV. 1, 32, 12 -am ferratam aut praeustam. R. GEST. div. Aug. 3, 5 -is argenteis (FLOR. epit. 2, 17, 14 CIL VIII 6981, 9. XI 7264, 10 [*s. III in.*]. *cf. supra l. 63*). CVRT. 3, 2, 16 -is igne duratis (*cf.* SERV. Aen. 9, 740. 11, 553). PLIN. nat. 11, 227 hippopotami corio crassitudo talis, ut inde tornentur -ae. VAL. FL. 3, 707 ut semel est evulsa iugis -a (*sic fere i. q. hastile*: SIL. 4, 176 rasilis -a ripis lecta Padi. STAT. Theb. 3, 590 caedere ... validas sanctis e stirpibus -as. *cf.* 7, 312 *et p. 2552, 67*). SIL. 1, 466 iacit igneus -ae dirum lumen apex. STAT. Theb. 2, 540 -a viduo iugulum ferit inrita ligno (VVLG. I par. 20, 5 -ae lignum: עֵץ). AMPEL. 8, 10 *signum Minervae* habet -am de gramine (*cf. p. 2552, 44*). CARM. adv. Marc. 2, 11 -ae mucrone (SERV. Aen. 10, 484). CAPITOL. Maximin. 29, 8 *usus est* -a inaurata (*cf. supra l. 64. p. 2552, 36.* VVLG. II par. 9, 15 -as [צִנָּה] aureas. *adde* QVINT. inst. 7, 9, 8. 11). TREB. Gall. 18, 3 ita ut -am teneret *statua*, per cuius scapum (caput *codd.*) infans ad summum posset ascendere. VVLG. I reg. 17, 7 hastile ... -ae (*v. p. 2557, 6*). MART. CAP. 6, 569 (*vers.*) -a ... penetrabile monstrat acumen. *de -is puris v. p. 2551, 30 sqq.* *plura v. sub b α et iuncturis.*

b *de usu et ministerio -ae notabilia varia*: PAVL. FEST. p. 63 -a summa armorum et imperii est. 101 signum praecipuum (proelii *add. Urs.*, belli *Mueller*, *cf.* GELL. 10, 27, 3) est -a. GAIVS inst.

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4, 16 festuca ... utebantur quasi -ae loco, signo quodam iusti dominii, quod maxime sua esse credebant quae ex hostibus cepissent.

α -a insigne: (I) *militum: armatura certarum copiarum et gentium propria* (*de inventoribus v. l. 9. 23*): ENN. ann. 506 leves ... secuntur in -is (*cf.* LIV. 8, 8, 5 leves ..., qui -am tantum gaesaque gererent, vocabantur). LVCIL. 1349 ut veles bonus, sub vitem qui subicit (?; subsit *vel* submisit *trad.*) -as (*cf. p. 2552, 28*. LIV. 26, 4, 4 -is velitaribus [38, 20, 1 PAVL. FEST. p. 28. PLIN. nat. 7, 201 -as velitares Tyrrenum *invenisse dicunt*. 28, 34]. 30, 33, 15. 31, 35, 5. 38, 21, 13. VAL. MAX. 2, 3, 3 brevibus et incurvis septenis armatos -is [PS. FRONTIN. strat. 4, 7, 29 -is quaternorum circiter pedum. *cf.* LIV. 26, 4, 4]). HOR. carm. 3, 2, 4 *puer* Parthos feroces vexet eques metuendus -a (LIV. 1, 27, 8. 2, 6, 9 *al.* TAC. ann. 14, 37. AMM. 25, 3, 6 equestris -a *Persae*). PROP. 3, 9, 25 Medorum pugnaces ... -as (hostes *codd.*). OV. Ib. 135 pugnabunt arcu dum Thraces, Iazyges -a. LIV. 1, 43, 2 *imperata sunt a Servio primae classi* tela in hostem -aque et gladius. 1, 43, 6 *quartae classi* nihil praeter -am et verutum datum. 8, 8, 10 triarii ... -as ... in terra fixas ... tenentes (8, 10, 3. 6). 31, 39, 10 *phalanx Macedonum* praelongis -is (*i. e. sarisis*) velut vallum ante clipeos obiecit (37, 42, 4. *cf.* 32, 17, 13 -as ingentis longitudinis. 33, 8, 12. 36, 18, 7. 44, 41, 7 inmobilem longitudine et gravitate -am. *al.* CVRT. 8, 14, 16 -ae ... praelongae et validae. *al.* SIL. 17, 419). PLIN. nat. 7, 200 *invenerunt* -am Lacedaemonii. TAC. Germ. 6 -as vel ipsorum vocabulo frameas gerunt (*ad easdem frameas spectare videntur* [*v. Müllenhoff, Deutsche Altertumskunde IV² 165*]: hist. 5, 18 praelongis -is [ann. 2, 21]. ann. 1, 64 -ae ingentes ad vulnera facienda quamvis procul. 2, 14 enormes -as. AMM. 17, 12, 2 *Sarmatis Quadisque* -ae sunt longiores. *v. et p. 2552, 24.* AMM. 16, 12, 22). ann. 12, 35 *Britanni* spathis et -is auxiliarium sternebantur. -ae *donaticae: erant purae i. e. ex una eademque materia fabricatae; temporibus antiquioribus cuspide carentes* (*v.* VARRO frg. Serv. Aen. 6, 760 pura ... -a: id est sine ferro: nam hoc fuit praemium apud maiores eius, qui tunc primum vicisset in proelio) *formam similem scipionis habebant* (*v. Steiner, Bonner Jahrb. 114/115, 1906, 6 sqq. Helbig, Zur Geschichte der -a donatica, Abh. Gött. 1908. Fiebiger, RE VII 2508 sq.*): LVCIL. 290 (*v. Marx ad l.*). CATO or. frg. 5, 2 -as donaticas. SALL. Iug. 85, 29. PROP. 4, 3, 68 tua sic ... pura triumphantes -a sequatur equos. PAVL. FEST. p. 63 viri fortes ea -a donantur (p. 101. PLIN. nat. 7, 102 -is puris. TAC. ann. 3, 21. SVET. Claud. 28 -a pura. GELL. 2, 11, 2. VOPISC. Prob. 5, 1 -is puris. CIL *passim, v. indices ap. Steiner l. c. 47 sqq. Dessau III 1, 484 sq.*). VAL. MAX. 3, 2, 24. SIL. 15, 261 tunc -a viris, tunc *vexilla* ... dantur (CIL III 1193, 8 [*a. 191*] -am puram ... dederunt). STAT. silv. 4, 8, 12 gaudeat ... Libyca praesignis avunculus -a (*v. Vollmer ad l.*). VOPISC. Aurelian. 13, 3 -as puras. CIL III 6809, 13 (*s. I p. C.*) honorato ... -a pura. *-a militi in contumeliam adimitur* (*v. Marquardt, Röm. Staatsverwaltung II² 328; aliter Mommsen, Staatsr. II³ 397 adn.*): PAVL. FEST. p. 54 censio hastaria dicebatur, cum militi multae nomine ob delictum militare indicebatur, quod -as daret. AMM. 25, 1, 8 ademptis signis -isque diffractis.

(II) *principis iuventutis* (*v. Stein, D. röm. Ritterstand 1927, 58 sq. 83*): R. GEST. div. Aug. 3, 5 *equites Romani* principem iuventutis utrumque eorum (*sc. C. et L. Caesares*) parmis et -is argenteis donatum appellaverunt. (III) *regum* (*v. Helbig l. c. 30 sq.*): IVST. 43, 3, 3 per ea tempora (*sc. quibus Roma condita est*) adhuc reges -as pro diademate habebant. *cf.* VERG. Aen. 6, 760 (*v. Helbig l. c. 32 sq.*) ille ... pura iuvenis qui nititur -a *Silvius*. VVLG. I reg. 22, 6 Saul ... -am manu tenens (26, 7 *al.* II reg. 1, 6). GREG. TVR. Franc. 7, 33. *v. et p. 2552, 36.* (IV) *deorum*: CIC. nat. deor. 1, 101 *homines deo dant* arcum, sagittas, -am *eqs.* IVST. 43, 3, 3 deorum simulacris -ae adduntur. *Bellonae*: STAT. Theb. 4, 7. *Iovis*: CIL VIII 6981, 9 (*simulacrum*). *Iunonis*: CIC. nat. 1, 82 (*de I. Sospita*). PAVL. FEST. p. 49 *et* 63 (*de I. Curiti*). *Martis* (*cf. sub γ*): OV. fast. 3, 1. 172 met. 14, 819 PAVL. FEST. p. 97 PETRON. 124, 268 VAL. FL. 4, 281. 609 SIL. 4, 435 STAT. Theb. 3, 292 *al.* Ach. 1, 485 IVV. 11, 106. SERV. Aen. 8, 3 (*simulacrum*). CLAVD. 4, 19 *al.* SIDON. carm. 10, 15. *Mercurii*: MART. 5, 24, 11. *Minervae*: VERG. Aen. 2, 175 *de Palladio*. PRIAP. 9, 6. 20, 2 -a, Minerva, tua est. OV. am. 3, 3, 28 met. 2, 786. 6, 78 SEN. Ag. 529. STAT. Ach. 1, 289 (*simulacrum*). MART. 14, 179, 1 (*simul.*). IVV. 13, 82. AMPEL. 8, 10 (*simul.*). APVL. met. 10, 30 CLAVD. rapt. Pros. 2, 24. 144 carm. min. 53, 93 MART. CAP. 6, 569 (*vers.*). *Quirini vel Romuli: v. s.* Quirinus. *Solis*: VAL. FL. 6, 518. *Vulcani*: OV. rem. 27.

β in actionibus ritibusque sollemnibus (*de auctionibus et iudiciis v. sub II*): VARRO frg. Serv. auct. Aen. 9, 52 *de ritu fetialium* (*plura v. ap. Wissowa, Rel.² 553 sq.*). LIV. 3, 28, 11 *de captivis sub iugum missis* (*plura v. s.* iugum). PLIN. nat. 12, 89 sarmenta *cinnamomi caesi* -ā dividit sacerdos. 28, 34 *de actione magica in difficili partu* (*v. Samter, Geburt, Hochzeit u. Tod 1911, 54 sqq.*). SIL. 16, 578 *de ludis sepulcralibus* (*cf.* 584 STAT. Theb. 6, 928 *al.*). STAT. Theb. 6, 223 dextri gyro et vibrantibus -is hac redeunt (*sc. apud rogum serpenti exstructum*). SVET. Dom. 14, 3 ut ... trabeati et cum -is militaribus praecederent eum *equites*. FLOR. epit. 2, 17, 14 *Olyndicus Celtiberorum dux* -am argenteam quatiens quasi caelo missam vaticinanti similis omnium in se mentes converterat. GELL. 10, 27, 3 *Romani miserunt ad Carthaginienses* -am et caduceum, signa duo belli aut pacis, ex quis, utrum vellent, eligerent (*cf.* VARRO frg. *ibid.* 5 PAVL. FEST. p. 101). ITIN. Alex. 8 *apud Ilium* -a humi fixa omen sibi facit Asiae bello quaerendae. VIR. ill. 27, 3 *de ritu devotionis* (*v. Deubner ARW 8, 1905 Beiheft p. 71 sq. 76 sq.*). AMM. 14, 4, 4 *apud Saracenos* futura coniux -am et tabernaculum offert marito. SERV. Aen. 8, 3 is qui belli susceperat curam, sacrarium Martis ingressus primo ancilia commovebat, post -am simulacri ipsius dicens 'Mars vigila' (*v. Deubner l. c. 75*).

γ -a colitur; prodigia ex -is: VARRO frg. Arnob. nat. 6, 11 pro Marte Romanos -am *coluisse* (IVST. 43, 3, 3 pro diis). S. C. Gell. 4, 6, 2 pontifex nuntiavit in sacrario ⟨in⟩ regia -as Martias movisse (*plura v. ap. Deubner l. c. 75, 1*). LIV. 24, 10, 10 *narrabatur* -am Martis Praeneste sua sponte promotam. 33, 26, 8 ad Monetae duarum -arum spicula arserant (*cf.* 43, 13, 6). SIL. 6, 138 cui -*ae* me libare Lyaei ... cernis latices. CIL VI 2232, 4 -a in aede Bellona in luco dicata est.

δ -a tormentis iacitur: CVRT. 8, 10, 32 excussas tormentis praegraves -as. SIL. 6, 215 suetam ... movere excelsas turres immensae cuspidis -am. TAC. hist. 4, 23 *oppugnatoribus* adactae tormentis ardentes -ae. ann. 2, 20. 2, 81 *iussit* tormentis -as, saxa et faces ingerere *in hostes*. 4, 49. 13, 39. 15, 9.

c *locutiones notabiles*: *α proverbium*: CIC. Mur. 45 *candidatus* iacet, diffidit, abiecit -as (HEGES. 1, 30, 14. *cf.* OV. Pont. 3, 4, 97 damnatas Germania proicit -as). *β comparationes*: CIC. de orat. 2, 316 *Philippus dicens se solere pugnare non attendit gladiatores*, unde hoc simile ducat, primas illas -as ita iactare leniter *eqs.* (*sic comparantur argumenta, sententiae sim. cum -is*: *ibid.* 2, 325. Brut. 271 ut -ae velitibus amentatae ... argumenta traduntur. part. 14 OV. Ib. 48 [*cf.* 50]. *cf. p. 2553, 66 sqq.*). fin. 3, 22 *comparatur affectatio boni cum -a colliniandа*. OV. met. 7, 777 non ocior illo *cane* -a ... exit (*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 2, 199 *de equis*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 3 p. 912^C aristas ... velut -as. MIRAC. Theclae 7 p. 172, 32 gladius ... extensus plus quam supra longitudinem unius -ae. *cf. infra l. 72.*

2 *speciatim de -am ferentibus*: STAT. silv. 5, 1, 134 *armigerum* magnae sparsum sudoribus -ae (*i. Caesaris, v. Vollmer ad l.*). TREB. Gall. 8, 6 *in pompa* -ae auratae (*sc. quaedam regia symbola, v. Domaszewski, RhM. 57, 1902, 513*) ... ibant. CLAVD. 5, 162 *Honorius* fraternas ex aequo dividat -as (*i. exercitus*).

B *sensu latiore*: 1 *de scapis sim. variis* (*cf. p. 2551, 30 sqq. 54 sqq.*): a *generatim i. q. quaelibet pertica*: PAVL. dig. 8, 3, 7 pr. quidam *dicunt* nec -am rectam ei ferre licere. *ibid.* *ius* rectam -am referendi.

b *speciatim*: *α de caulibus plantarum*: CIC. Verr. II 4, 125 gramineas -as *i. harundines* (*cf. Plin. nat. 16, 162; aliter p. 2550, 73*). DIOSC. 1, 4. 9 (καυλός). 12 *al.* *i. q. ferula vel thyrsus*: VERS. metr. (Bass. gramm. VI 256, 4 = Mar. Victorin. *ibid.* 92, 27) 2, 7 M. coronis -a viridis. VERG. ecl. 5, 31 *Daphnis instituit* foliis lentas intexere mollibus -as (*cf.* OV. met. 3, 667 pampineis ... velatam frondibus. 11, 7 VAL. FL. 6, 136 NEMES. ecl. 3, 64). Aen. 7, 396 pampineas ... -as (OV. epist. 13, 33 VAL. FL. 2, 269). OV. met. 6, 593 lĕvis ... -a. STAT. Theb. 9, 796. Ach. 1, 261 molles ... tulit Tirynthius -as (*cf. Theb. 10, 649; perperam Brinkgreve ad l.*). *β i. q. acus comatoria, qua crinis nubentium comebatur* (*v. Blümner, Röm. Privataltertümer 1911, 352*): OV. fast. 2, 560 nec tibi ... comat virgineas -a recurva comas. PAVL. FEST. p. 62 caelibari -a (ARNOB. nat. 2, 67). *γ i. q. tridens*: VAL. FL. 1, 641 *apparet* trifida Neptunus in -a (MART. CAP. 5, 425 [*vers.*]). *δ i. q. pertica cuspidata, in qua signa militaria affiguntur* (*v. Domaszewski, D. Fahnen im röm. Heere 1885, 35 sqq.*): AMM. 16, 10, 7 dracones -arum aureis gemmatisque summitatibus inligati. 16, 12, 39. VEG. mil. 1, 20 draconarii atque signiferi, qui sinistra manu -as gubernant. PRVD. c. Symm. 1, 466 effigies crucis ... longis solido ex auro praefertur in -is. 2, 713 -*a* Christi apicem sublimior effert. CLAVD. 15, 177 purpureis undantes anguibus -as. *ε i. q. scapus staterae*: SCHOL. Pers. 1, 6 examen est lingua vel linum, quod mediam -am ad aequanda pondera tenet. *ζ i. q. hastile* (*cf. p. 2550, 69*): CLAVD. DON. Aen. 12, 8 quod ... venabuli -am frangeret *leo*. *η i. q. scapus lampadis vel lampas*: SIDON. carm. 2, 433 lampadis -a. ALC. AVIT. carm. 6, 466 flammigeras ... -as. APRING. in apoc. 1, 12.

2 *de cuspidibus*: a ? *i. q. ferrum -ae*: CELS. 7, 7, 8^B tenuis acus ferrea ad similitudinem -ae (spathae *Lindenus*) lata.
b *in temone currus falcati* (*cf. Liv. 37, 41, 6* cuspides): CVRT. 4, 9, 5 ex summo temone -ae praefixae ferro eminebant. 4, 15, 4.
c *in ebore elephantorum*: SIL. 9, 582 ebori *elephantorum* praefixa ... -a.

3 *i. q. mentula*: PRIAP. 43, 1 velle quid hanc dicas ... -am ...? 43, 4. APVL. met. 10, 21 *in additamento cod. Laur. 54, 24 aliorumque*. AVSON. 359, 17 *versu Vergiliano* (Aen. 9, 744) *deformato*. *huc pertinere vid.*: ZENO 1, 6, 3 *Sodomitae* infami -a persequentes hospitum terga depopulabantur.

II *translate* (*in imag.: p. 2553, 4. 67 al.*): **A** *-a in venditionibus, auctionibus, sectionibus, locationibus posita significat ipsam auctionem sim.* (*magis proprie: p. 2553, 2. 4 al.*): CIC.

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

leg. agr. 1, 6 videntur prope -a praeconis insectari Cn. Pompei exercitum. 2, 53 Rullum ... inter nostra atque hostium castra -a posita ... auctionantem (off. 2, 27. 2, 83 in foro. Phil. 2, 64 pro aede Iovis Statoris. *adde infra l. 15*). off. 2, 29 dum homines perditi -am illam cruentam et meminerint et sperabunt, quam P. Sulla *vibravit. ibid.* a sceleratiore -a non recessit. Phil. 2, 64 cum tot *improbi* essent circum -am illam. 2, 103 si ab -a *in illas possessiones advolavisti*, valeat -a *eqs.* (Att. 12, 3, 2 emptionem ab -a [*cf.* ASCON. Scaur. p. 22, 9 St.]). *ibid.* quis -am istius venditionis vidit ...? 2, 104 -ae Caesaris (8, 9 -a Caesaris ... multis inprobis et spem adfert et audaciam. epist. 9, 10, 3 vereor, ne -a Caesaris refrixerit. *cf.* 15, 17, 2). 4, 9 quos ... non illa infinita -a satiavit. 8, 9 semper -am videre cupiunt. NEP. Att. 6, 3 ad -am publicam numquam accessit (GLOSS. III 450, 19 -a publica δήμευσις. 482, 3). OV. Pont. 4, 5, 19 populi reditus positam componet ad -am (SEN. suas. 6, 3 ad triumviralem -am pro vectigalibus civium Romanorum mortes locantur [COLVM. 1 pr. 20]. SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 86 praecones dicebantur, qui stabant ad -am *eqs.*). 4, 9, 45 longi reditus -ae supponere lustri. LIV. 4, 29, 4 partem *praedae* sub -a dictator vendidit (4, 53, 10 *al.* SEN. dial. 3, 2, 1 principum sub civili -a capita venalia. IVV. 3, 33 praebere caput domina venale sub -a. PS. PROSP. [*v. l. 50*]. *cf.* TERT. apol. 13, 5 sub eadem -a ... divinitas addicta conducitur. COD. Theod. 11, 9, 2 [*a. 337* = COD. Iust. 4, 46, 3] fundum vel mancipia ... sub -a distracta. 10, 17, 1 [*a. 369* = COD. Iust. 10, 3, 5 pr.] sub -ae sollemnis arbitrio). 24, 18, 11 qui -ae huius generis adsueverant. 39, 44, 8 edicto submotis ab -a, qui ludificati priorem locationem erant. 43, 16, 2 ne quis ... ad -am suam accederet (*cf. l. 13*). MANIL. 5, 318 (319) non illo *qui in Haedo natus est* coram digito⟨s⟩ quaesiverit (quae *vel* qui iuverit *codd., corr. Bentl.*) -a (*i. e. auctio licitatoribus non carebit*). PAVL. FEST. p. 101 -ae subiciebant ea quae publice venundabant (VAL. MAX. 2, 4, 2 *al. cf. supra l. 18*. PRVD. psych. 873 opibus ... et censibus -ae [*var. l.* haustae, arte; -a *E*[1], hausta *E*[2]] addictis). SEN. contr. 9, 3, 3 in auctione fratres quamvis hostilis -a non dividit. SEN. dial. 6, 20, 5 -am consularia spolia vendentem (CLAVD. 8, 497). 10, 12, 1 *inter occupatos enumerantur* quos -a praetoris infami lucro ... exercet. TAC. hist. 1, 20 ubique -a et sector. ann. 3, 31 *in multos* damnationibus et -a saeviebat. 13, 28 *aerarii quaestorem reum fecit*, tamquam ius -ae adversus inopes inclementer augeret (COD. Theod. 10, 17[tit.] de fide et iure -ae [COD. Iust. 10, 3[tit.] *adde infra l. 46*]). SVET. Iul. 50, 2 *Serviliae* amplissima praedia ex auctionibus -ae minimo addixit. PS. QVINT. decl. 12, 19 si semel ponis -am salutis *eqs.* COD. Iust. 10, 3, 1 (*a. 213*) neque habitis -is ... venditas res esse (COD. Theod. 10, 2, 1 *a. 378*). 10, 3, 2 (*a. 239*) praetermissa -arum sollemnitate (2, 36, 3, 1 *a. 294. cf. supra l. 25*). 8, 25, 8 (*a. 290*) fiscalis -ae fides (10, 3[tit.] 10, 3, 4 *a. 290*). CAPITOL. Gord. 25, 1 velut in -a positi venderemur. COD. Theod. 5, 13, 2 (*a. 341*) *iugationem* -is decursis ... conpararunt (10, 16, 1. 10, 17, 2 [= COD. Iust. 10, 3, 6]). ZENO 1, 6, 6 *Ioseph invenitur* patiens, dura cum -a distrahitur.
in imag.: PS. PROSP. conf. p. 769 *me* sub -a mortis et auctione peccati ... vendiderunt.

B -*a in iudiciis centumviralibus posita* (*cf.* GAIVS inst. 4, 16 in centumviralibus iudiciis -a praeponitur) *significat hoc ipsum consilium vel partes eius* (*v. Mommsen, Staatsr. II*[3] *225. 608*): VAL. MAX. 7, 8, 1 *praescriptum testamenti* -ae iudicio subvertere frustra conatus est (7, 8, 4). LAVS Pis. 41 trepidos ad iura decem citat -a virorum *eqs.* (*cf.* SVET. Aug. 36 *auctor fuit* ut centumviralem -am, quam quaesturam functi consuerant cogere, decemviri cogerent. POMPON. dig. 1, 2, 2, 29 [*cf. Mommsen l. c. 608, 2*] cum esset necessarius magistratus qui -ae praeessent, decemviri litibus iudicandis sunt constituti. CIL X 8260, 2 xvir ad -am). STAT. silv. 4, 4, 43 centeni moderatrix iudicis -a (*i. e. praetura ad -am. cf.* CIL XIV 3602, 6 [*s. I p. C.*] ⟨praet(or)⟩ ad hast(am)). MART. 7, 63, 7 centum gravis -a virorum. QVINT. inst. 5, 2, 1 *praeiudicium fit in* partibus centumviralium, quae in duas -as divisae sunt.

C *varia*: CIC. de orat. 1, 242 *ab auctore iuris civilis* cum amentatas -as acceperit *orator*, ipse eas oratoris lacertis viribusque torquebit (*sic de argumentis sim.*: top. 65 *iuris consulti* -as ministrant *patronis* [MART. CAP. 5, 441 amentatas]. Att. 16, 11, 1 ⟨ab⟩ -a ea aegre me tenui [*v. Marx ad Lucil. 1317;* ὀβελόν *criticorum intellegit Fr. Schmidt, Progr. Würzburg 1891/2, 32 sq.*]. OV. Ib. 50 [*cf.* 48]. *cf. p. 2552, 25 sqq.*). HIER. epist. 53, 8, 9 *Abdias Edom* -a percutit spiritali. BACHIAR. repar. laps. 6 quem *peccatorem* fornicationis -a percussit. 16 -am zabulicam. PETR. CHRYS. serm. 171 p. 648[C] *nequitias* a nostris sensibus crucis -a ... propellamus. *adde*: PLIN. nat. 2, 90 (*de hirco cometa*) semel adhuc iubae effigies mutata in -am est (*cf. Lyd. de ost. 10*[b] δοράτων).

iuncturae (*fere ad I A*): **1** *nominales*: **a** *adi.* (*cf. sub I A 1 a. b*): acerba: SIL. 6, 61. acuta: OV. rem. 27. avida: STAT. Theb. 9, 804. bellica: OV. am. 2, 3, 8. belligera: MART. 5, 24, 11. celer: LIV. ANDR. carm. frg. 35 M. celsa: SIL. 2, 203. certa: *v. vol. III 924, 27*. enormis: TAC. ann. 2, 14. fatalis: SIL. 2, 400. felix: SIL. 15, 754. funesta: STAT. Theb. 11, 500. gravis: *v. vol. VI 2274, 47* (prae-: CVRT. 8, 10, 32). horrida: VAL. FL. 3, 707 SIL. 4, 179. hostilis: LVCAN. 3, 679. immitis: OV. met. 8, 66. infensa: VERG. Aen. 10, 521. infesta: VERG. Aen 10, 877 *al.* ingens: VERG. Aen. 2, 50 *al.* lēvis: MART. 9, 56, 4. lĕvis: VERG. Aen. 9, 576 *al.* longa: ENN. frg. var. 14 *al.* (prae-: LIV. 31, 39, 10 *al.*). magna: VERG. Aen. 10, 335 *al.* minax: SIDON. carm. 2, 398. missilis: OV. fast. 3, 172. onerosa: OV. met. 13, 109. rapida: SIL. 5, 403. rigida: VERG. Aen. 10, 346 *al.* saeva: VAL. FL. 7, 603 *al.* scelerata: VERG. Aen. 2, 231. stridula: STAT. Theb. 4, 7. tenuis: STAT. Theb. 6, 928. trabalis: STAT. Theb. 4, 7 PANEG. 10 (4), 29, 5. valida: VERG. Aen. 10, 401 *al.* velox: SIL. 5, 319 *al.* victrix: SIL. 16, 584. volucris: SIL. 6, 247. *a nom. propr. deducta*: Aesonia: VAL. FL. 6, 653. Calydonia: OV. met. 15, 769 Tydidae. Graia: VAL. FL. 8, 317. Hectorea: OV. met. 12, 67. Larisaea: SER. SAMM. 830. Lycia: OV. epist. 1, 19. Macedonica: FEST. p. 318. Martia: S. C. Gell. 4, 6, 2. Odrysia: STAT. Ach. 1, 485. Ogygia: STAT. Theb. 10, 545. Pelias: OV. epist. 3, 126 *al.* Pisaea: OV. am. 3, 2, 15. Pylia: VAL. FL. 6, 202. Romula: PROP. 4, 4, 26. Scythica: STAT. Theb. 3, 431. Threicia: CLAVD. 8, 525. Tyria: SIL. 9, 510. Tyrrhena: SIL. 4, 609.

b *gen.* -ae (-arum) *pendet a subst.* (*cf. sub I A 1 a*): acies: OV. met. 3, 107. casus: STAT. Theb. 11, 500. ictus: AMM. 16, 4, 1 *al.* impetus: PANEG. in Mess. 96 STAT. Theb. 10, 545. splendor: VVLG. Hab. 3, 11. stridor: CLAVD. 20, 174. vis: LIV. 38, 20, 1 *al.* vulgus: ENN. (?) frg. inc. 15.

c *acced. gen.* (*cf. p. 2550, 57. 2551, 11*): LIV. 32, 17, 13 ingentis longitudinis. SIL. 17, 537 properati turbinis.

2 *verbales*: **a** *nom.* -a (*cf. sub c*): ardet (*i. splendet*): STAT. Theb. 12, 660. ascendit: SIL. 13, 182. bibit: *v. vol. II 1967, 67*. cadit: *v. vol. III 20, 49* (in-: VERG. Aen. 10, 474 *al.*). collocat: MART. 5, 65, 10 sues. concurrit: STAT. Theb. 8, 416 concurrunt -ae (re-: STAT. Theb. 10, 747). deicit: VAL. FL. 6, 217 *al.* dissipat: STAT. Theb. 12, 774 auras. eminet: OV. met. 5, 137 *al.* ferit: STAT. Theb. 2, 540. figit: VERG. Aen. 10, 776 *al.* (af-: LVCAN. 7, 624 *al.*). fremit: HOMER. 290. fugit: *v. vol. VI 1483, 55* (ef-: *v. vol. V 2, 205, 31*). fulgurat: *v. vol. VI 1522, 8*. fundit: SCHOL. Stat. Theb. 10, 747 (ef-: VERG. Aen. 12, 270). haeret: VERG. Aen. 9, 418 *al.* (co-: SIL. 16, 586). horret: VERG. Aen. 10, 178. hostit: ENN. scaen. 178 (*e coni.*). it: VERG. Aen. 9, 418 *al.*, *aliter p. 2552, 37* (ab-: STAT. Theb. 8, 495. ob-: VAL. FL. 3, 707 pugnas. red-: STAT. Theb. 5, 411 *al.* sub-: VERG. Aen. 10, 588 *al.* trans-: ENN. ann. 364 *al.* transab-: SIL. 12, 264). labitur: STAT. Theb. 8, 495 *al.* (praeter-: HOMER. 958. pro-: HOMER. 825). laedit: PROP. 4, 4, 26. micat: LIV. 7, 33, 10 SIDON. carm. 2, 398 (e-: STAT. Theb. 5, 570). nitet: STAT. Theb. 2, 648. perforat: VERG. Aen. 10, 588. permeat: SIL. 4, 609 TAC. ann. 15, 9. petit: OV. am. 3, 3, 28 *al.* relinquit: STAT. Theb. 7, 679. ruit: SIL. 10, 123. rumpit: VERG. Aen. 10, 335 thoraca simul cum pectore. VAL. FL. 3, 240 iter. *al.* (per-: LIV. ANDR. carm. frg. 35 M. OV. met. 12, 369). secat: STAT. Theb. 5, 570. sedet: VERG. Aen. 10, 783 *al.* sitit: SIL. 12, 264 *al.* sonat: STAT. Theb. 7, 679 (in-: VAL. FL. 3, 78). stat: VERG. Aen. 2, 50 *al.* (ex-: STAT. Theb. 7, 769). stridet: ENN. ann. 364 *al.* stringit: VERG. Aen. 9, 576. 10, 474 de corpore (per-: SIL. 15, 754). subsistit: SIL. 16, 586 *al.* tendit: VAL. FL. 3, 240. tranat: SIL. 13, 239. transadigit: VERG. Aen. 12, 270. transilit: CLAVD. 20, 166. tremit: VERG. Aen. 2, 50 *al.* (*cf.* intremescit: OV. met. 12, 369). venit: VERG. Aen. 9, 411 *al.* verberat: CLAVD. DON. Aen. 9, 745 auras (di-: VERG. Aen. 9, 411. trans-: VERG. Aen. 10, 335 *al.*). vibrat: VAL. FL. 6, 518 *al.* volat: LIV. ANDR. carm. frg. 35 M. *al.* (indu-: ENN. ann. 416. inter-: STAT. Theb. 2, 540. praeter-: SIL. 10, 113. super-: VERG. Aen. 10, 522). vulnerat: OV. met. 15, 769.

b *acc.* -am (-as): accipere: VAL. FL. 6, 202 latere (ex-: VERG. Aen. 9, 744 *al.* inter-: VERG. Aen. 10, 401. re-: OV. met. 5, 137. *cf.* receptare: VERG. Aen. 10, 383). accommodare: SIL. 5, 146 dextrae. addere: SIL. 15, 720 tergo. agere: VERG. Aen. 1, 644 *al.* (ad-: TAC. hist. 4, 23. circum-: LIV. 33, 18, 18 *al.* ex-: OV. met. 5, 137). citare: SIL. 4, 536 (con-: *v. vol. IV 64, 52*. in-: VAL. FL. 1, 409). colligere: TAC. ann. 2, 21 (re-: VAL. FL. 6, 253). colliniare: CIC. fin. 3, 22. conciere: STAT. Theb. 9, 283. concutere: SIL. 16, 108 (de-: VERG. Aen. 10, 718. dis-: LVCAN. 6, 210 *al.* ex-: VERG. Aen. 10, 776 *al.* in-: STAT. Theb. 5, 411 *al.* TAC. ann. 13, 39). contendere: *v. vol. IV 662, 83* (in-: LIV. 44, 41, 6. pro-: VERG. Aen. 11, 605 *al.*). coruscare: *v. vol. IV 1074, 32*. crispare: AMM. 27, 10, 12. depellere: SIL. 10, 241 (ex-: LVCAN. 3, 590 VAL. FL. 3, 107 STAT. Theb. 7, 679 *al.* im-: SIL. 9, 510. pro-: SIL. 16, 570 *al.* re-: CLAVD. 7, 95). elicere: STAT. Theb. 9, 95 (elig- *Heinsius*). eludere: MART. 14, 202, 1. exuere: VAL. FL. 6, 253. ferre: VARRO ling. 5, 115 *al.* (de-: VERG. Aen. 12, 772. in-: VAL. MAX. 5, 6, 1. *cf.* fertur *i. volat*: QVINT. inst. 9, 4, 8 *al.* [per-: VERG. Aen. 11, 803 *al.*]). figere: LIV. 3, 28, 11 *al.* (af-: CLAVD. 20, 166. de-: *v. vol. V 1, 340, 6 al.* in-: VERG. Aen. 9, 746 *al.* trans-: VERG. Aen. 11, 644). fundere: *v. vol. VI 1568, 45* (ef-: SIL. 16, 578). gerere: *v. vol. VI 1931, 4* (in-: VERG. Aen. 9, 763 *al. cf.* gestare: CVRT. 3, 3, 20 *al.*). habere (*i. regere*): TAC. ann. 2, 14. iacere: *v. vol. VII 1, 34, 30* (ab-: *v. p. 2552, 23*. con-: *v. vol. IV 307, 47*. ob-: LIV. 32, 17, 13 prae se. *al.* pro-: NEP. Chabr. 1, 2 OV. Pont. 3, 4, 97. *cf.* iactare: CIC. de orat. 2, 316. iaculari: *v. vol. VII 1, 72, 51*). levare (חנית): VVLG. II reg. 23, 18. I par. 11, 11. 20. librare: VERG. Aen. 11, 555 *al.* (per-: SIL. 5, 320. 12, 404). locare: VAL. FL. 6, 253. mittere (*i. iacere*): ENN. ann. 364 *al.* (e-: *v. vol. V 2, 505, 32*. prae-: CLAVD. 20, 174. re-: SIL.

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

14, 503 *al.*). pilare: HOST. carm. frg. 1 M. ponere: LIV. 33, 8, 12 *al.* portare: SIL. 5, 320 *al.* premere: VERG. Aen. 10, 346 *al.* (com-: SIL. 13, 165. im-: OV. met. 2, 786). properare: SIL. 12, 383. quassare: VERG. Aen. 12, 93 *al.* quatere: ENN. ann. 405 *al.* rapere: VERG. Aen. 9, 763 *al.* (ar-: VVLG. Ezech. 38, 4. cor-: *v. vol. IV 1040, 60*). reducere: VERG. Aen. 10, 553. regere: CLAVD. DON. Aen. 11, 559 (ar-: VERG. Aen. 9, 465. di-: *v. vol. V 1, 1241, 64.* e-: *v. vol. V 2, 778, 3*). spargere: ENN. ann. 284 frg. var. 14. sumere: LIV. ANDR. (?) carm. frg. 34 M. surēmit. torquere: CIC. de orat. 1, 242 *al.* (con-: *v. vol. IV 736, 81.* de-: SIL. 9, 456. ex-: CVRT. 8, 2, 4 *al.* in-: VERG. Aen. 2, 231 *al.* re-: CVRT. 8, 2, 4 SIL. 4, 449). vertere: VERG. Aen. 1, 478 *al.* (a-: VVLG. II reg. 2, 23. con-: LVCAN. 7, 577 VAL. FL. 7, 634. in-: SIL. 7, 328). vibrare: CIC. de orat. 2, 325 *al.*

c *abl. instr.* -ā (-is): agere: VAL. FL. 7, 603 *al.* (ex-: VAL. FL. 6, 572. trans-: STAT. Theb. 8, 476). armatus: VAL. MAX. 2, 3, 3 *al.* cadere: OV. met. 12, 67 *al.* (con-: OV. am. 3, 2, 15). dimicare: OV. rem. 27. domare: OV. met. 13, 171. everberare: CVRT. 6, 11, 31 (trans-: SIL. 7, 673 *al.*). ferire: VERG. Aen. 10, 346 *al.* fodere: LIV. 8, 10, 6 TAC. hist. 5, 18 (confossus: CVRT. 3, 11, 11. perfossus: CVRT. 6, 1, 4). ictus: CVRT. 4, 16, 32. induere: LIV. 44, 41, 9 se. insectari: PLAVT. Capt. 549. 552. instructus: VVLG. I par. 12, 34. interficere: VVLG. II reg. 23, 21 *al.* interimere: CVRT. 8, 11, 16. obruere (-i): LVCAN. 4, 774 VAL. FL. 7, 96. occisus: PLIN. nat. 8, 78. occupare: SIL. 5, 236. pulsus: SIL. 5, 373 (impellere: STAT. Theb. 9, 72. propellere: *v. p. 2553, 75.* repelli: CVRT. 3, 2, 16). percellere: SIL. 5, 461 *al.* percutere: HOMER. 432 *al.* perforare: OV. fast. 5, 711 *al.* pertundere: ENN. ann. 414. petere: VAL. MAX. 9, 10 ext. 1 *al.* (im-: SIL. 5, 273). premere: VERG. Aen. 2, 530. proturbare: DICT. 4, 17. pugnare: VARRO ling. 5, 89 *al.* pulsare (-ari): VAL. FL. 6, 685 SIL. 2, 448. refringere: STAT. silv. 4, 6, 67. sistere: VAL. FL. 6, 583 SIL. 1, 162. spargere: ENN. ann. 154 sese. sterni: TAC. ann. 12, 35. traiectus: VAL. MAX. 3, 2 ext. 5 *al.* transfigere (-i): PLAVT. Most. 358 LIV. 25, 18, 13 *al.* turbare: TAC. ann. 12, 16. vincere: OV. met. 12, 120. vulnerare: HOMER. 469.

syn.: abies, contus, cornus, cuspis, ferrum, fraxinus, hastile, iaculum, lancea, lignum, missile, pilum, robur, spiculum, telum, trabs, venabulum.

deriv.: hastarius (-um), hastatus (hasto), hastiarius (?), hastilis (-e), hastina, hastula. *compos.*: hastifer, subhasto. *cf. Onom.*

hastārius, -a, -um. *ab* hasta. *abbreviatur* hastar: *v. infra l. 45.* hast: *v. infra l. 45.* **1** *proprie i. q. ad hastam pertinens*: PAVL. FEST. p. 54 censio -a (*v. p. 2551, 48*). NOT. dign. or. 11, 24 -a *fabrica*. **2** *transl. i. q. ad iudicium centumvirale (infra l. 44 sqq.; cf. p. 2553, 52 sqq.) vel auctionem (infra l. 47. 49 sqq.; cf. p. 2552, 82 sqq.) pertinens*: CIL VI 1365, 13 (*s. III*) pr(aetori) hastar(io) (VIII 22721, 5 pr(aetori) hast(ario). INSCR. lat. d'Afrique ed. Cagnat-Merlin-Chatelain 44, 1 ⟨pr⟩aetori has⟨ta⟩rio). COD. Theod. 13, 6, 9 (*a. 417*) quaecumque possessiones sub -a[e] sorte distractae sunt. *per ellipsin i. q. liber -us (at v. infra l. 52 sqq.)*: TERT. nat. 1, 10, 22 B. in -um regessistis *deos*. apol. 13, 5 in -o vectigales habetis *deos* (*v. Waltzing, comment. 66*). AVG. epist. 96, 2 de -o emerat (GLOSS.[L] I Ansil. SA 24).

neutr. pro subst. **hastārium**, -ī. GLOSS.[L] III Abstr. AS 11 -m ubi venduntur bona proscriptorum. *al. vulgo* TERT. *et* AVG. *l. c. huc trahuntur; sed vide, ne glossa ex illiusmodi locis prave intellectis orta sit.*

×hastātus, -ī *m. et* -us, -a, -um *adi.* [*ab* hasta; *i. q. umbr.* hostatu '*hastatos*'. *J. B. H.*] GLOSS. κοντοφόρος· de hasta pugnans. *de scriptura*: ast-: CIL III 2883 (= 15045²), 6 (*s. I p. C.*). *adde infra l. 62. 63.* status: CIL V 896, 5 in corte statu posteriore. INSCR. Dessau 9087, 4 stato prioris. adstatus: CIL XI 5215 (= 5216), 4. *adde p. 2556, 38.* *de abbreviaturis*: h: *v. infra l. 76.* CIL III 8047, 3 *al.* has: CIL III 2836, 2 (*ante a. 10 p. C.*) *al.* hast: CIL II 4146, 8 *al.* ast: CIL III 6605, 4. XIV 2278, 7. (h)asta: *v. p. 2556, 36.* hastat: INSCR. L'année épigr. 1906, 113 *al.* astat: CIL III 9973, 15 (*s. I p. C.*). *notae infra afferuntur per* (-us). *litt. graecis*: POLYB. 6, 21, 7 *al.* LYD. mag. 1, 46 INSCR. Graec. ad res Rom. pert. III 1206 INSCR. RevArch. V 36 (1932) p. 212 n. 57. *cf.* hasto. [*inc. notionis*: INSCR. Dessau 9135ᵃ (*mutil.*).]

i. q. hastā armatus: **I** *vice substantivi* (*v.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 201, 12 PRISC. gramm. II 441, 16. 562, 17): **A** *generatim*: ENN. ann. 284 -i spargunt hastas. CVRT. 3, 3, 20 currum *Darei* decem milia -orum sequebantur. 4, 15, 13 -orum (astarum *codd. optt.*) — sarisophoros vocabant —.

B *speciatim: -i Romani* (*v. Fiebiger, RE VII 2509, 31 sqq.*): **1** *in universum*: PLAVT. Cist. 287 abi atque -os multos, multos velites affer (293). INSCR. numm. Grueber cat. Brit. mus. II p. 388 (*a. 83 a. C., imagini vexilli adscript.*) h(astati) (I p. 504 *a. 49 a. C.*). VARRO ling. 5, 89 -i dicti qui primi hastis pugnabant. LIV. 7, 23, 7 ab -is principibusque ... proelium initum. 7, 34, 5 *al.* FRONTIN. strat. 2, 3, 16. VEG. mil. 1, 20 in secunda *acie pugnantes* -i ... vocabantur. *ibid.* -i illi et qui priores steterant. 2, 2. 15. 3, 14. *translate*: SIDON. epist. 6, 1, 3 -orum antesignanorumque paulisper contubernio sequestratus *papa*.

2 *-us significat manipulum -orum* (*per ellipsin praeter p. 2556, 3*): CIC. div. 1, 77 signifer primi -i (2, 67 LIV. 27, 14, 8. 42, 34, 7 prioris centuriae [*v. Marquardt, Staatsverw. II² 369; ad 3 trahit Domaszewski l. c. (infra l. 5) 92, 6*]). LIV. 26, 5, 15 secundi. 42, 34, 5 decumum ordinem -um. *cf. l. 42.*

3 *-us significat centurionem* (*v. Mommsen, Ephem. epigr. 4, 1881, 226 sqq. Domaszewski, Rangordnung d. röm. Heeres 1908, 90 sqq.*): **a** *in ordine manipulorum*: FLOR. epit. 1, 18, 9 quartae legionis -us (OROS. hist. 4, 1, 10 primus. IORD. Rom. 155). **b** *in ordine cohortium*: α *-us primus*: VEG. mil. 2, 8 primus -us. CIL II 1681, 4 centurioni -o primo leg(ionis) IIII. *cf.* CIL II 4147, 5 leg(ionis) VII Gemi⟨n(ae)⟩ (-o) pr(imo *Mommsen l. c. 233*, priori *Domaszewski l. c. 93, 2*). III 2836, 2 (*ante a. 10 p. C.*) (-us) pri(mus *Mommsen l. c.*) leg(ionis) XX. VIII 18072 d 5 (*s. III*) (-i) pr(ioris: *an* primi?). CIL II 4114, 22 (*aet. Septimii Severi*) -us leg(ionis) X Geminae. 4146, 8. III 4328, 6. 14477, 2. VI 36775, 14. VIII 2825, 7. 15576, 3 (*a. 164*). XI 5215 (= 5216), 4 INSCR. L'année épigr. 1901, 30. 1902, 154. 1906, 113 Princeton Exped. Syr. III A 541. CIL XIII 1881, 7 -us in leg(ione) I M(inervia). *cf. infra l. 22 sqq.* β *coh. I -us posterior*: VEG. mil. 2, 8 secundus -us. CIL III 2883 (= 15045²), 6 (*s. I p. C.*) leg(ionis) eiusdem -um posteriorem chor. I. 9973, 15 (*s. I p. C.*) (-um) posteriore(m) leg(ionis) eiusdem (INSCR. Not. d. scavi 1919, 231). VI 31159, 7 (*s. II*) (centurio) leg(ionis) XIII Gem(inae) primus -us posterior. VIII 18072 c 6. d 9 (*s. III*). *huc pertinere videntur* (*v. Mommsen l. c. 234*): CIL III 3846, 8 -o in coh(orte) I leg(ionis) II Traian(ae). VII 597 coh(ortis) I (centuria) Na(evii?) Bassi (-i) p(osterioris?). γ *-i reliquarum cohortium*: (I) *priores*: CIL III 263, 2 ⟨leg(ionis)⟩ VII C⟨l(audiae)⟩ (centurioni coh.) II -o prior(i). 6592, 4 signifer leg(ionis) II ... (centuria) cohor(te) II -i pr(ioris). 6605, 4. 8047, 3. VII 112 (*v. Mommsen l. c. 237*). VIII 2938, 7 INSCR. Dessau 9087, 4. (II) *posteriores*: CIL III 1480, 4 (centurio) leg(ionis) IIII ... (coh.) III (-us) post(erior). 13360, 9. VI 3372, 3. VIII 2877, 6. XIV 2278, 7.

4 *dubia*: CAES. civ. 1, 46, 4 Q. Fulginius ex primo -o (primus -us *Vascosanus fort. recte*) legionis XIIII. INSCR. Anz. f. Schweizer. Altertumsk. N. F. 27, 1925, 10 sq. (*tabella addita epistulae in castra missae, ante imp. Claudium, Vindonissae*) Q. Maio milit(i) leg(ionis) XIII Gem(inae) ⟨h⟩asta(to) III manip(uli) (*editor trahit ad 1*). AMM. 16, 12, 20 *nostri ductores steterunt* antepilanis -isque et ordinum primis velut insolubili muro fundatis. 20, 4, 18 Petulantium ... -us ([adstatus *V*]. *fort. draconarius, v. Müller Phil. 64, 1905, 611, cf. infra l. 45; vel centurio, v. Grosse, Röm. Militärgeschichte 1920, 116*).

II *vice adiectivi* (*de centurionibus -is v. s. I B 3 passim, de ordine -o supra l. 3*): OV. fast. 3, 128 -os ... decem *orbes* (*i. e. manipulos*). VAL. FL. 6, 120 -as ... turmas. STAT. Theb. 2, 718 -a ... Bellona. TAC. ann. 2, 14 aciem -am *Germanorum*. AVSON. 237, 2 -i Martis. AMM. 26, 6, 15 -us ... purpureum ... pannulum laeva manu gestabat *Procopius* (*cf. p. 2552, 57 sqq.*). SVLP. SEV. Mart. 14, 5 angeli -i atque scutati.

hastella *v.* astella.

?(h)astiārius. PAP. Florent. II 278 lat. 17, 3 (*s. II p. C. med.?*) ⟨? N⟩estor astiarius. *l.* asti⟨li⟩arius.

hastifer, -a, -um. *ab* hasta *et* ferre. *gen. pl.* -ferum: *l. 58.* *i. q. hastam ferens*: **1** *generatim*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 718 hastata ... Bellona: ... hastis armata sive -a. **2** *pro subst. de collegio -orum* (*v. e. g. Mommsen, Ges. Schr. VI 156 sqq. Hepding, Attis 169 sqq.*): CIL XII 1814, 5 (*Viennae*) magist(er) astiferor(um). XIII 7317, 3 (*Castelli Mattiacorum, a. 224*) -ii (*sic*) sive pastor(es) consistentes kastello Mattiacorum. 7281, 4 (*ibid., a. 236*) -i civitatis Mattiacorum. 8184 (*Col. Agripp.*) genio hastiferum.

hastīle *v.* hastilis.

×hastīliārius, -ī *m.* *ab* hastile. *scribitur* ast-: CIL VI 31153, 5 (*a. 158*). *adde infra l. 63. 64. cf. et infra l. 67.* *de abbreviaturis* (*v. et infra l. 67*): h ?: *v. infra l. 70.* hast: CIL VI 31147 c 15 (*a. 139*). *al.* ast: CIL VI 31145 b 13 (*a. 137*)· *al.* asti: CIL VI 31143 b 4. c 6 (*a. 135*). hastil: CIL VI 31148, 14 (*?, a. 140*). astil: CIL VI 31143 b 1 (*a. 135*). *al.* *notae infra afferuntur per* (-us). *de re v. Domaszewski, Westd. Zs. 14, 1895, 88. 93, qui p. 48* CIL VI 224, 19 ASS *intellegit* as(tiliarii) (*dubium videtur*). **1** *genus praefectorum equitum legionis*: CIL VIII 2562, 7 (*castra Lambaesit.*) M. Terentius Saturninus (-us). INSCR. Österr. Jahresh. 12, 1909 Beibl. 176 (*Timacum minus*) vet(eranus) ex h(astiliario?) c(ohortis) II A(ureliae) D(ardanorum). **2** *genus praefectorum equitum singularium imperatoris*: CIL VI 3192, 2 (-o) eq(uitum) sing(ularium) Aug(usti). 3226. 3284, 2. 31143 b 1 (*a. 135*) ex (-o) (b 4. c 6. *al.*). 31148, 14 (*a. 140*). 32807.

hastīlis, -e. *ab* hasta. NOT. Tir. 77, 38. *i. q. ad genus hastarum pertinens*: ISID. orig. 18, 7, 6 iaculorum -ium. *pro subst.?*: ISID. orig. 18, 7, 11 cuspis -is amentata.

neutr. pro subst. **×hastīle** (-is). *cf.* DVB. NOM. gramm. V 580, 14 ASPER gramm. suppl. 43, 3. *in codd. hic illic scribitur* ast-; *de aspiratione v.* CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 202, 11. *graece* ἀστίλιον: EDICT. Diocl. 14, 4. 5 MAVRIC. art. mil. 12, 17. *v. Döttling, Flexionsformen lat. Nomina etc., Diss. Lausanne 1920, 103.* *de notione*: ISID. orig. 18, 7, 1 *hastae* diminutivum facit -ia. [*it.* astile, *hisp.* astil. *M.-L.*]

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1 *i. q. lignum hastae*: CINC. Gell. 16, 4, 2 hastam, -e, ligna *eqs.* LIV. 21, 8, 10 (*de falarica*) missile telum -i abiegno (*cf.* APVL. met. 10, 1 lanceam longissimo -i conspicuam. VEG. mil. 2, 15). 32, 17, 14. 42, 65, 9 (*de cestrosphendonis*) spiculum -i ... infixum. VEG. mil. 4, 18 *falarica ferro praefixa* inter tubum ... et -e sulphure ... convolvitur. VVLG. I reg. 17, 7 -e ... hastae (II reg. 21, 19. *hic* עֵץ, *illic* חֵץ). OROS. hist. 5, 15, 16 -ia telorum. GREG. TVR. Franc. 4, 48 lancearum. *hic ponere malim, etsi quaedam ad 2 referri possunt*: CIC. Rab. perd. 21 -i nixus. NEP. Epam. 9, 3 *ferrum* ex -i in corpore remanserat. VERG. georg. 2, 447 myrtus validis -bus *fecunda*. LIV. 35, 5, 10 duces -bus caedentes terga trepidantium. GRATT. 111. 118 longa exigui spicant -ia dentes (*cf.* PLIN. nat. 11, 126 *urorum cornibus* praefixa -ia cuspidant barbari). 127. 137. 147. MANIL. 5, 203 lenta ... contextis (correctis *Vlitius*) formare -ia nodis. SIL. 3, 304 contenti parca durasse -ia flamma *Baniurae*. VEG. mil. 4, 8 ligna ... -bus sagittisque necessaria. HIER. in Ezech. 4, 15 p. 141 raduntur in -ia *ligna*.

2 *i. q. hasta* (*nonnulla possunt pertinere ad 1; cf. supra l. 9 sqq.; opp.* pilum: SIL. 8, 372): ENN. ann. 402 tinnit -bus umbo. VERG. Aen. 1, 313 bina manu lato crispans -ia ferro (12, 165 SIL. 8, 372). 5, 557 cornea bina ferunt praefixa -ia ferro (OV. met. 14, 344. SIL. 16, 526 quatiens. *cf.* VERG. Aen. 12, 489 *v. infra l. 26.* STAT. Theb. 5, 439 gerunt). 9, 402 torquens -e (*cf.* 11, 561 contortum. OV. epist. 4, 81 met. 8, 28 SIL. 9, 509 VOPISC. Tac. 4, 6 VEG. mil. 1, 14). 10, 795 inimicum -e. 11, 650 lenta manu spargens -ia denset (*cf.* VAL. FL. 6, 229). 12, 489 laeva duo ... gerebat lenta ... praefixa -ia ferro (11, 650 *v. supra l. 25* OV. epist. 4, 81 met. 8, 28 MANIL. *v. supra l. 13*). 12, 691 stridunt ... -bus aurae. OV. met. 3, 69 *serpens* fixum ... -e momordit (PRVD. perist. 10, 29). 7, 676. SEN. Phaedr. 397 -e vibret dextra Thessalicum manus (epist. 36, 7 AVIEN. orb. terr. 1240 CORIPP. Ioh. 1, 543). epist. 88, 19 -ia iacere (*cf.* VEG. mil. 1, 14 iactare. DIOSC. 3, 92 -bus [ἀκοντίοις] iaculantur). SIL. 8, 494. 16, 562 STAT. Theb. 4, 86. 7, 593 multum ... -e resumens. IVV. 7, 127 curvatum -e. IVL. VAL. 1, 4 p. 7, 20 (*Ps. Callisth. 1, 8 δοράτιον*). AVIEN. orb. terr. 1367 PRVD. apoth. 497 psych. 136. c. Symm. 2, 1111 quam crebra ... quatiant -ia. CLAVD. 21, 352 fusum crebris -bus imbrem. MEROB. poet. 158. MARCELL. chron. II p. 66, 401, 1 caput ... -i praefixum (93, 488, 1 [IORD. Rom. 353]. 95, 497, 2 fixum). VICT. VIT. 2, 35 -ium cuspidibus. GREG. TVR. Franc. 5, 25. *in comparatione*: OV. met. 8, 285 saetae *apri* similes rigidis -bus horrent. CASSIOD. var. 7, 15, 3 *de columnis.* *in imag.*: VERG. Aen. 3, 23 densis -bus horrida myrtus *in tumulo Polydori* (*cf.* 3, 37). CLAVD. carm. min. 9, 24 *hystrix* consanguineis -bus asperat armos.

3 *i. q. virgula sim.* (*cf. supra l. 41*): VERG. georg. 2, 358 rasae -ia virgae *adiumentum viticularum* (*cf.* COLVM. 4, 12, 1 de vepribus -ia. PLIN. nat. 17, 212 HIER. in Ezech. 4, 19 p. 221 in Is. 4, 3 sq. p. 70. *cf.* in Ion. 4, 6 p. 426 *cucurbita* naturam non habet sine ... -bus in sublime consurgere. AVG. epist. 75, 22 p. 323, 2). SEN. dial. 3, 6, 1 quaedam -ia detorta ut corrigamus, adurimus *eqs.* CALP. ecl. 3, 21 fractum ... -e (*iuvencā verberatā*). AMM. 22, 8, 37 arcus omnium gentium flexis curvantur -bus.

4 *i. q. scapus candelabri*: VVLG. exod. 25, 31 (קָנֶה, *Itala Lugd.* scaphus). 25, 33 *sex calami* producendi sunt de -i (מְנֹרָה, *Itala Lugd.* candelabro). 25, 35.

deriv.: hastiliarius.

hastīna, -ae *f.* *ab* hasta. -ī- *Rönsch, Coll. phil. 202,* -ĭ- *Skutsch, Kl. Schr. 35, 5.* GLOSS.[L] II Philox. HA 39 -a δόρυ, ἀκόντιον. IV Ps. Placid. H 8 -a t⟨h⟩eca, festuca (*'sic ex Osberno vg. inepte' Heraeus,* vastaca *vel* vastuca *codd.*; -a theca hastae *Buecheler*). *cf. seq. lemma.*

[**hastinu** *inter vocabula aspirata* CASSIOD. *ex Eutyche* gramm. VII 202, 11. *'om. A, et potest esse dittogr. vel v. l., utpote seq.* hesternus, *anteced.* hastile' *Heraeus.* hastula *Semler,* hastina *Georges, Skutsch l. c.* (*l. 57*).]

hasto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* hastatus *retrograde formatum.* *i. q. hastā armare*: VIRG. gramm. epist. 5 p. 165, 29 H. -verunt se omnes. 166, 3 -vit se hastā. *ibid.* -tus est hasta. *transl. de dispositione argumenti*: FRONTO p. 127, 13 N. ordo -andus *est* (*v. Hauler, WSt. 45, 1927, 131*). *cf.* subhasto.

hastula, -ae *f.* *ab* hasta *deminutive.* *scrib.* assula *vel* as(s)yla: PLIN. nat. *v. infra l. 83.* astla: MARCELL. med. 9, 43. 30, 32. ascla: MARCELL. med. 25, 15. 29, 11. 30, 32 (*var. l.*). *cf. Liechtenhan, Sprachl. Bemerkungen z. Marcell. Empir., Diss. Basel 1917, 44 sq.* GLOSS. V 268, 50 -a hasta rustice dicta. [*confund. c.* assula (astula), *v. vol. II 912, 25 sqq.*] [*bonon.* astla. *M.-L.*]

1 *i. q. hasta parva*: FRONTO p. 158, 22 N. *in orationibus non oportet* -is histrionis ludere. **2** *i. q. virgula sim.*: **a** *generatim*: DIOSC. 1, 50 cratem modicam ex -is cannae (ῥῖπον ἐκ καλάμου ἢ ψίαθον ἀραιάν). GREG. M. epist. 9, 233 -as vinearum. **b** *de certis herbis*: **α** -a regia *i. q. asphodelus* (*v.* GLOSS.; MARCELL. med. 29, 11. 30, 32 *verba ita coaluerunt, ut gen.* -a regiae *conformaretur, v. Niedermann in ed. p. 297*[b]): SCRIB. LARG. 254 PLIN. nat. 1, 21, 68. 21, 109 (assul-, assyl-, asyl- *codd.*). MARCELL. med. 9, 43. 25, 15. 29, 11. 30, 32 PS. APVL. herb. 32 l. 10 H.-S. 52 l. 1. 3. 6 ORIBAS. eup. 2, 1 A 36. **β** *de aliis*: GLOSS. -a quae nocte lucet: glicissida (*i.* γλυκυσίδη). -a pionia (*i. paeonia*).

hastulōsus *v.* assulosus. *Ehlers.*

CAEL. AVR. chron. 5, 11, 133 *convenit* alienis (alternis *Amman*) laboribus exercitio, hoc est colluctantium vel co⟨ex⟩ercentium, **quam** Graeci **haterocopian** (ἑκατεροκοπίαν *Amman,* ἑτεροκοπίαν *Steph. Thes. Gr. s.* τραχηλισμός) vel τραχελισμόν vocant. ha⟨l⟩terocopian (*ex gr.* *ἀλτηροκοπία, *cf.* ἀλτηροβολία) *em. probabiliter Heraeus.*

? GLOSS.[L] V Abba HA 15 (*etiam* Aa H 43 *et* A 1354) **hato** mendax (*'fort. ex II Philox.* BL 9 blato ματαιολόγος' *Linds.* [*cf. Sonny, ALL 12, 1902, 126*]; *de* 'halopanta' *cogitat Heraeus* [*v. p. 2519, 79*]; *alii alia*). *cf. et vol. II 2050, 10.*

hatubus (battalus?) μογιλάλος GLOSS.[L] II Philox. HA 40. *cf.* atubus, batulus.

1. hau *v.* haud. [**2. hau** (*interiectio*) *v. Hofmann, Umgangsspr. 14.*] *H. H.*

havat *vocabulum magicum.* CATO agr. 160 huat -t (huat *Hauler, Zu C.s Schrift über d. Landwesen, Progr. Wien 1896, 27*) huat ... huat ⌊haut haut⌋ (⌊ ⌋ huat huat *Hauler*). *cf. Goetz, praef. p. 20.*

? CE 2246, 6 (*'luget pater de filio praemature mortuo'*) ... **haucir** ...

***haud** *et* hau, *particula negativa* (*i. q.* '*non*'). [*ex* *hav(i)dom '*falsum*' (*ut* non *ex* noenum) *factum et cf. esse c. hibern.* gāu, *cambr.* geu '*mendacium*' *putat Thurneysen, IF 21, 179. J. B. H.*] *varia ex doctrina gramm. vet. collecta*: PROB. inst. gramm. IV 145, 10 'aut', si sine adspiratione scribatur et in 't' litteram exeat, erit coniunctio; si vero '-d' cum adspiratione scribatur et in 'd' litteram exeat, erit adverbium (*sim.* CLEDON. gramm. V 74, 27 CASSIOD. [*ex Papir.*] gramm. VII 158, 20 ISID. orig. 1, 27, 2. GRAMM. suppl 299, 3 [*paulo aliter: ibid.* 294, 1]). CAPER gramm. VII 96, 4 'hau dolo' per 'd' (*v. app. crit.; 'rectius erat* per unum d, *nisi potius* -d aliter *scriptum erat' Keil in adn.* [*cf. infra l. 37*]) recte scribitur. etenim 'd' inter duas vocales esse debet, quod si consonans sequitur, 'd' addi non debet, ut hauscio. MAR. VICTORIN. gramm. VI 15, 21 '-d' adverbium est negandi et significat idem quod apud Graecos οὐ (αὐ *trad.*). sed ab antiquis cum adspiratione ... dictum ⟨est⟩ et adiecta 'd' littera *eqs.* 'd' tamen litteram conservat, si sequens verbum incipiat a vocali, ut '-d aliter muros' *eqs.* at cum ⟨sequens⟩ verbum a consonanti incipit, 'd' perdit, ut ... 'hau[t] placitura refer'. CHAR. gramm. p. 143, 20 B. '-d' similiter 'd' littera terminatur. οὐ (*C,* au *N*) enim Graeca vox 'd' littera terminari apud antiquos coepit, quibus mos erat 'd' litteram omnibus paene vocibus vocali littera finitis adiungere *eqs.* sed et per 't' scribi sonus vocis admittit. PS. PHOC. gramm. V 441, 1 omnia quae 'au' dipthongon in prima syllaba habebunt dasian respuerunt, ut 'audax'. designatum est 'haud', unde 'hauscio' (auri *cod.*) compositum simplicis habebit scripturam; nam aspiratur. GLOSS.[L] II Philox. HA 42 -d: οὐχί. III Abstr. HA 18 -d: non. V Aa H 44 -d: non adhuc (*fort.* -d⟨dum⟩: non adhuc [*cf. III Abol.* NO 33 nondum: non adhuc]). [IV dub. Plac. H 3 hautne: nonne (*pro* autne: anne. *cf. Ps. Plac.* A 36). *v. et Goetz, ALL 2, 1885, 343.*]

II 373, 3 (*cf.* BEDA gramm. VII 274, 17). GRAMM. suppl. 291, 2 aurit, hoc est aquam levat, sine h; haurit, hoc est bibit, per h. *in titulis: aspiratur*: CE 1438, 8 (= INSCR. christ. Diehl 2368ª). 1356, 6 (= INSCR. christ. Diehl 1065) *saec. V; sine* h: CE 336 (= INSCR. christ. Diehl 783). *in codd. s. VII vetustioribus plerumque aspiratur*: CIC. rep. 1, 66. VERG. (*cf. Ribbeck, Prolegg. edit. Verg. p. 422*). DIG. (*cf. Vocab. iur. Romanae*). PRVD. *al.* *de formis*: CHAR. gramm. p. 478, 20 B. coniugationis quartae ... -o. PRISC. gramm. H 461, 21 'au' manet eadem, ut 'augeo, auxi', '-o, -si'. 502, 12 -o, -si, -stum. 540, 3 excipiuntur '-io, -si', invenitur tamen etiam 'haurivi' vel 'haurii', Varro in XXIIII ad Ciceronem (*sequitur frg.; v. infra l. 59*). *imperf. act.* -ibant: LVCR. 5, 1324. (?) *fut. act.* -ibis: *infra l. 43*. *perf.* (*plqp.*) haur-: *act.* -rierint: VARRO (*v. l. 59*); -risse: RVFIN. Adamant. 5, 18 (-sisse *Bakhuyzen*); -rierant: ITALA Ioh. 2, 9 (Gat.). PS. ORIG. tract. 14 p. 159, 11; *pass.* -ritus (*part. fut. act.* -riturus): APVL. met. 3, 24. 6, 13 (*supin.*: APVL. met. 2, 15). *fut. act.*: IVVENC. 2, 251 DRAC. Romul. 2, 124. *part. perf. pass.* (*fut. act.*) -sus (-surus): *perf. pass.*: SOL. 5, 15 -sum (-stum *var. l.; sc. esse*). *fut. act.*: VERG. Aen. 4, 383 (*sc. esse; inde* HOS. GETA Med. 245). COLVM. 10, 26 SIL. 7, 584. 16, 11 STAT. Ach. 1, 667 PS. QVINT. decl. 17, 4 p. 304, 25 IVL. VAL. 2, 24 (foret; -sturus *editt.*). *cf.* -sturus: CIC. epist. 6, 6, 9 (*sc. esse*). ITIN. Alex. 12 p. 8, 5. AVG. c. acad. 2, 7, 18 p. 36, 4 (est). (?) -eturi: GLOSS. V 299, 44. *part. perf. pass. sensu activo*: SOL. 5, 15 Ditem patrem ... fama est lucem -sum. *de notione et etymol.*: SYNON. Cic. Char. gramm. p. 418, 10. 427, 8. 435, 1 B. NON. p. 319 -ire significat exaurire vel impleri ... avare sumere ... defetigare ... confodere ... accipere vel audire ... tenere *eqs.* SERV. Aen. 1, 738 -sit modo 'accepit', nec possumus intellegere 'bibit', cum hoc sequatur: 'et pleno se proluit auro' (*Verg. Aen. 1, 738*). alibi 'vidit', ut '-sit caelum mentemque recepit' (*sed v. p. 2570, 24*), alibi 'audivit', ut 'vocemque his auribus -si' (*v. p. 2570, 73*), alibi vulnerat, ut 'latus -rit apertum' (*v. p. 2573, 78*). et multa alia pro loco significat (*cf. et infra passim*). ISID. orig. 11, 1, 22 auditus appellatus, quod voces auriat, hoc est aere verberato suscipiat sonos. diff. 1, 286 inter -itur et exhauritur: -itur aqua, exhauritur puteus. GLOSS.ᴸ III Abstr. AV 14 -it implet, aperit (*pro* aut ferit?). HA 19 -itur bibitur, potatur. I Ansil. HA 140 -sit vidit ... audivit ... animadvertit ... adtrahit, reprimit ... bibit *eqs.* GLOSS. -o ἀντλῶ. ὑδρεύομαι. -it ... ἀρύεται. NOT. Tir. 66, 46—48. *legitur inde ab* ENNIO CATONE. [*sard.* orire. *foroiul.* urí. *M.-L.*] [*per coni.*: PLIN. nat. 31, 119. ARNOB. ad Greg. 17 p. 418, 7 M. suge mammas (*sc. ecclesiae*) ... lacte profluentes: quantum illuc fidei capax accesseris, tantum gratiae ... hauribis (*Morin* [*v. supra l. 12*], auribus *trad.*). *corrupt.*: OCTAVIA 516. *loco mutilo*: CIC. Att. 12, 5, 1. *confunditur in codd.: saepe cum* auxi *vel* auctus (*v. e. g. p. 2570, 12. 2571, 62. 2572, 29. 51*), *cum* audire (*v. e. g. p. 2572, 23*).]

I *alqd. ex alqa re sumere vel extrahere (fere de liquoribus); alqd. bibere, devorare*:

A *corporaliter*: **1** *manu vel instrumento sumere vel extrahere* (*additur* [*cf. etiam p. 2572, 1. 2573, 10*] ab: *p. 2568, 73. 2569, 1. 69. 2570, 48*; de: *l. 72. 77. 78. p. 2568, 6. 7. 8. 10. 19. 24. 27. 29. 32. 67. 81. 2569, 75*; ex: *l. 58. 61. 74. 75. 77. p. 2568, 1. 8. 10. 11. 23. 30. 53 sqq. 60. 71. 2569, 3. 2571, 22*; in: *l. 69. p. 2571, 13. 16. 18*; *accedit abl.*: *l. 73. p. 2568, 6. 76. 2569, 4*; *adv.*: *l. 59. p. 2568, 75. 78. 2571, 68*): **a** *de rebus liquidis*: **α** *proprie* (*nota t. t. Ictorum* [*cf. p. 2574, 78*] 'ius hauriendi', 'servitus aquae hauriendae': *l. 62. p. 2568, 13*): ① *absolute* (*cf. et p. 2569, 27. 51. 2570, 71. 2573, 13. structurae incertae: infra l. 59*): ENN. ann. 624 crateris ex auratis -serunt. VARRO ling. 24 frg. 30 cum indidem -rierint. VAL. MAX. 8, 7 ext. 11 te ..., Cleanthe, tam laboriose -entem (*sc. aquam*). SEN. dial. 10, 9, 2 velut ex torrenti rapido nec semper ituro ... -endum. COLVM. 10, 26. POMPON. dig. 8, 3, 20, 3 (*v. l. 56*) -endi ius non hominis sed praedii est (*al.* [*v. V. i. R.*]). 47, 2, 35, 1 si unus servus tuus -sisset et abstulisset, alter -endo deprehensus esset *eqs.* APVL. met. 2, 15 lagoena ... facilis -ritu. ARNOB. nat. 5, 1 p. 173, 17 cum ... ad id locorum venissent -stum, nam illis aquandi sollemne iter huc fuit *eqs.* VVLG. Ioh. 4, 11 (*p. 2574, 25*). 4, 15 neque veniam huc -ire (ἀντλεῖν). PALLAD. hist. mon. 2, 14 p. 369ᴬ tollebat hydrias eorum in quibus illi sibi -bant, et portabat illis aquam. ② *c. acc.* (*accedit ad notionem exhauriendi*: OV. met. 8, 679 VAL. MAX. 1, 8 ext. 11 [*v. p. 2568, 5*]. COLVM. 5, 9, 9 *al.*): Ⓐ *aquam*: CATO agr. 112, 1 ubi -seris *aquam* de mari, in dolium infundito (COLVM. 12, 21, 4 liquidior ... quantum altiori [-e *var. l.*] mari -sta est. *cf.* PLIN. nat. 31, 64 *aquam marinam* ex alto -stam). AFRAN. com. 187 aquam ex aeno (seno *trad.*) -ire, qui laverent manus. VARRO ling. 5, 126 in aqua -enda (*cf.* VIR. ill. 2, 5 *et sim.*). CIC. div. 1, 112 *Pherecydes* cum vidisset -stam aquam de iugi puteo (2, 31 ex puteo. PLIN. nat. 31, 83 *al., cf. p. 2568, 2*). VERG. Aen. 9, 23 summoque -sit de gurgite lymphas (*cf.* OV. met. 6, 347 liquores [LVCAN. 9, 613]). HOR. sat. 1, 1, 60. PROP. 1, 20, 43 -ire parat ... flumina ... plena trahens (*cf.* OV. am. 3, 6, 97 *flumen* potuit sitiens -ire). OV. met. 3, 189 -sit aquas (*cf.* fast. 5, 676. 6, 449. *al.* SEN. benef. 4, 29, 1. PLIN. nat. 31, 38 *aquam* -stam vasis. *et saepe*). OV. met. 4, 740 -stā ... undā (13, 535 liquidas ... undas. SEN. Med. 745 IVVENC. 2, 251). fast. 2, 294 palmis -sta duabus aqua (*cf.* 4, 314). LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) ex iis fontibus, rivis, specibus, fornicibus aquam sumere, -ire. VITR. 10, 4, 1 de organis quae ad -endam aquam inventa sunt (10, 6, 4. *cf.* 10, 6, 1 cocleae ratio quae magnam vim -it aquae *eqs.* VLP. dig. 8, 4, 2). VAL. MAX. 1, 8 ext. 11 *remigem* in hexere ... sentinam -entem. 2, 4, 5 aquam flumine -stam (*cf.* VVLG. exod. 4, 9 -eris de fluvio. PALLAD. hist. mon. 2, 20, 16 de flumine. *adde*: TAC. hist. 4, 53ᵐᵉᵈ· aquā e fontibus amnibusque -stā [ann. 2, 54. APVL. met. 6, 13 de summi fontis penita scaturrigine. *v. etiam p. 2573, 14*]. SVET. Nero 48, 3 aquam ex ... lacuna poturus manu -sit. VVLG. Is. 30, 14 de fovea. *v. etiam supra l. 2*). VAL. MAX. 8, 1 absol. 5 -am *cribro* e Tiberi aquam. CVRT. 5, 13, 24 galeā -stam aquam sorbet. FRONTIN. aq. 4. VLP. dig. 43, 22, 1, 1 (*v. p. 2567, 56*) servitutes ... non tantum aquae ducendae esse solent, verum etiam -endae (*cf.* PAVL. dig. 43, 21, 2 quia commodum domino soli auferetur appellendi pecus vel -endi aquam. *et sim.* [*v. V. i. R.*]). *et saepe; presse* (ἐμφατικῶς): GERM. 220 *Pegasus* Musaeos fontes dextri pedis ictibus -sit (*i. aperuit*). CLAVD. 20, 144 duris -ire bipennibus Hebrum. *per imaginem* (*cf. et p. 2571, 77 sqq.*): VVLG. Is. 12, 3 -etis aquas in gaudio de fontibus salvatoris. PALLAD. hist. mon. 1, 36 p. 323ᴬ quibus ... sermo facundus ut utilis humor exuberat, sed a nullo ... possunt ... -iri propter suorum amaritudinem morum (ἀρύεσθαι). Ⓑ *alia liquida (in imagine: l. 24*): HEMINA hist. 36 ex Tiberi lacte -ire. CIC. Brut. 244 (*v. l. 23*) tu ... de faece ... -is (*cf. Otto, Sprichw. 130*). 288 si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo ut proxumis consulibus natum velit, nec rursus ita vetere ut Opimium ... consulem quaerat ..., de dolio sibi -endum putet? PETRON. 74, 5 potionem ferventissimam -it. PLIN. nat. 21, 84 lingulis -unt florem *cerae*. EPIPHAN. de mensur. 27 de torculari -ens vas. PAVL. dig. 47, 2, 21, 5 vinum (*cf.* PORPH. Hor. epod. 9, 36 cyatho -batur ex cratere vinum. HIER. epist. 14, 5, 3 -stum patera fundat merum). VVLG. lev. 4, 5 -et ... de sanguine vituli (*cf.* 8, 15).

β *translate de sanguine: fere i. q. sanguinem (alienum) fundere* (*opp.* sanguinem [*i. proprium*] dare, fundere: *infra l. 38. 42. audaciter apponitur* 'praeda': *v. infra l. 46*): CIC. Sest. 54 me perculso ad meum sanguinem -endum ... advolaverunt. OV. met. 7, 333 'stringite' ait 'gladios veteremque -te cruorem'. 13, 331. LIV. 7, 24, 5 -endus aut dandus est sanguis. 26, 13, 13 tanta sanguinis nostri -endi est sitis (*cf.* AVSON. 130, 3 sitis ... -ire cruorem). *al.* VAL. MAX. 2, 8, 7 -serant ... avidi civilem sanguinem (*cf.* 3, 2 ext. 1 cupiditate -endi sanguinis nostri teneris). SEN. Herc. f. 636. benef. 6, 30, 5 multorum sanguinem -serunt, fusuri novissime suum (*cf.* STAT. Theb. 9, 675 externum -ire cruorem ac fudisse suum). OCTAVIA 243 CVRT. 4, 14, 17. LVCAN. 1, 14 civiles -serunt ... dextrae (*cf.* CLAVD. 5, 406 manus). 2, 141 PS. QVINT. decl. 3, 8 p. 47, 22. TAC. hist. 1, 67ⁱⁿ· plus praedae ac sanguinis Caecina -sit (*cf. p. 2572, 39*). AVR. VICT. Caes. 3, 9 *ut* beluae -sto sanguine ingenium exeruit *Caligula*. CLAVD. 18, 483 cruorem ... ensibus. *aliter*: TERT. apol. 9, 10 noxiorum iugulatorum sanguinem ... decurrentem ... -serunt (*i. colligerunt*).

b *de aliis rebus tam corporeis quam incorporeis* (*singulariter de persona: p. 2659, 11*): **α** *i. q. trahere, sumere, capere* (*concipere, accipere sim. per imaginem: v. l. 61. 67. de incorporeis: l. 62 sq. 65. 67 sq. 73; de anima: l. 74 sqq.*): CIC. leg. agr. 2, 32 sumptum -it ex aerario. Sest. 93 -ire cotidie ex ... Syriae gazis innumerabile pondus auri (*cf.* APVL. met. 7, 4 -endo potius exerceret auro *manum validam*). HOR. sat. 1, 1, 52 'suave est ex magno tollere acervo'. dum ex parvo nobis tantundem -ire relinquas *eqs.* OV. met. 8, 539 cineres -stos ad pectora pressant (13, 425. 426. *cf.* 9, 35 cavis -sto spargit me pulvere palmis [14, 136. STAT. Theb. 3, 50 -sta ... informis harena (*i. aspersus harena*). 6, 848]). LIV. 42, 12, 10 iuventutem ... velut ex perenni fonte unde -iat, Thraciam subiectam esse. VAL. MAX. 8, 1 absol. 1 dextera *Horatii* tantum consanguineo quantum hostili cruore gloriae -ire (*cf.* AVR. VICT. Caes. 39, 21 -sto imperio). SCRIB. LARG. 227 cumulate medicamentum (*cf.* APVL. met. 3, 24 -rito plusculo uncto). SIL. 7, 286 dona soporiferae noctis. STAT. silv. 2, 1, 24 ignemque -ire (*aliter l. 72*). PS. QVINT. decl. 5, 10 has ... manus, haec verba ... de meo spiritu, de meis visceribus -sisti. IVVENC. 1, 75 *Elisabeth* aevo defessis -sit miracula membris. HEGES. 5, 22, 1 p. 349, 16 U. -am ... ictum carnificis (*cf.* CORIPP. Ioh. 3, 349 vulnera divinis ... -sisse [aux- *cod.*] sagittis. *paulo aliter p. 2572, 79 sqq.*). VVLG. lev. 5, 12 plenum ex ea (*i. simila*) pugillum -ens (קָמַץ, *gr.* δραξάμενος ... πλήρη τὴν δράκα). 16, 12. num. 16, 7 (*aliter l. 66*) -sto cras igne (16, 46). PAVL. NOL. carm. 27, 240 ut *verba* auditoris ab ore ipsius -sta depromam dignius ore. *et al.* *de anima, vita, mente sim.*: CIC. div. 1, 70 animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et -stos (1, 110. 2, 26. SEN. suas. 6, 6 animus ... divina origine -stus *eqs. cf.* STAT. Theb. 5, 24 animam). ARNOB. nat. 2, 70 p. 104, 15 spiritum -sere vitalem (*cf.* AMBR. Iac. 2, 11, 52 aspice in caelum, unde -sisti spiritum). HIL. in Matth. 5, 10 *corpora* quae vitam -serint (*cf.* SACR. Leon. 324 vitam humanae condicionis). AVSON. 419, 40 mens ista aurea, quam de communi deo ... -sisti. PRVD. c. Symm. 2, 406 esse aliquam ... umbram sive animam, per quam res publica fatum -serit. **β** *i. q. exhaurire*: ① *fere i. q. extrahere, emittere sim.* (*per enallagen*: STAT. silv. 1, 1, 42): LVCR. 6, 141 *ventus* arbusta

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

⟨e⟩volvens radicibus -it ab imis (*aliter v. p. 2571, 16*). Ov. met. 14, 129 suspiratibus -stis ... dixit (*cf.* VAL. MAX. 4, 6, 2 spiritum, luctus acerbitate permixtum, ex ipsis praecordiis et visceribus -sit). AVSON. Mos. 338 ferventi ... Mulciber (*i. ignis*) -stus operto. (II) *apud poetas fere i. q. cavare, excavare*: Ov. met. 11, 187 quales adspexerit *Midae* aures ... *servus* refert ... terraeque inmurmurat -stae. PETRON. 120, 91 montibus -stis antra gemunt. STAT. silv. 4, 3, 43 -stas aliter replere fossas. *specialiter de oculis*: Ov. met. 13, 564 loca luminis -it *Hecuba*. SEN. Phoen. 540 per ... genas parentis ... quas -sit. (III) *metaphorice: i. q. defatigare, debilitare*: SEN. contr. 2, 5, 6 (*v. p. 2568, 51*) nullis -sta puerperiis fuit *femina* (exhausta *Müller*). SIL. 11, 538 vires refovete tot -stas casibus. TAC. ann. 13, 42^extr.^ Italiam ... immenso faenore -iri *a Seneca*. *fere i. q. consumere, usque ad finem agere*: STAT. Theb. 1, 369 iter. PAVL. NOL. carm. 31, 620 totidem illi vita diebus -sta. *fere i. q. consumendo perdere, profundere*: MART. 9, 82, 4 -sisti patrias luxuriosus opes. TAC. ann. 16, 18^in.^ plerique sua -entium.

2 *i. q. (avide) in se recipere, bibere, sorbere, devorare*:
a *proprie: -iunt animantia (de inanimis per imaginem: l. 34 sqq. absolute: infra l. 27. 51. p. 2570, 70. de frigore aquae*: ITIN. Alex. 12 p. 7, 24; *de anima corpus continente*: CLAVD. MAM. anim. 2, 8 p. 129, 15): *α de rebus liquidis* (*cf. p. 2567, 55*): (I) *aquam*: Ov. met. 15, 320 *has undas* siquis faucibus -sit *eqs.* SEN. dial. 6, 18, 7 *animalia* -entia undas et ... efflantia (*cf.* PLIN. nat. 9, 88). nat. 3, 2, 2 quaedam *aquae* -stae fecunditatem adferunt. 3, 25, 1 *haec aqua* protinus -sta duratur, ... constringitur et adligat viscera. CVRT. 4, 16, 13 avide. 7, 5, 15 (*absol.*) intemperantius -serant. LVCAN. 3, 577 permixtum sanguine pontum (SIL. 4, 593 proiecta viri ... ora sanguineum -serunt longis singultibus amnem). PLIN. nat. 30, 64. 31, 60 cum reddi non posset -sta multitudo aquae. 31, 71 STAT. Theb. 9, 341 MART. 4, 25, 6. PLIN. epist. 6, 16, 18 frigidam aquam poposcit -sitque. APVL. met. 9, 4 aquas. *al.* VVLG. iud. 15, 19 quibus *aquis* -stis. PRVD. cath. 7, 169 *ne pecus* potum strepentis ... fontis -iat. CLAVD. 2, 3 *Python* -ret hiatu flumina. *hauriunt res poetice animatae*: Ov. fast. 3, 592 alveus *navis demersae* -it aquas. *de sideribus*: COLVM. 10, 41 Oceani sitiens cum iam Canis -serit undas (*C. mari occidere putatur; cf. etiam p. 2571, 55*). LVCAN. 1, 415 Titan, ut alentes -iat undas, ... fluctus ... ad sidera *ducit*. (II) *alia liquida* (*de medicamentis: v. infra l. 47. 52*): SEN. contr. exc. 6, 4 quam partem potionis (*i veneni; aliter l. 50*) -ret (VAL. MAX. 3, 2 ext. 6 veneni potionem. PS. QVINT. decl. 17, 4 p. 304, 25 *al.*; *cf.* SEN. dial. 1, 3, 13 venenum [LVCAN. 6, 457 TAC. ann. 15, 64^med.^ 16, 14^fin.^ SVET. Claud. 44, 3 *al.*]. SIL. 13, 275 medicamina cladis -iat ac ... exarmet fata venenis). MANIL. 5, 245 nec parce vina recepta -et (SEN. Thy. 985 PLIN. nat. 14, 140 *al.* VVLG. gen. 27, 25. *cf.* PETRON. 130, 7 merum [PLIN. nat. 32, 45 FRONTIN. strat. 2, 5, 12 SVET. Vit. 10, 3]). VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 medicamentum (PLIN. nat. 24, 174). 5, 6 ext. 3 tauri sanguinem (VIR. ill. 66, 11 -sto caprino sanguine. SCHOL. Cic. Bob. p. 142, 23 St. taurinum s. *cf.* VAL. FL. 1, 818 *Aeson et Alcimede* avide -sere *tauri* cruorem). SEN. dial. 4, 33, 4 potionem (PORPH. Hor. carm. 1, 36, 13. *cf. et l. 39*). CVRT. 7, 5, 9. PLIN. nat. 8, 171 lacte -sto. 14, 139 (*absol.*). 14, 149 sucos (*cf.* 19, 110. 20, 199 *al.*). 20, 98 *acetum scillinum* (*cf.* 23, 54). 21, 12 *al.* MART. 8, 39, 3 nectar. APVL. met. 8, 11. PRVD. apoth. 99 *Christus* fel potat et -it acetum. *et al.* (III) *metonymice poculum pro vino sim.*: VERG. Aen. 1, 738 -sit spumantem pateram. Ov. met. 14, 277 *pocula* arenti sitientes -simus ore (LIV. 30, 15, 8 poculum ... impavide -sit [*de veneno, cf. et* 40, 4, 14 capite ferrum aut -ite poculum, si segnior mors iuvat. epit. Oxyrh. 3, 73 *suppl.* CVRT. 3, 6, 9 TAC. ann. 4, 10 CYPR. hab. virg. 13 p. 179, 10]). PLIN. nat. 14, 147 binos congios simul -ire. NEMES. ecl. 3, 60 cymbia musto plena. PASS. Mar. Iac. 6 p. 54, 16 fialam. (IV) *varia in metaph vel in imagine* (*cf. p. 2571, 84*): SEN. dial. 6, 3, 2 non licuerat matri ultima filii oscula gratumque extremi sermonem oris -ire. PETRON. 22, 2 minimum veluti gustum -seram somni. STAT. Theb. 5, 6 mixtum ceu fontibus ignem -sissent belli. TERT. pudic. 10 p. 240, 19 ego eius pastoris scripturam -o (*antea*: bibas *de calice Pastoris; de imagine bibendi v. Hoppe, Synt. u. Stil d. Tert. 181*), quae non potest frangi (*cf.* AVIEN. ora 18 litteras hiantibusque faucibus veterum abdita -sisse). adv. Marc. 4, 5 p. 430, 15 lac a Paulo Corinthii -serint. CYPR. ad Donat. 11 p. 13, 2 *honorum i.* malorum blandientium virus occultum est *eqs.* poculum videtur esse quod sumitur: ubi epota res est, pernicies -sta grassatur (*cf.* FIRM. err. 18, 2 [*syn.* lambere, bibere]. CAES. AREL. epist. de hum. 4, 5 si ... volumus venenum superbiae fugere, antidotum humilitatis iugiter debemus -ire). PRVD. perist. 10, 685 ego ut ... uberum de fontibus lac ... -si, Christum et -si credere (GREG. M. moral. 29, 77 p. 522^A^ cum lacte matris -serat virus erroris). DRAC. laud. dei 2, 327 mortem.

β de aliis rebus: (I) *pro obi. habentur dura: i. q. cibum sim. devorare, gluttire* (*medicamenta: p. 2570, 3. 12 sqq. 17 sq. de naribus: p. 2570, 12; audacter de oculis: p. 2570, 15. sine devorandi notione i. q. alqd. ore accipere sed in alvum non demittere: p. 2570, 3. 20. de inanimis per imaginem*: PLIN. paneg. 43, 5): LVCR. 5, 991 *homo* pabula viva feris praebebat, dentibus -stus (*cf.* APVL. met. 5, 26 priusquam ingluvie voraci *bestia* me *Psychen* ... -ret). LIV. 5, 44, 6 cibo vinoque raptim -sto repleti (*cf.* PLIN. nat. 11, 282 omnia in cibis ... nimia et avide -sta). VAL. MAX. 4, 6, 5 ardentes ore carbones -ire. CELS. 6, 9, 2 vitandum est, ne, quod -stum erit, devoretur (*v. p. 2569, 81*). SEN. Thy. 1105 nefandas -seris ... dapes (STAT. Theb. 8, 246 quin -sisse dapes *Oedipoden ferunt*). epist. 95, 19. 114, 24 *populus* quae non potest -ire contrectat. COLVM. 6, 18, 1 magnam ... perniciem *bubus* ... affert hirudo -sta cum aqua (PLIN. nat. 8, 29. 20, 143 sanguisugam [29, 62]. *cf.* 32, 75 *rana*, si forte -iatur, ventres boum distendens). 8, 17, 11 *pisces* aut lambunt cibos aut integros -unt (*opp.* mandere). PLIN. nat. 8, 36 *serpentes* solidos -iant cervos. 10, 197. 19, 65 *cucumeres* vivunt -sti in stomacho. 20, 123 (*v. p. 2569, 80*) semen *ocimi* tritum et -stum (a[u]ctum *trad.*) naribus (THEOD. PRISC. log. 44 p. 144, 6). 20, 212 salutaris *peplis* et suspiriosis semine cum melle -sto. 20, 257 *hippomarathum* quoquo modo -stum. 22, 116 *al.* STAT. silv. 4, 6, 6. 5, 3, 32 (*v. p. 2569, 80*) cinerem ... oculis umentibus -si[t]. Ach. 2, 98 cibos -sisse (habuisse *var. l.*). *al.* SER. SAMM. 64 sinapi. 373 *lapis specularis* mixtis -itur aquis. 487 menta. *al.* SOL. 25, 9 lapides. *al.* HIER. epist. 45, 5, 1 quidquid ... -seris (auxeris *vel* habueris *varr. ll.*), comederis, devoraris. PRVD. ham. 590 (*de propagatione*) *vipera* -stum frangit amatoris ... guttur (*v. p. 2569, 81*). *al.; hyperbolice*: APVL. met. 3, 14 oculos Fotidis ... saviis sitienter -bam.

(II) *i. q. ore vel naribus (oculis: l. 35) aerem, odorem, fumum sim. recipere*: VERG. Aen. 10, 899 auras suspiciens -sit caelum mentemque recepit (IVV. 3, 85 nostra infantia caelum -sit Aventini. *cf. p. 2576, 23 et vol. III 91, 62. aliter: Verg. Aen. 10, 782* caelumque aspicit). VELL. 2, 22, 4 exitiali -sto spiritu ... mortem obiit. SEN. Oed. 877 qua luce primum spiritus -si (*cf.* TERT. anim. 25 p. 343, 2 exsecto matris utero vivi aerem -serunt. *aliter p. 2568, 74*). nat. 2, 53, 2 *odor sulpuris fulmine effectus* saepius -stus alienat (RVFIN. hist. 4, 15, 37 odorem naribus -simus. *cf.* THEOD. PRISC. log. 44 p. 144, 3 vapor). 6, 27, 2 aer ... gravis -entibus est *eqs.* (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 1, 17 p. 63, 15 -stus aer). 6, 27, 3. PLIN. nat. 26, 30 *arcii herbae* cum radice *fumus* per harundinem -stus (28, 230. *cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 34 fumus patentibus oculis -iatur). QVINT. inst. 6 prooem. 12 auramque communem -ire. APVL. Plat. 1, 16. GELL. 9, 4, 10 spiritu florum naribus -sto (*cf.* MIN. FEL. 38, 2 auram bona⟨m⟩ floris naribus ducere, non occipitio ... -ire). POTAM. tract. 1 p. 1413^A^ foetor -itur. HIL. in psalm. 68, 29 p. 337, 25 nunc -sto spiritu, nunc refuso. 118 phe 5 p. 509, 9 spiritum officio narium magis quam oris -imus. AVSON. Mos. 265. SCHOL. Cic. Gron. A p. 344, 16 St. densior fumus animam (animas *cod.*) -entes urgeret. AMBR. exc. Sat. 1, 19 ultimos *morientis* -sisse (*opp.* inspirasse) anhelitus (*cf. ibid.* ut consortium mortis -rem). AVG. anim. 3, 4, 4 p. 362, 24. CAEL. AVR. chron. 2, 5, 88 -endae exhalationis causa. 5, 10, 97 pleumonici -endo magis spiritum relevantur. CLAVD. MAM. anim. 1, 17 p. 63, 12 particulas *aeris*. *nota de anima mortui*: PAVL. NOL. carm. 18, 104 Christus ... adsumens animam casto deus -sit ab ore *Felicis*.

(III) *i. q. oculis visibilia, auribus sonos recipere*: (A) *oculis* (SERV. Aen. 12, 946 -sit vidit. *cf. p. 2567, 30. 37. de oculis animi: l. 58. sine verbo oculorum: infra l. 53 sqq. 61. 71. part. perf. pass. sensu act.: v. l. 61*): VERG. georg. 2, 340 cum primae lucem pecudes -sere (*cf.* INSCR. christ. Diehl 2368 a 8 *fetus* -sta qui nondum luce peremptus abiit. AVG. in psalm. 80, 19^extr.^ non vivunt? non auras carpunt? non lucem -unt?). Aen. 4, 661 -iat hunc oculis ignem ... ab alto Dardanus. 12, 946 oculis ... monumenta doloris exuviasque -sit. Ov. met. 15, 64 *Pythagoras*, quae natura negabat viribus humanis, oculis ea pectoris -sit (AVG. doctr. christ. 3, 5, 9 oculum mentis ad -endum aeternum lumen levare). LIV. 27, 51, 1 oculis auribusque -ire tantum gaudium cupientes. SIL. 11, 282 STAT. Theb. 10, 596. SOL. 5, 15 foramen qua Ditem patrem ... exeuntem fama est lucem -sum (*cf. l. 52*). PANEG. 10 (4), 32, 4 ad animum languidius accedunt quae aurium via manant quam quae oculis -untur. 12 (2), 29, 3 cum gemitus et tormenta miserorum auribus ac luminibus -sissent. LACT. inst. 2, 6, 6 (*appos.* aspiciant). AMBR. in psalm. 43, 89 fulgorem veritatis oculis nostris -ire nequeamus (*cf.* 43, 91 etsi plenitudinem eius videre non possumus, tamen ... quasi reliquias eius luminis -emus). *al.* CLAVD. MAM. anim. 1, 7 p. 45, 11 radii *per oculorum media profusi aliorum corporum* colores ac formas -unt. *nota* (*fere i. q. videndo intellegere*): ALC. AVIT. epist. 87 p. 96, 31 *electrum*, ut ego met -si, in sancto ... manus nitore sordebat. (B) *auribus* (LACT. opif. 8, 8 aures ... a vocibus -endis. *cf. p. 2567, 27—37. sine verbo aurium: l. 75 sq. 77. 79*): VERG. Aen. 4, 359 vocemque his auribus -si (SEN. Oed. 385. SOL. 12, 6 voces hominum *delphines* aquilonis flatu celerius -unt *eqs.* CLAVD. MAM. anim. 1, 6 p. 43, 17. DRAC. Romul. 2, 147 vocem deus *Amor* Herculis -sit). Ov. met. 13, 787 auribus -si ... dicta (SEN. Ag. 31 -si dicta). 14, 309 multaque ... vidi, multa auribus -si. LIV. 27, 51, 1 (*v. supra l. 59*). VAL. FL. 1, 263 magnumque sonantes *Argonautas Achilles puer* -it. STAT. Theb. 10, 771 PANEG. 12 (2), 29, 3 (*v. supra l. 64*). CASSIOD. in psalm. 67 concl. (*in imagine*) *psalmus sicut* fluvius qui non ore sed magis auribus -iatur.

b *transfertur actio verbi ad inanima (cf. et p. 2569, 34. 82); accedit hic illic notio perdendi*: *α praevalet notio devorandi*

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*pro obi. habentur liquida sim.: infra l. 22. 24 sqq.* *re hauriente non addita: infra l. 27 sq.*): CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20) 8 *tunica venenata* pulmonum -it (*Sophocl. Trach. 1055 πλεύμονος τ' ἀρτηρίας ῥοφεῖ ξυνοικοῦν*) spiritus (*cf.* SEN. Herc. O. 1227 *venenum* -sit medullas). AETNA 409 simul atque -sit *lapis molaris* flammas, non tutior -sti *ignis* ulla domus. LIV. 5, 7, 3 aggerem ac vineas ... incendium -sit (30, 6, 5 CVRT. 4, 3, 4 PS. QVINT. decl. 8, 13 p. 158, 4. TAC. hist. 4, 60^extr.^ cunctos. *cf.* LIV. 30, 5, 10 multos ... flamma -sit [30, 6, 8 caesa aut -sta flammis ad quadraginta milia hominum sunt. SIL. 14, 476 MEROB. poet. 184]. PETRON. 98, 9 utinam me ... ignis -ret [VAL. FL. 7, 97 TAC. ann. 3, 72 *al.*]. SIL. 17, 107 ardor. TERT. nat. 2, 14 p. 126, 17 fulmen *al.*). 5, 38, 9 multos ... -sere gurgites (*cf.* 22, 6, 7 -bantur gurgitibus. 29, 32, 9 duobus ... in praerapidum gurgitem -stis. CVRT. 4, 16, 16 PETRON. 114, 6 TAC. ann. 1, 70). 22, 2, 5 -sti paene limo (31, 37, 8. *cf.* SEN. contr. 7, 2, 6 palus [LVCAN. 4, 101]). 30, 38, 8 arboresque in profundum -stae (*cf.* PLIN. nat. 2, 203). 33, 41, 7 *multae naves* -stae mari (SEN. epist. 30, 4. PLIN. nat. 1, 2, 94 urbes -stae mari. 5, 139. *al.* *cf.* SEN. Ag. 500 *navem* pontus in praeceps rapit -itque [LVCAN. 2, 664]. LVCAN. 3, 629 pelagus [SIL. 17, 560 pelagusque ... et undae]. VAL. FL. 4, 48 fluctu. *al.* APVL. flor. 23 p. 103 *navem* profunda -serint. *adde*: OV. fast. 3, 600 *navis* -sta perit [*sc. mari*]). VITR. 8, 2, 4 aer ... ex omnibus locis -endo tollit umores et congregat ad nubes (*cf.* PLIN. nat. 2, 46 *luna* nondum suppetente ad -endum *umorem terrenum*). SEN. suas. 6, 6 Romanum sanguinem -sit Aegyptus (OCTAVIA 521. *cf.* TERT. resurr. 26 p. 62, 11 terra ... -serit sanguinem. PAVLA Hier. epist. 46, 8, 1 *al.*). SEN. Thy. 581. benef. 7, 31, 5 (*v. supra l. 2*) urbes -stas saepius eidem solo [ponimus] credimus (TAC. hist. 1, 2^med.^ -stae aut obrutae. *cf.* PLIN. nat. 4, 12 *oppida*). nat. 6, 1, 7 domos aut familias aut urbes singulas -it *malum terrae motae* (*syn.* submergit). CVRT. 5, 4, 18 velut in foveas delati *milites* nive -bantur (*cf.* SIL. 3, 520 *et infra l. 43*). 8, 11, 12 amnis. *al.* PLIN. nat. 2, 193 moenibus hiatu profundo -stis (2, 202. 36, 119. *cf.* STAT. Theb. 7, 818 *Amphiaraum* ingens -it specus et ... mergit equos. TAC. ann. 2, 47 diductis terris). 2, 194 agrorum ... tractu -sto (*sc. terrā*). 3, 108 lacu Fucino -stum ... oppidum (TAC. Germ. 40^extr.^ *servos* idem lacus -it). VAL. FL. 7, 643 -sit subito sua funera tellus (SIL. 3, 653. 4, 575. *cf. et infra l. 49*). SIL. 13, 540 quos ... -sere procellae (*cf.* FRONTO p. 228, 28 N. motus venti). *al.* TERT. apol. 48, 9 quaecumque te materia destruxerit, -serit, absorpserit, in nihilum redegerit: reddet. PANEG. 5 (8), 8, 2 *regio aquosa* cedat ad nisum et -iat pressa vestigium. *et al.* *adde*: STAT. Theb. 5, 174 quos ... inclementia ponti -serit. 8, 108 me (*Amphiaraum*) turbine mundi ... -sit nox tua (*i. Ditis*). TAC. hist. 1, 79^med.^ altitudine et mollitia nivis -bantur *milites*.

***β* notione devorandi attenuata fere i. q. perdere** (*abstracta pro subi. habentur; cf. etiam supra l. 41*): SEN. Ag. 414 casus qui rates -sit meas (*cf.* STAT. silv. 5, 2, 64 fatis -stus iniquis occidit). Phaedr. 695 quos -sit et peremit et leto dedit odium dolusque. SIL. 14, 597 -stis maniplis *pestilentiā* (*cf.* STAT. Theb. 11, 275 urbem ... ceu ... lues ... *vel* tellus -sisti). 16, 11 vigor *Hannibalis* -surus Latium. PANEG. 4 (9), 18, 3 *urbs* non magis feritate Francorum velut -sta desiderat quam si eam ... mare adluens operuisset (*cf. ad imaginem maris supra l. 17*). FIRM. err. 25, 3 si una eademque omnes condicio mortis -ret. PRVD. apoth. 1071 quod morbus, quod dolor -sit (*syn.* rapuit, truncavit). perist. 11, 5 tantos iustorum populos furor impius -sit.

***γ* varia (fere sine notione perdendi):** *spectat ad solis stellarumque ortum, occasum, statum sim.* (*et hauriunt et hauriuntur sidera. cf. etiam p. 2569, 35*): VERG. georg. 4, 427 medium sol igneus orbem -serat ([*i. meridie*]. *cf.* COLVM. 10, 313 cum ... Titan ... -serit ... flammis Lernaei bracchia Cancri [*i. sol intrat signum cancri*]. STAT. Theb. 7, 471 caligantia primus -serat astra dies). OV. trist. 1, 11, 16 (*v. Gundel, De stellarum appellatione ... Romana 1907, 198*) Hyadas seris -serat (auserat, auxerat *varr. ll.*) auster aquis (*cf.* STAT. Theb. 4, 120 Persea neque ... violentior exit amnis humo, cum Taurum et Pliadas -sit [9, 460]). AVIEN. Arat. 906 haec *sidera* vehit Oceanus ... omnia, mersaque rursus -et (1073 *al.*). *de fluminibus*: TAC. Germ. 1^extr.^ septimum os *Danuvii* paludibus -itur. ITIN. Alex. 39 p. 21, 4 quoniam illi *amni* et alii ... amnes -antur. PANEG. 7 (6), 13, 2 ubi *Rhenus* iam plurimos -sit amnes. CLAVD. 3, 184 hinc -iat Histrum *Nereus*, hinc bibat ... Nilum. *de modiorum capacitate*: CARM. de pond. 66 sextarius istum *modium* sedecies -it. *de sumptibus rei*: PLIN. epist. 10, 39, 1 theatrum ... maxima iam parte constructum ... sestertium ... amplius centies -sit. *hyperbolice*: STAT. Theb. 1, 538 pallorque ruborque purpureas -sere genas. 2, 46 prior -it harenas ungula. 4, 699 -it sitis ignea campos (*i. siccat*; 4, 743 Kl. omnia caecis ignibus -sta sedent. HIER. epist. 60, 13, 2 venarum fontes -ret calor [*coniunct.* aestuaret febribus]).

B *incorporaliter* (*cf.* SERV. auct. Aen. 4, 359 -it enim pro 'percipit' ponebant veteres: et ideo qua potissimum parte sensus percipiant adiungunt, 'simul hoc animo -i' (*v. p. 2572, 13*) et '-iat hunc oculis ignem' (*v. p. 2570, 55*) *eqs.* CYPR. epist. 63, 8 p. 707, 12 cum de baptismo loquatur, scriptura divina sitire nos dicit et bibere ..., quia quod avida et sitienti cupiditate suscipitur, plenius et uberius -itur):

1 *animo alqd. (avide) recipere* (*cf. p. 2568, 18. 2569, 65 sqq.*

additur [*cf. etiam p. 2567, 50. 2573, 10*] ab: *l. 38. 49;* de: *l. 43*; ex: *l. 7. 10; adv.: l. 30. 69*): **a *generatim*** (*de corde vel animo in imagine*: HIL. in psalm. 118 phe 5 p. 509, 13 corde ... desiderio ad -endum hiante. RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 146^A^ AVG. in epist. Ioh. 2, 8 BOETH. cons. 2, 1, 7 W. *al.*): CIC. Mil. 10 (orat. 165 QVINT. inst. 9, 3, 83) lex quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa adripuimus, -simus, expressimus *eqs.* rep. 1, 66 *populus* libertatem sitiens -sit ([*cod.* -serit. *Plat. rep. 562^D^ μεθυσθῇ*]. *cf.* LIV. 39, 26, 7 ex diutina siti nimis avide meram -entes libertatem. TAC. hist. 4, 5 e moribus soceri ... libertatem -sit). VERG. Aen. 10, 648 animo spem turbidus -sit inanem (SIL. 12, 408 nimium ... superbi sperata -sisti. *in imagine*: PANEG. 10 (4), 36, 1 *Roma* -it ... ingentis spei fructum). 12, 26 simul hoc animo -i. CIRIS 163 venis -sit sitientibus ignem (*sc. amoris; cf. vol. VII 1, 295, 32*) *Scylla virgo* (OV. met. 10, 252 -it pectore Pygmalion simulati corporis ignes. LVCAN. 10, 71 CLAVD. 10, 1. *cf.* OV. met. 8, 326 flammasque latentes). VAL. MAX. 7, 2 ext. 1 ipsam potius virtutem -rent quam umbram eius consectarentur (PS. QVINT. decl. 3, 18 virtutes ... toto pectore). SEN. dial. 10, 15, 1. 11, 17, 4 epist. 15, 11. 59, 9 illa quae a sapientibus viris reperta sunt ... apertis pectoribus -imus (AVG. civ. 22, 24 p. 612, 9 D. sapientiam. *cf.* TAC. dial. 28. 30^med.^ apud Philonem ... omnes philosophiae partes penitus -sisse [Agr. 4^extr.^ AVG. c. acad. 2, 7, 18 p. 36, 4 MACR. somn. 2, 17, 8]. 31^extr.^ artes -ire [audire *trad.*]. *al.* PS. AVR. VICT. epit. 14, 2 Atheniensium studia moresque -sit *Hadrianus. al.*). 84, 6. 99, 5 adquiescamus iis quae iam -simus, si modo non perforato animo -bamus. 108, 2 non quantum vis, sed quantum capis, -endum est (*cf.* AVG. epist. 140, 43). CVRT. 6, 2, 21 alacritatem et tanti animi spiritus -ire. TAC. Agr. 40^extr.^ tranquillitatem atque otium penitus -sit (auxit *codd.*). AVR. Fronto p. 76, 1 N. TERT. apol. 15, 8 omnem hinc sacramenti nostri ordinem -ite. *al.* CYPR. GALL. lev. 59 dominus votum ... -it. CYPR. ad Donat. 2 p. 4, 18 accipe quod ... nec ... longa agnitione colligitur, sed compendio gratiae maturantis -itur. 4 p. 6, 5 caelitus spiritu -sto (HIL. in psalm. 118 phe 5 p. 509, 22 *spiritus divinus* infantium modo tamquam lac innocens -endum [*cf. p. 2569, 69*]. PRVD. cath. 9, 6 PAVL. NOL. epist. 3, 5 p. 17, 10. *cf.* SEDVL. op. pasch. 1, 1 p. 178, 1. *aliter p. 2570, 28*). 5 p. 7, 12 quantum illuc fidei adferimus, tantum gratiae inundantis -imus (FIRM. err. 8, 3. *cf.* VVLG. prov. 8, 35 salutem a domino. *al.*). *al.* LACT. inst. 5, 1, 8 sanguinem facilius -serint quam verba iustorum (*cf. p. 2568, 46*). FIRM. math. 5 praef. 1 si ... capax ingenium ... praecedentes -serit libros (*cf. p. 2569, 66*). IVVENC. 3, 710 fidem ... meretricum pectora certam -serunt (*cf.* PAVL. NOL. carm. 21, 372). HIL. in Matth. 10, 2 p. 966^C^ (*add.* de). LVCIF. non parc. 4 p. 216, 12 errorum tenebras (*cf.* moriend. 11 p. 306, 29 amentiam. HIER. epist. 15, 4, 4 sacrilegium). PACIAN. sim. carn. p. 113, 3 maledictionis elogium (*cf.* p. 112, 17). *et saepe.* SIDON. epist. 5, 5, 2 -serunt pectora tua euphoniam gentis alienae. CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 21, 9 per sensus corporis corporearum rerum -stis imaginibus (*cf.* 1, 21 p. 71, 18. 24 p. 85, 3 *phantasias* a formis corporum per corporeos sensus -sisset *anima*). *al.* DIG. de conc. dig. 2, 2 nostras -iant institutiones. CORIPP. Ioh. 4, 804 -sisse timorem (auxisse *cod.*). *de persona*: SIL. 1, 345 -stusque medullis *militum* Hannibal exagitat *eqs.*

b *specialia*: ***α* fere i. q. excogitare, animo fingere, imaginari sim.:** VAL. MAX. 1, 7 ext. 1 -sit enim *Hannibal* .., votis suis convenientem imaginem. SEN. Phaedr. 1193 nefas, quod ipsa (*Phaedra*) demens pectore insano -seram, mentita finxi. PLIN. nat. 7, 52 visus, auditus, memoriā -staeque imagines sub ipso conceptu (AVG. anim. 2, 17, 23 p. 358, 18 quae dicta sunt -ire memoria, quid est nisi bibere?). SIL. 8, 135 *Dido* illum infelix -sit, quo munera primum sunt conspecta, diem et convivia mente reduxit. TAC. hist. 1, 51^med.^ *Galbiani* raptus penatium -serant animo. *notione devorandi plus valente i. q. alqa re cogitatione se potiri*: CIC. Phil. 11, 10 quid eum non sorbere animo, quid non -ire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis, in cuius possessiones ... non ... oculos spe et mente defigere? (*cf.* PS. RVFIN. in Am. 6, 13 p. 1088^A^ rebus probate, quod spebus -sistis. OROS. hist. 3, 1, 5 Asiam spe dominationis -serunt).

***β* de voluptatibus fere i. q. delectari, frui:** CIC. Tusc. 5, 16 quem libidinibus inflammatum ... videmus, omnia rabide adpetentem cum inexplebili cupiditate, quoque affluentius voluptates undique -iat (-ret *var. l.*), eo gravius ... sitientem *eqs.* (*cf.* SEN. benef. 7, 2, 2 voluptas fragilis est ..., quo avidius -sta est, citius in contrarium recidens. TAC. hist. 3, 2 insolitas voluptates. APVL. Plat. 2, 16 omnia genera voluptatis. PANEG. 6 [7], 6, 5 LACT. inst. 2, 1, 3). carm. frg. 40 M. (*gr. μετ' ἐρώτων τέρπν' ἐδάην*) haec habeo (*Sardanapalus*) quae edi quaeque exsaturata libido -sit (AVG. civ. 2, 20 p. 79, 8 D. quae libido ... -endo consumpserat). SEN. benef. 7, 3, 2 quidquid cupiditati contingit, penitus -itur et conditur. dial. 6, 10, 4 omne gaudium. LVCAN. 10, 363 amorem. PRVD. psych. 315 amoenas ... inlecebras.

***γ* de molestiis fere i. q. suscipere, pati** (SERV. Aen. 1, 599 'clades -si' id est pertuli. GLOSS. -surum passurum): CIC. dom. 30 utile rei publicae fuit -ire me unum pro omnibus illam indignissimam calamitatem (Tusc. 1, 86). Sest. 63 luctum (*cf.* CLAVD. 15, 38 lugenda Getis et flenda Suebis -simus). Cael. 59 dolorem vel acerbissimum in vita (SIL. 6, 85). VERG. Aen. 4, 383 spero ... supplicia -surum sco-

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pulis *Aenean.* HOR. sat. 1, 2, 79 laboris plus -ire ... quam ex re decerpere fructus (TAC. hist. 3, 84$^{in.}$ quidquid ... laboris ac periculi -sissent. PAVL. NOL. epist. 31, 5 p. 272, 26). STAT. Ach. 1, 667 poenas. FLOR. epit. 2, 20, 8. HIL. in Matth. 33, 6 omne vitium humanae corruptionis -sisset. *Christus* (PAVL. NOL. carm. 26, 200 hominum gessit peccata nec -sit. 31, 142 mortalia cuncta). LVCIF. Athan. 1, 23 p. 107, 15 ad mortem aeternam -endam curras (2, 6 p. 159, 4). PS. RVFIN. in Am. 4, 9 quidquid aerumnarum -sistis. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 229, 13.

2 *indicatur, unde doctrina, ars sim. petatur; saepe cum imagine fontis* (*additur* [*cf. etiam p. 2567, 50. 2572, 1*] ab: *v. infra l. 19. 37. 47. 53*; de: *v. infra l. 36. 41*; ex: *v. infra l. 15. 23 sq. 27. 38. 48 sqq. 55 sqq.*; *abl.*: *v. infra l. 21. 32. 42. 51. 54*; *adv.*: *v. infra l. 26. 31 sq. 46. absolute*: *v. infra l. 17. 40. 57 sqq.*):

a *cum imagine fontis* (*cf. etiam p. 2568, 8 sq. 2568, 61*): *α Musarum fons*: LVCIL. 1008 quantum -ire animus Musarum e fontibus gestit (*cf.* LVCR. 1, 928 = 4, 3 Pieridum peragro loca ...; iuvat integros accedere fontis atque -ire. *v. et infra l. 28*). STAT. Theb. 4, 38 *non* altior ulli mens -sto de fonte venit. silv. 1, 2, 259 sociam doctis -imus ab amnibus undam. AVSON. Mos. 447 totamque solent -ire Aganippen. MART. CAP. 9, 1000 (vers.) Pegaseum gurgitem ... poculo. BOETH. cons. 3 carm. 12, 23 quidquid *Orpheus* praecipuis deae matris fontibus -serat.

β in universum (*per imaginem l. 33*): CIC. Arch. 13 illa ... quae summa sunt, ex quo fonte -iam, sentio. de orat. 1, 12 ceterarum artium studia fere reconditis atque abditis e (*om. plerique codd.*) fontibus -untur, dicendi autem omnis ratio ... in hominum ore et sermone versatur. 1, 203 fontes unde -retis eloquentiam demonstravi. 3, 123 (*add.* ex). epist. 10, 3, 4 ex eisdem te haec -ire fontibus, ex quibus ipse -seram (*i. ex philosophia*). HOR. sat. 2, 4, 95 fontis ... adire remotos atque -ire ... vitae praecepta beatae (*cf. supra l. 17*). VITR. 3, 2, 9 videtur ... effectus operum Hermogenes fecisse reliquisseque fontes, unde posteri possent -ire disciplinarum rationes. 7 praef. 10 *scriptores* copias praeparaverunt, unde nos uti fontibus -entes aquam *eqs.* APVL. flor. 15 p. 59 (*per imaginem*) tot tamque multiiugis calicibus (comitibus *trad.*) disciplinarum toto orbe -stis. TERT. resurr. 63 p. 125, 15 *paracleti* si -seris fontes, nullam poteris sitire doctrinam. AMBR. Isaac 1, 2 (*add.* de). HIER. epist. 22, 22, 1 (*add.* de). 134, 1, 2 de scripturarum -iri fontibus (*cf.* PAVL. NOL. epist. 13, 25 ab ipso fonte veritatis. SVLP. SEV. chron. 1, 1, 6). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 31 ex fonte Graecorum. Orig. in gen. 10, 2 venire ... ad aquas Spiritus sancti et -ire semper. *al.* GREG. M. in Ezech. 1, 5, 16 quod *sancti viri* in publico ... loquentes fundunt, in secreto suo de fonte amoris -unt. *al. nota obi.*: CIC. epist. 6, 6, 9 eodem fonte se -sturum ... laudes suas, e quo sit leviter aspersus. PLIN. epist. 3, 20, 12 quidam ... ad nos quoque velut rivi ex illo benignissimo fonte (*i. curarum principis*) decurrunt, quos et -ire ipsi ... possumus.

b *liberius*: CIC. Caecin. 78 quidquid inde -ias, purum te liquidumque -ire sentias. leg. 1, 17 non ... a praetoris edicto ..., sed penitus ex intima philosophia -endam iuris disciplinam putas (*cf.* part. 79 *eloquentia* ex eodem -sta genere quo *ars disputandi.* FRONTO p. 148, 3 N. *sensus* quos e philosophia -es. ARNOB. nat. 2, 6 p. 51, 20). Brut. 332 *uberrimas artes* quas cum domo -ire non posses, arcessivisti ex urbe ea, quae domus est semper habita doctrinae (*cf.* APVL. apol. 15 cum a Platone philosopho facundiam -sisset *eqs.*). GRATT. 135 *virga turea* suos usus ... natalibus -sit arbitriis. VAL. MAX. 6, 4 pr. ex abundanti copia *exemplorum* ... -iamus. SEN. Med. 904 veteres pectore ex imo impetus ... -i. CVRT. 3, 12, 26 vellem ... Dareus aliquid ex hac indole -sisset. *al. absolute*: CIC. de orat. 3, 72 ex quo promiscue -rent *oratores et philosophi.* TERT. anim. 2 p. 301, 7 visa est quidem *philosophia* sibi et ex sacris, quas putant, litteris -sisse.

II *i. q. ferire, perfodere* (*fort. 'sermonis castrensis' exemplum, v. Kempf, Fleck. Jbb. Suppl. 26, 351. Heraeus, ALL 12, 1902, 268. Birt, RhM. 65, 1910, 351; aliter P. Maas, ALL 12, 1902, 546. cf.* MAR. VICTORIN. defin. p. 37, 3 latus apertum -it 'percutit' [SERV. georg. 3, 105 *al.* ISID. orig. 1, 30, 2. 18, 33, 1 GLOSS. *cf. p. 2567, 27. 32*]. SERV. [auct.] Aen. 10, 314 -it 'ferit' ..., sed non nudum latus, sed quod aperuerat: et putatur hysteronproteron. quidam italicam [militarem *Schoell*] elocutionem putant: cum enim a latere quis aliquem adortus gladio occidit, '-it illum' dicunt):

A *proprie* (*pro obi. habentur membra corporis exc. locis l. 74 sqq. laud.*): QVADRIG. hist. 10 b *Manlius* Hispanico *gladio* pectus *Galli* -sit (*inde, ut videtur*: LIV. 7, 10, 10 ictu ventrem et inguina -sit). LVCR. 5, 1324 latera ac ventres -ibant supter equorum cornibus *tauri.* VERG. Aen. 2, 600 quos ... iam flammae tulerint, inimicus et -serit ensis (*sic de hominibus* [*v. l. 70*]: VAL. FL. 6, 554 peditem. SIL. 7, 584 -surus clausos coniectis undique telis. PS. QVINT. decl. exc. Paris. 11 p. 410, 2 illos. *cf. etiam infra l. 83*). 10, 314 huic gladio ... per tunicam ... latus -it apertum (*cf. l. 73 et* OV. met. 5, 126. 9, 412 cognatumque latus ... -serit ensis. SEN. Ag. 890 CVRT. 7, 2, 27 *al.* SIL. 1, 392. 5, 525). OV. met. 8, 371 femur. 8, 439. LVCAN. 10, 387 iugulus ... -stus (TAC. hist. 1, 41$^{extr.}$ impresso gladio iugulum eius -sisse). STAT. Theb. 8, 586 latebras ... inguinis alte missile ... -sit. 10, 314 terga. *huc fort. refer.* (*de anima*): VERG. catal. 9, 31 animam generi ... pater impius -sit (*i. generum occidit* [*v. Birt ad l. et RhM. 65, 1910, 351*]. *cf.* STAT. Theb. 8, 666 inexpletis ... caedibus -si quinquaginta animas).

B *translate* (*cf.* SERV. Aen. 5, 137): VERG. georg. 3, 105 (= Aen. 5, 137) exultantia ... -it corda pavor pulsans.

part. perf. pass. **haustum,** -ī *n. pro subst. i. q. haustus, -ūs*: OV. trist. 3, 10, 24 nec -ta meri, sed data frusta bibunt.

deriv.: hauritio, hauritor, hauritorius (-um), haustio, ? hausto (*v. l. 36*), haustor, haustrum, haustus. *compos.*: de-, ex-, perhaurio.

haurītio, -ōnis *f. ab* haurire. *i. q. actio hauriendi*: HIER. in Mich. 1, 15 p. 1164^{A} 'Odolla' interpretatur testimonium haustus vel -is eorum, quod in Graeco significantius dicitur μαρτυρία ἀντλήσεως αὐτῶν *eqs.* (*postea* exhaustionis). *cf. Goelzer, Latinité de S. Jérôme 70 sq.*

? PETR. CHRYS. serm. 86 p. 442^{A} Hierosolymitanus fons abundat, cum impellit angelus, non cum sitit **hauritor** (*sic Goelzer, Latinité de S. Jérôme 71,* auditor *Migne*). GLOSS.^{L} II Abav. HA 6 *et* 24 habitor (24 bibitor *aliquot codd.*): hauritor (*'an* bibitur hauritur? [*= III Abstr. HA 19*]' *Lindsay in schedis*).

haurītōrius, -a, -um. *ab* haurire. GLOSS. antlia: rota -a (*vel* exhauritoria), vas -um. girgillus: rota -a.

subst. **haurītōrium,** -ī *n.* [*sard.* oridordzu. *M.-L.*] GLOSS. -um ἀντλητήριον. *i. q. vas ad hauriendam aquam aptum*: ITALA Ioh. 4, 11 (codd. b d l q. PS. AVG. serm. 93, 4. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 25, 10) nec -um (ἄντλημα, *Vulg.* neque in quo haurias habes) habes et puteus altus est (PS. AVG. serm. 93, 17 sine -o aquam ... haurire non poterat. *in imagine*: GAVDENT. serm. 16 p. 958^{A} ego -um verbi non habens, aquam vivam sitientibus vobis ... ministrare non possum. AVG. in euang. Ioh. 15, 14. PS. AVG. serm. 93, 4 non quaerens -um sed ultro se infundens mentibus singulorum). VITA Genov. 7 accipe -um, properans perge ad puteum (*an ex loco supra l. 24 laudato?*). *vertitur gr.* ἐπαρυστήρ: ITALA exod. 25, 38 (Lugd.) -um eius ex auro (*Vulg.* emunctoria).

hausae *v.* hasse. **hauscio** *v.* haud.

(?) GLOSS.^{L} II Abav. AN 41 (*ex Abol.?*) anclat (ant- *trad.*): exantlat (exunt- *trad.*), ⟨h⟩**austat,** ⟨h⟩aurit.

haustio, (-ōnis) *f. ab* haurire. PRISC. gramm. II 122, 2 in '-io' igitur terminantia plerumque a participiis fiunt praeteriti temporis ...: haustus, hausti, -o. GLOSS. -o bibitio.

haustor, -ōris *m. ab* haurire. au-: *l. 44. qui (liquorem) haurit vel bibit*: LVCAN. 9, 591 *Cato* ultimus -r aquae. DRAC. laud. dei 3, 361 hostis erat generis, prolis mors, sanguinis -r. *t. t.*: *qui vinum in dolia condit servus* (*cf. Marquardt-Mau, Privatl. d. Röm. 140*): CIL VI 1785 -bus in cupa una numm(os) XXX. *aquarum* (*cf.* aquarius, aquator): FIRM. math. 8, 29, 6 si .. Mars testimonium perhibuerit, balneatores, si Saturnus, -es aquarum (*aliter 8, 29, 4* aquam hauriens misero laboris onere praegravabitur).

haustrum, -ī *n.* [*cf. c.* haurire. *J. B. H.*] *scribitur semper sine* h (*praeter* GLOSS. V 601, 33 [*Scalig.*]). PRISC. gramm. II 39, 10 pro 'o' 'au', ut '-um' pro 'ostrum'. *de notione*: NON. p. 13 -a proprie dicuntur rotarum cadi (radii *ed. vet.*; *cf.* GLOSS. V 649, 4), ab ⟨h⟩auriendo, sicuti Graece ἀντλία. Lucretius (*v. l. 56*) ... 'fluvios ... videmus' (*cf.* ISID. orig. 20, 15, 1 -a ... id est rota, ab ⟨h⟩auriendo aquam dicta [GLOSS.^{L} I Ansil. AV 412]. GLOSS. V 601, 33). [*errore lapidarii incisum* (*cf. infra l. 72*): CIL V 3683.] *i. q. modiolus machinae ad hauriendam aquam aptae* (*cf. Vitr. 10, 5, 1*): LVCR. 5, 516 fluvios versare rotas atque -a videmus.

***haustus,** -ūs *m. ab* haurire. *aspiratur in titulis*: *v. l. 72. p. 2575, 4 sqq. in codd. antiquissimis*: VERG. georg. 4, 220. 229 FRONTO p. 154, 16 N. DIG. *cod. F* (*v. V. i. R.*). HEGES. 3, 26, 1 (*e sil. edit.*) *M*^{2} (*s. VII*). PRVD. (*e sil. edit.*) *codd. A* (*s. VI*) *B* (*s. VII*): apoth. 387; *A*: apoth. 682 cath. 3, 176. 4, 45 ham. 610: *B*: perist. 10, 718. 984 psych. 431 c. Symm. 1, 126. *notatur*: h (*i.* -um): CIL XIV 864. *de formis*: *dat. sg.* -ui: IVL. VAL. 2, 24 (*v. p. 2575, 52*). GLOSS.^{L} IV dub. Plac. A 16; *gen. plur.* -uum: AMM. 23, 6, 86 (*v. p. 2575, 82*). GLOSS.^{L} III Abstr. HA 22 -um: bibitionem. II Philox. HA 44 -us: ῥόφημα. *al.* NOT. Tir. 66, 48. *legitur apud* CIC. (*semel, v. infra l. 82*). LVCR. (*quater*). VERG. (*bis*). HOR. epist. (*semel*). OV. (5^{ies}). LIV. (*semel*). *al.* (*adamatur* PLIN. nat.). [*dub. trad. vel interpr.*: VERG. georg. 4, 229 -u sparsus aquarum ore (ora *coni.*) fove (fave *var. l.*) *eqs.* PETRON. 123, 184 PRVD. psych. 431. *e coni.* (*cf. supra l. 55*): CIL V 3683 h(uic) m(onumento) i(tum) a(ctum) haust[r]um aquae de puteo (*Mommsen; de forma vulgari vocis q. e.* haustum [= haustus] *cogitavit Jordan, Hermes 7, 1873, 199. Krit. Beitr. 1879, 71 adn.; vix probab.*).]

A *praevalet notio extrahendi vel educendi* (*manu vel instrumento; fere de liquoribus*): 1 *actus hauriendi*: a *t. t.* ICTorum (*cf. M. Voigt, AbhLpz. 1874, 192; Girard-Mayr, Gesch. u. Syst. des r. R. I* [*1908*] *389. v. et s.* haurio *p. 2567, 55*): *i. q. ius hauriendi aquam e fonte vel puteo alieno* (*accedit saepe gen.* aquae): CIC. Caecin. 74 fundus a patre relinqui potest, at usucapio fundi ... a legibus; aquae ductus, -us, iter, actus a patre, sed rata auctoritas ... ab iure civili sumitur. LEX VRSON. (CIL I^{2} 594) 79, 2 ad eos rivos, fontes, lacus ... itus, actus, aquae -us iis item esto qui eum

[Brink]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

agrum habebunt. FRONTIN. aq. 108. POMPON. dig. 8, 6, 17 -um habet. MARCELL. dig. 8, 2, 10 -u relicto iter quoque ad hauriendum praestaretur. VLP. dig. 8, 5, 4, 6 *-us* servitus est (*cf.* PAVL. dig. 39, 3, 17, 4 -ūs servitutem fundo ... imponere). *al.* *(v. V. i. R.)*. *in titulis sepulcralibus sim.*: EPIST. donat. Iren. (CIL VI 10247) 15 (*a. 252*) ad id monumentum itum, aditum, ambitum adque (aquae *Bruns*) -um ... uti liceat. CIL V 3849 accessit iter, actus ad puteum, -us aquae ex suburbano Rutiliano. VI 9404. 17653. XIV 864 in hoc monumento post mortem meam ... it(um), ambit(um), h(austum) permisi. *v. et p. 2574, 72.* **b** *generatim* (*in imagine: l. 11*): MANIL. 2, 52 (*in imagine*) nec capiunt -um *turbae* (*i. non sufficiunt -ui t.*) *fontes Musarum*. COLVM. 1, 5, 1 putealis *aqua* quaeratur in vicino, quae non sit -us profundi. MELA 2, 63 navigantibus ... inter marinas aquas dulcium -us est (*aliter infra l. 23*). PLIN. nat. 19, 60 hortos ... e puteo ... tollenonum -u rigatos (*cf.* IVV. 3, 227 *puteus* facili diffunditur -u). 31, 38 crebro haustu. FRONTIN. aq. 36 *calix* ad latus praetereuntis aquae inversus ..., id est ad -um pronior. VLP. dig. 43, 22, 1, 5 si quis ire ad -um prohibeatur *eqs.* *adde*: LAVS Pis. 28 sine sanguinis -u (*i. sine sanguine effuso*).

2 *de r e hausta: fere i. q. liquor, aqua* (*ea tantum exempla hic collocavi, quae ad B 1 b referri non possunt*): PLIN. nat. 1, 31, 17 per triduum calentes -us (31, 20 sunt ... in Germania fontes calidi trans Rhenum, quorum -us triduo fervet). 2, 227 dulcis -us in mari plurimis locis (4, 79. 6, 51 -um ipsius maris dulcem esse *eqs.* *aliter supra l. 14*). HEGES. 3, 26, 1 p. 233, 20 U. purior -us eius (*lacus*) ac mollior ad usum bibendi. MART. CAP. 1, 92 qualis sit numerus marmoris (*i. maris*) -bus. VEREC. satisfact. 6 palpebris ... cadat dulcis manantibus -us (*de fletu*). *specialia: fere i. q. (maris) aestus*: ITIN. Alex. 51 repente cum flatu violento rediens -us Oceani solito vehementior. *de oleo*: STAT. Theb. 6, 575 Palladios non inscius -us incubuit. *i. q. particula* (*haustae harenae*): OV. met. 13, 526 tibi ... matris contingent fletus peregrinaeque -us harenae (*cf.* STAT. Theb. 10, 427 angusti puero date pulveris -us). *in imagine (de oculis Oedipodis effossis) fere i. q. inferiae, libatio*: SEN. Phoen. 175 timida *manus* tunc parvo caput libavit -u *et* ... eduxit oculos. *metaphorice quasi de fonte lucis ecclesiae*: INSCR. christ. Diehl 55, 7 (= CE 1394) splendificum ... iubar radianti carperet -u, ex quo vivificus fulgur ubiq(ue) fluit.

B *praevalet notio bibendi vel devorandi* (NON. p. 453 bibere recte dicta omnia quae -us habent, ut animalia et terrae. *singulariter fere i. q. voluptas*: APVL. Plat. 2, 4. *devorandi notione debilitata de frigore aquae* [*cf. p. 2569, 20*]: VAL. MAX. 3, 8 ext. 6):

1 *de liquidis*: **a** *i. q. actus bibendi* (*de luna mare 'hauriente'*: PLIN. nat. 2, 213; *de liene*: APVL. Plat. 1, 15): LVCR. 2, 453 papaveris -us itemst facilis quasi (quod *codd.*) aquarum (*ad A 2 [supra l. 20 sqq.] locum refert Bailey, ClRev. 28, 1914, 103, post alios*). OV. fast. 3, 274 saepe, sed exiguis -bus inde bibi (*cf.* VAL. MAX. 2, 6, 8 cupido -u ... traxit potionem. APVL. met. 10, 5 continuo. 10, 16 uno. RVT. NAM. 2, 6 modicis -bus. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 24 potus ... neque maioribus -bus hauriendus. ISID. Goth. 61 chron. II p. 292, 1). VAL. MAX. 3, 6, 6. PHAEDR. 1, 1, 8 a te decurrit ad meos -us liquor (*cf.* IVL. VAL. 2, 24 cum id *poculum* iam -ui admovisset *Alexander*). SEN. nat. 4, 13, 4 hoc quod illa (*natura*) fluere ... omnibus voluit, cuius -um vitae publicum fecit *eqs.* PS. QVINT. decl. 8, 15 p. 159, 29 experiri potionis -us. OPTAT. 6, 1 p. 143, 15. PRVD. perist. 10, 984 *hominis cui lingua desecta erat* -us ... patentes inspice *eqs.* (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 partibus quae -um negant, vel ori vel naribus). CLAVD. MAM. epist. p. 205, 9. *accedit ad gustandi vel gustus notionem*: PLIN. nat. 14, 32 *vitem* non tam fecundam sed gratiorem -u (SOL. 14, 1 Hypanis ... purus et -u saluberrimus. *cf.* PLIN. nat. 5, 13 flumen ... marino -u. PROB. Verg. georg. 1, 18 aquam salsi -us). 31, 40 quae sint -u frigidissimae, non perinde et tactu esse (31, 42 quantum Virgo *rivus* tactu praestat, tantum praestet Marcia -u. CLAVD. carm. min. 26, 31. *cf.* FRONTO p. 154, 16 N. idem *fructus vitis* dulce esu, idem -u iucundum. PANEG. 7 (6), 22, 2 *aquae calentis* ... -u et odore sinceritas).

b *de liquoribus qui bibuntur vel devorantur: i. q. potio sim.* (*fere accedente actionis notione* [*cf. theod. 'Schluck, Trunk'*]):

α proprie: OV. met. 4, 118 (*de veste*) accipe nunc ... nostri ... sanguinis -us (STAT. Theb. 4, 607. SOL. 15, 16 *al.*). 6, 356 -us aquae mihi nectar erit (LIV. 35, 17, 8 Persas cum aquam terramque ab Lacedaemoniis petierint, gleba terrae et -u aquae eguisse [*cf.* CVRT. 3, 10, 8]. VAL. MAX. 1, 8 ext. 18. PLIN. nat. 2, 191 *Pherecydes* -u aquae e puteo praesensisse ... terrae motum. TAC. hist. 2, 49 *med.* *et al.*). 7, 450 pro te ... vota publica suscipimus, Bacchi tibi sumimus -us. SEN. Phoen. 221 laticis. benef. 4, 28, 1 fontium. LVCAN. 3, 345 undarum. 4, 311. PLIN. nat. praef. 24 lactis gallinacei (*cf.* 7, 44 lactis. *al.*). SIL. 13, 576. STAT. silv. 3, 1, 26 nectaris. PS. QVINT. decl. 5, 15 p. 103, 1 cibos, -us ... fames fastidit. 8, 20 p. 164, 25 reficiebatur miser -bus (*cf.* SER. SAMM. 649 NEMES. cyn. 221 *al.*). *al.* SVET. frg. 86 p. 95 veneni. *al.* FIRM. math. 8, 9, 4 poculorum. *et saepe.* *hauriunt inanima*: AMM. 23, 6, 86 *margaritae* pro qualitate -uum figurantur. PRVD. apoth. 682 vice distincta largos lacus accipit -us. PRISC. periheg. 582 lapis *gagates* ardescens -u perfusus aquarum. *β in imagine vel translate*: *in imagine fontis Musarum sim.*: LVCR. 1, 412 largos -us e fontibus magnis lingua meo suavis diti de pectore fundet. HOR. epist. 1, 3, 10 Pindarici fontis qui non expalluit -us, fastidire ... rivos ausus apertos. STAT. Ach. 1, 8 silv. 1, 4, 27. LACT. inst. 1, 1, 22 mittemus eos ad ipsum doctrinae uberrimum ... fontem, cuius -u atque potu conceptam visceribus sitim sedent. OPT. PORF. epist. ad Constant. 3 Castalii fontis -u versifico (MART. CAP. 6, 654 Libethris poetici -us). AVIEN. orb. terr. 262. PAVL. NOL. carm. 15, 44 roris, Christe, tui vivos precor aridus -us. 22, 159. *translate* (*sine imagine fontis*): VAL. MAX. 3, 3 ext. 7 neque *virtus* -um sui cum aliquo personarum discrimine largum malignumve praebet. PLIN. nat. 31, 7 noscatur ... ministeriorum -us ex illa maiestate ingenii *Ciceronis*. QVINT. inst. 12, 2, 31 hinc ... ille iustitiae -us bibat (*cf.* 12, 10, 70 non ex isdem -bus iram et misericordiam petet). CHALC. comm. 176 bonitatis. SYMM. epist. 9, 88 (83), 3 facundiae. *al.* BOETH. cons. 2, 1, 7. 4, 6, 58 W.

2 *de aliis rebus* (*plerumque et actum hauriendi et rem haustam significat* [*cf. theod. 'Schluck, Zug'*]. *de luce solis a luna hausta*: PLIN. nat. 2, 46): **a** *hauriuntur aer, fumus sim.* (-us *fere i. q. spiritus*: *infra l. 30 sqq.*; *de actu respirandi: l. 34*): SEN. Oed. 220 dies (*nom.*) -us ... tutos aetheris puri dabit. Phaedr. 1043 nares *tauri* hiulcis -bus patulae fremunt. nat. 6, 16, 1. CVRT. 5, 5, 19 alium domi esse caeli -um, alium lucis aspectum (*cf.* COD. Theod. 9, 40, 22 [*a. 414*] aurae communis -u et lucis aspectu ... privati sunt). PLIN. nat. 2, 103 tot animalium -us spiritum e sublimi trahit. 26, 30 in singulos -us *fumi* passum gustandum est (*cf.* CAEL. AVR. acut. 3, 3, 15 -u raptae vaporationes). TERT. anim. 32 p. 353, 12 *al.* MACR. Sat. 7, 5, 20 aerem cuius spiramus -u (somn. 2, 5, 23). VINDIC. med. 17 CAEL. AVR. chron. 3, 2, 42. *et al.* *nota*: VAL. MAX. 1, 8, 10 nimius divini spiritūs -us reddentibus *dei responsa* pestifer existit. *fere i. q. spiritus, aer*: VERG. georg. 4, 220 (*ad rem v. Norden, Komm.*[2] *p. 21*) esse apibus partem divinae mentis et -us aetherios. SEN. Oed. 1056 vividos -us ... concipiat. TERT. apol. 22, 5 aer pestilentes -us suos (*i. vaporationes*) obfundit. *de actu respirandi*: PRVD. apoth. 387 quidquid ab arcano vomit ingens spiritus -u. c. Symm. 2, 787.

b *hauriuntur solida* (*ignis: l. 38. hauriunt oculi pulverem: l. 43*): LVCR. 5, 1069 *canes* morsu ... petentes suspensis teneros imitantur dentibus -ūs. SEN. dial. 1, 6, 9 -us ignis cursum animae remeantis interscidit (FLOR. epit. 3, 21, 15 Catulus se ignis -u ludibrio hostium exemit). PLIN. nat. 2, 156 *veneni* facillimo -u. 8, 36 serpentes ... alites -u (*cf. p. 2570, 10*) raptas absorbeant (*cf.* SIL. 6, 198). SIL. 14, 254 correptas sorbentem verticis -u ... puppes ... Charybdim. STAT. silv. 5, 3, 223 lumina pulveris -u (hausti *codd.*) obruit. PANEG. 2 (10), 12, 2 si -u terrae devoretur aut ... in devia saxa rapiatur (PS. QVINT. decl. 12, 28 p. 244, 24 dehisce terra et ... civitatem -u aliquo ad inferos conde. *audacius contrario sensu de terra non devorante sed evomente umbras hominum*: p. 245, 16). CYPR. GALL. num. 358 PELAGON. ind. 33 RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 4, 1. *al.* *de actu sugendi polyporum alicui loco adhaerescentium*: PLIN. nat. 9, 85 *polypi* per bracchia velut acetabulis dispersis (*sc. glutinosis*) -u quodam adhaerescunt. *Brink.*

1. haut (haut-) *v.* haud (haud-). **2. haut** *v.* havat.

[VIRG. gramm. epit. 2 p. 10, 14 si ... *'h' praecesserit* mutam 'c' vel 't' vel 'p', suum sonum non amittit ut **'hcorda'** (cofida *frg. Vindob.*), 'htronus', 'hpalanx'. *cf. p. 2391, 25.*]

1. he (*falisc.*) *v. s.* hīc.

2. he *interiectio.* CLEDON. gramm. V 26, 24 quae ex affectu mentis colligenda sunt, id est quod sonum suum vocalibus misceant, ut 'he', 'ohe', 'vae'. PS. ASPER gramm. V 554, 14 interiectio ... indignantis ut 'he'. *cf. Hofmann, Umgangsspr. 21.*

*3. **he** *subst. indecl.* *quinta littera alphabeti Hebraici* (ה): AMBR. in psalm. 118 serm. 5, 1 p. 82, 7 sequitur quinta littera 'he', quae significat Latine 'est' vel ... 'vivo' (HIER. epist. 30, 5 he: ista). HIER. epist. 20, 3, 3 sciendum ... quia in hoc loco ter dicatur 'anna'; et primum quidem ac secundum eisdem litteris scribitur, aleph, nun, he, tertium vero heth, nun, he. 25, 3 *al.* quaest. hebr. in gen. p. 22, 26. 23, 1 *al.* *H. H.*

hebdomada *v.* hebdomas.

hebdomadālis, -e. *ab* hebdomas. [IREN. 1, 30, 14 *fals. var. l.*] *i. q. ad hebdomadem pertinens*: SIDON. epist. 9, 3, 5 in Lugdunensis ecclesiae dedicatae festis -bus (-madibus *var. l.*).

[IVL. VAL. 3, 16 p. 126, 1 bestiam ... vidimus ..., quam **(h)ebdomadarion** (*P*, ebdomarion *A*) vocant. *de bestiae nomine cogitabant Forcellini et alii, sed rectius Kroll (RhM. 70, 1915, 597) in Graeco exemplo (p. 107, 13 Kr.) εἴδομεν ἑβδομαῖον τὸ θηρίον (δαμεν εὐδομενον ... trad.), i. e. 'septimo die', fuisse suspicatur.*]

hebdomadārius, -ī *m.* (*? pro adi.: p. 2577, 6*). *ab* hebdomas. *saepius scribitur* eb-. **1** *qui per singulas septimanas ieiunium servat* (*cf. p. 2579, 16*): ITIN. [Silv.] 27, 9 maturius fit missa sabbato ... ut citius absolvant hi, quos dicunt hic ⟨heb⟩domadarios. *ibid.* -os ... qui faciunt septimanas. **2** *i. q. monachus qui per unam septimanam aliquo munere fungitur, minister hebdomadis (cf. p. 2579, 36), septimanarius (cf. p. 2577, 4) sim.* (*cf. p. 2579, 30*): HIER. reg. Pachom. praef. 2 habent per ... mona-

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

steria patres et dispensatores et -os ac ministros. reg. Pachom. 13 de -is unius domus non eligentur qui stent in gradu. 14. 24. 64 -us, qui eos *fratres* sequetur, dabit cibos (*cf.* 112 CASSIAN. inst. 4, 20 p. 61, 1. BENED. reg. 38 coquinae -is [*cf. 35 tit.* de septimanariis coquinae]. ISID. reg. monach. 9, 7 -us solus cibos degustet). 129. BENED. reg. 38 tit. de -o lectore (reg. 38 [*v. p. 2576, 77*] frater ... lector [*om. O, del. Wölfflin*] -us). ISID. reg. monach. 20, 2. 20, 3 ad -um pertinet cura ferculorum, ... signum dandi in diurnis officiis *eqs.* 23, 2.

hebdomadicus, (-a, -um), ἑβδομαδικός. *scribitur* ebdomaticus (*cf.* enneaticus *vol. V 2, 601, 33 et v. Liddell-Scott s. v.* ἑβδοματικός). FIRM. math. 4, 20, 3 p. 259, 1 septeni et noveni anni, qui -i a Graecis et enneadici appellantur, gravia pericula hominibus semper indicunt. *al.* (*v. vol. V 2, 601, 35 sqq.*). *Groth.*

***hebdomas,** -adis *f.*, ἑβδομάς *et* **hebdomada,** -ae *f.* (*cf. Stolz-Leumann 261*). *de orig. voc. Graecae*: ISID. orig. 5, 32. *de abbrev.: Lindsay, Notae Lat. 1915 p. 427, 49.* AVELL. p. 619, 4 adn. *de formis*: *acc. sg.* -a: CIC. (*p. 2580, 6*). IREN. (*infra l. 81*). AMBR. *var. l.* (*infra l. 58*). *gen. plur.* -on (*in tit. tantum operis Varr.*): *infra l. 62 sq.* *primae decl.*: *inde a* GELL. TERT.; (?) *vulgariter acc. pro nom.* -as (*cf. Löfstedt, Synt. II 329 sqq.*): HILARIAN. curs. temp. p. 166, 2 CHRON. ed. Frick 17 p. 322, 28. *cf.* TERT. adv. Iud. 8 p. 716 Oe. *cod. A.* *audaciora*: *nom. sg.* (?) -madas: TYCON. 5 p. 59, 5 *RM* (-a *V*); -mades: *infra l. 74.* *de genere*: *masc. et neutr.*: HILARIAN. curs. temp. (*v. Frick in Ind. p. 593*). *de re v. W. H. Roscher, Die Hebdomadenlehre d. gr. Philos. u. Ärzte, AbhLpz. XXIV 1906.* *legitur ap.* VARRONEM CIC. epist. (*p. 2580, 6*). GELL. TERT. *al.* *de ratione quae intercedit inter* '-s' *et* 'septimana' (*occurrit in schedis inde ab* ITALA Lugd. num. 28, 26 *et* deut. 16, 9 sq. [*Vulg.* -s]. COMM. [*cf. Martin, Commodianea 1917, 85*]. VICTORIN. PETAV. ITIN. [Silv.]. *ceterum v. Hofmann, IF 43, 1926, 86*) *v. s.* septimana; *iuxta leguntur*: *p. 2578, 61 sqq. 78. 81. 83. 2579, 4. 23.* [*it.* edima, *raet.* emda; *it.* domada, *francog. vet.* domée. *M.-L.*] [*dub. trad.*: HIER. epist. 36, 2, 1 (*ad Vulg. gen. 4, 15*) sobathaim ioccamo; Aquila: ... 'septempliciter ulciscetur'; Symmachus: ... '-das (*vel* -atas *codd.*; hebdomatos *Vallarsi, edd.*) sive septimus vindicabitur' (ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει, *Vulg.* septuplum punietur. *cf. Hier. quaest. hebr. in gen. p. 9, 18* Symmachus 'septimum'). *item* 36, 4, 1 (-das *codd.*, hebdomatos *Vallarsi*). *e coni.*: CIL VI 30145 (= CE 2105) ⟨sex tulit hebdoma⟩des, annos pos⟨t desuper octo⟩ *suppl. Armini, Sepulcr. lat. 1916, 43* (*cf. p. 2579, 74*); ⟨ru⟩des annos (*sim.*) *suspic. Heraeus.*]

I *in abstracto*: *numerus septenarius* (*saepissime opp.* ogdoadi, *sensu mystico*: *l. 48. 57*): HIL. psalm. instr. 16 p. 14, 3 hoc canticum graduum in quindecim psalmos ex duobus perfectis numeris oportuit convenire, -e ... et ogdoade, id est septimo et octavo numero (HIER. in Mich. 5, 6 p. 1201^{B}. *cf.* AMBR. epist. 44, 5 p. 1138^{A}). 16 p. 14, 5 *lex* in -e est constituta (*cf. ibid. l.* 10 -s legis ... evangeliorum ogdoade [HIER. in Os. 3, 3 p. 843^{C}]. AMBR. epist. 44, 4 p. 1137^{C} -s veteris testamenti ... octava novi [HIER. in Mich. 5, 6 p. 1201^{A} -i; id est veteri ... instrumento]. HIER. in Ezech. 12, 40, 28 patriarchas et prophetas ... apostolos: ... in altero -s, in altero ogdoas sit. *v. et l. 56*). 16 p. 14, 13 -is et ogdoadis numerum (AMBR. Abr. 2, 11, 80 *plur.*). AMBR. epist. 44, 3 p. 1137^{A} haec -s sicut ipsa patris et filii et spiritus sancti venerabilis trinitas *eqs.* 44, 10 p. 1139^{C} celebretur ... -s eo quod per septem aetatum cursus vita hominum usque ad senectutem transcurritur (*cf. p. 2579, 75*). 44, 12 p. 1140^{B} *opp. ogdoas* (*ibid.* 44, 15 p. 1141^{A} *sensu myst.* [*v. et supra l. 43*] *ut*: HIER. epist. 53, 2, 1 CASSIAN. inst. 3, 9, 2 p. 43, 21). Noe 13, 44 p. 441, 24 *al.*

II *in concreto*: *septemplex quiddam*: A *generatim*: *variae res septemplices* (*tit. operis Varr.*: GELL. 3, 10, 1 M. Varro in primo librorum qui inscribuntur -es vel de imaginibus. NON. p. 145, 4 -on I [CHAR. gramm. p. 186, 22 B. SYMM. pater Symm. epist. 1, 2, 2 SYMM. epist. 1, 4, 1]. 528, 23 -um sub imagine Demetri. *v. et l. 69*): VARRO frg. Gell. 3, 10, 17 *Varro* ibi addit se ... ad eum diem septuaginta -as librorum conscripsisse. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 442, 2 totius -is ... expiationem (*antea*: septem maculis capitalium delictorum). CHALC. comm. 37 p. 103, 4 Hippocrates ... in iis *libris* quos de -bus instituit. AVSON. Mos. 307 decimo celebrata volumine Marcei (*Varronis*) -s (*sc. architectorum; v. Ritschl, Opusc. III 512 sq.; cf. l. 60*). AMBR. Noe 12, 39 p. 437, 16 *arcam* inire mundam ... -am (*i. iumentorum mundorum*). PRVD. apoth. 986 *Matthaeus* per sex septena virorum nomina (*i. maiorum Christi*) ... *descendit*. septimus -i (*SPN*, -ae *U*) venit superaddere sextae hunc numerum Christus. APRING. in apoc. 1, 4 -es (*v. supra l. 23*) h⟨a⟩ec (*sc. septem Asiae ecclesiarum*) ... praesentis saeculi signat statum (*antea*: *quia* sex ... diebus fecit deus coelum et terram et in VII° requievit. *cf.* 1, 12 in ista -a mundi [1, 20. 4 praef. 5, 2. 21, 16]. 1, 16 ab exordio huius mundi et -a qua [quam *trad.*] mundus constat [4, 8 *al.*]. *cf. infra l. 82*). *significantur varia in Gnosticorum doctrina* (*fere nominis proprii vi*): TERT. adv. Val. 20 p. 198, 20 *sedes Demiurgi* (23 p. 200, 13. 31 p. 207, 9). IREN. 1, 5, 2 p. 61 -a vocant *Demiurgum*, matrem autem Achamoth Ogdoada (ἑβδομάδα). 1, 14, 6 in -e (*i. mundo. cf. supra l. 77 sq.*). 1, 30, 4 (*apud Ophitas*) *Ialdabaoth et generatio eius* (1, 30, 9). 1, 30, 14 (*v. p. 2576, 69*). *al.*

B *speciatim*: *spatia temporis septemfariam divisa*: 1 *septem dies* (*acced. gen.* dierum [*cf. p. 2579, 54*]: *infra l. 13. 34.* AVG. c. Faust. 32, 3 p. 762, 22. *al.*): a *dies coniunguntur sine relatione ad quendam diem fixum*: ITALA Dan. 10, 2. 3 (Tert. ieiun. 9 p. 284, 28. 30) eram lugens (*Gel.*, legens *B*) per tres -as (VVLG. trium -arum diebus); panem ... non edi ... donec consummarentur tres -es (VVLG. trium -arum dies). TERT. anim. 48 p. 380, 1 Daniel ... trium -um statione caruit victu. HIER. epist. 37, 1, 3 post tres -as. VVLG. Tob. 8, 23 ut duas -as moraretur apud se. RVFIN. hist. mon. 9 p. 423^{B} *Mutius* unam apud *presbyteros* exigens -am, rursus pergit ad eremum atque ibi per septem continuos annos ... degens *eqs.* PS. ORIG. in Iob 3 p. 502^{C} isti viri sederunt apud *Iob* septem diebus et septem noctibus, -a dierum ei assederunt (AVG. c. Faust. 30, 2 p. 749, 7 *plur.* HESYCH. in lev. 8, 31 p. 888^{D}. *v. et supra l. 2*), ex qua -a hoc consummatur saeculum (*cf. p. 2577, 77*). AVELL. p. 642, 27 ante duas -as (MVTIAN. Chrysost. hom. 4, 1 p. 262$^{an.}$). CASS. FEL. 76 p. 184, 5 secundo interiecta una vel duabus -is (-as *c*, -bus *p*) ... ventrem purgabis. SIDON. epist. 1, 7, 12 iudicio vix per -am duplicem comperendinato. *et al.*

b *dies coniuncti referuntur*: α *ad lunae cursus momenta*: GELL. 15, 2, 3 in conviviis iuvenum agitare Athenis -bus lunae sollemne nobis fuit (AVG. epist. 55, 3, 5 p. 175, 4 tertia -e l. pascha celebratur [55, 5, 9. 55, 13, 23]. COMPVT. cod. Col. prol. 8 p. 233). MACR. somn. 1, 6, 60 conversio mensis per lunam ita fit, ut prima sit -as humida, deinde calida *eqs.*

β *ad eventum quendam vitae humanae*: VARRO frg. Gell. 3, 10, 7 *post conceptionem* primis septem diebus ..., post deinde quarta -e ..., septima ... -e, id est nono et quadragesimo die, totus homo in utero absolvitur (*ibid.* 8 CENS. 11, 8 p. 20, 22. 23 MACR. somn. 1, 6, 65). TERT. anim. 39 p. 366, 23 *post partum* per totam -em (*A*, -am *B*) Iunoni mensa proponitur (VVLG. lev. 12, 5 mulier ... si pepererit masculum, immunda erit septem diebus ..., sin autem feminam ..., duabus -bus). HIER. epist. 108, 29, 3 *post mortem S. Paulae* psalmi in ordine personabant, non solum triduo ..., sed per omnem -am. VVLG. gen. 29, 27 imple -am dierum huius copulae (*sc. Liae*) et hanc quoque (*sc. Rachel*) dabo tibi (συντέλεσον ... τὰ ἕβδομα ταύτης. 29, 28).

γ *ad diem statutum consuetudine et moribus hominum*: (I) *apud Iudaeos*: *spatium septem dierum quod nascitur recursu sabbatorum* (*festa*: *v. l. 50*): TERT. anim. 37 p. 364, 1 (*alleg.*) cum septimo mense nativitas plena est facilius quam octavo, honorem sabbati agnoscam ...; concessum est properare nativitati et tamen idonee occurrere in -em (*i. vitam*), in auspicia resurrectionis et requietis et regni (*sc. diei octavi, -e exacta*). AMBR. epist. 74, 5 (*cf. Vulg. exod. 31, 15*) sabbati ... ferias uno die in -e celebrare iussi sunt. *al.* HIER. epist. 64, 9, 1 duodecim panes per singulas -as mensae impositos (VVLG. II par. 23, 8. *v. et infra l. 77*). *al.* AVG. gen. ad litt. 4, 18, 33 p. 116, 16 *octavus dies* primus est, ad quem reditur, a quo rursus -is series ordiatur (*cf.* 4, 27, 44 p. 126, 15 cursu et recursu [pecc. orig. 2, 31, 36 p. 195, 14 *plur.*]. PS. AVG. quaest. test. I 84, 2 p. 144, 16 curriculis). *et al.* *significantur et finiuntur festa Iudaeorum*: HILARIAN. pasch. 6 p. 1109^{C} voluit ... dominus -am paschae a quarta decima plena ad vesperum habere initium, ut illucescente die paschae qui primus est -is eiusdem *eqs.* VVLG. exod. 34, 22 solemnitatem -arum (ἑορτὴν ἑβδομάδων) facies tibi *eqs.* (*sic de pentecoste*: deut. 16, 16 II par. 8, 13. *cf.* HIER. in Is. 2, 3, 3 p. 60^{A} septem -arum ... id est pentecostes ... festivitas. VVLG. lev. 23, 15. 16 num. 28, 26 deut. 16, 9. 16, 10 diem festum. *et al.*). (II) *apud Christianos*: *spatium septem dierum quod nascitur recursu dierum dominicarum, i. q. septimana* ('*Woche*'): (A) *generalia*: AMBR. epist. 23, 12 in alteram -am celebritas paschae est differenda. *al.* PS. AMBR. serm. 15, 2 p. 633^{B} quadragesima ... sex septimanas habet, cui addidit Telesphorus pontifex septimam -am ...; deinde ab aliis addita est octava septimana ..., postmodum vero addita est nona -a. *al.* AMBROSIAST. in I Tim. 3, 13 p. 471^{B} omni ... -a offerendum est, etiam si non cotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in -a (HIER. reg. Pachom. praef. 5. *cf.* DIDASC. apost. 26, 15 frequenter ... nec semel. GREG. M. epist. 13, 30 p. 394, 33 semel aut bis). HIER. epist. 120, 4, 1 'una sabbati' dies dominica intellegenda est, quia omnis -a (-as, -atas *varr. ll.*) in sabbatum et in primam et secundam ... sabbati dividitur, quam ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant (*cf.* ISID. nat. 3, 1 septem feriis constat). AVG. in epist. Ioh. prol. p. 1977$^{init.}$ cum ... cogitarem quid ... per hanc -am vobiscum de scripturis agerem (CASSIAN. conl. 3, 1, 1 per totam [VITAE patr. 7, 42, 4. *at* 5, 15, 11 tota -a *et 3, 199* per totam septimanam]. LIB. pontif. p. 85, 9 per omnem [ISID. reg. monach. 9, 4]. GREG. M. dial. 3, 26 p. 281^{A}. *cf.* CANON. Migne 56 p. 409^{A} per tres. ISID. reg. monach. 11, 1 per singulas [*v. et supra l. 45*]). CASSIAN. inst. 3, 11 -is venturae ieiunia (*antea*: totius septimanae ... observantiam). *al.* LIB. pontif. p. 172, 1 omnem -am sabbato die exeat laetania (*cf.* GREG. M. epist. 11, 31 p. 301, 18 omni -a [BENED. reg. 18 p. 39, 42. *cf. ibid. l. 48* septimanā]). SACR. Leon. 416 hac -e nobis mensis decimi sunt recensenda ieiunia (VITAE patr. 5, 15, 11 [*at 7, 42, 4* septimana hac]. *cf. ibid.* istā [*at 3, 199* hac tota ... septimana *et* 7, 42, 4 hac tota -a]. EVGIPP. Sev. 27, 3 in eadem -e). CASSIOD. var. 3, 51, 7

[*Mehmel*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

septem metis certamen omne (*sc. circense*) peragitur in similitudinem -is reciprocae. *et al.* Ⓑ *significantur anni ecclesiastici tempora: quadragesima*: ITIN. [Silv.] 27, 2 singuli ... dies singularum -arum aguntur sic *eqs.* (*cf. 1* ita ... octo septimanae attenduntur ante pascha). 45, 2 inchoantur octo -ae. HIER. epist. 24, 4, 2 omnes -as ... coniungens (*sc. sine intermissione ieiunans*). -as maior: AMBR. epist. 20, 6 sanctis diebus -is ultimae (23, 13. AVG. epist. 54, 5, 6 quintam feriam u. -is quadragesimae. VICT. TONN. chron. II p. 186, 22 ieiuniorum). SERM. Migne 13 p. 650^{B} haec ... -a ... maior dicitur (RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 171, 18 AVELL. p. 683, 18). HIER. epist. 98, 25, 4 -am salutaris paschae (VITAE patr. 5, 4, 69). 100, 17, 1 -am dominicae passionis. AVELL. p. 619, 4 secunda feria -is authenticae (PRAEDEST. 82 p. 615^{C} a -a paschae). *septem septimanae inter pascha et pentecosten*: HIER. epist. 98, 25, 4 -as sanctae pentecostes (100, 17, 1). PAVL. NOL. carm. 27, 61. Ⓒ *spatia temporis ieiuniis vel similibus exercitiis religiosis destinata (cf. p. 2576, 78. '-as facere' i. q. ieiunare: l. 23)*: TERT. pudic. 20 p. 268, 6 *oportet* de domo hominis nostri in tempore -is (*sc. tempore praeparationis et ieiuniorum ante baptismum*) auferri omnia impedimenta (*explic. alleg. Vulg. lev. 14, 36*). ieiun. 15 p. 293, 18 duas in anno -as xerophagiarum ... offerimus deo. coron. 3 p. 421 Oe. *post baptismum* lavacro quotidiano per totam -em abstinemus. ITIN. [Silv.] 28, 1 non *manducant* per tota septimana ... hi qui faciunt -as (*27, 9 et 28, 3* f. septimanas). HIER. epist. 22, 7, 3 -arum inedia. CASSIAN. inst. 5, 5, 2 -bus protelare ieiunia. *al.* VITAE patr. 5, 5, 38 p. 885^{A} ieiuna tres -as continuas (*seq. acc.*: 5, 10, 44. 109). 5, 10, 109 p. 932^{B} -as eo ordine levando abstinentiam servant. *al.* GREG. TVR. Mart. 3, 56 p. 646, 4 ut per singulos menses una -a ad sanctum templum debeat deservire. *ibid. l. 6* intermissa unius mensis -a. Ⓓ *spatium temporis ministeriis vel muneribus in coenobio fungendis destinatum (cf. p. 2576, 81. fere i. q. ipsum ministerium: l. 37)*: HIER. epist. 22, 35, 4 *mensis* per singulas -as vicissim ministrant (reg. Pachom. praef. 6 reg. Pachom. 21. 27. *cf.* CASSIAN. inst. 4, 19, 1). reg. Pachom. praef. 2 *fratres* in -arum ministerio sibi succedant per ordinem (CASSIAN. inst. 4, 19, 2 -is. *cf.* HIER. reg. Pachom. 12 ministrat -i [15]. 25 minister -is [124]). reg. Pachom. 14 *domus* quae in maiori servit -e; altera est ... minor -s, quae per singulas domos a paucioribus exhibetur. 15 non licebit in alterius -e de alia venire domo (*cf.* VEN. FORT. vita Radeg. 23, 57 extra suam). 25 finita -e (66 completa. ISID. reg. Monach. 20, 2 expleta). 27. 66. CASSIAN. inst. 4, 22 -arum mutua vicissitudo. LIB. pontif. p. 112, 10 hic constituit ad sanctum Petrum apostolum ... -as ut presbyteri manerent propter baptismum et penitentia petentibus. BENED. reg. 38. Ⓔ *feriae ruri in societate amicorum sim. peractae*: SIDON. epist. 2, 9, 10 nos quam primum -is exactae (*ruri apud amicos*) spatia completa votivae restituant esuritioni. BOETH. subst. bon. praef. p. 168, 1 postulas ut ex -bus nostris eius quaestionis obscuritatem ... digeram et paulo evidentius monstrem (*ibid. l. 7* -as vero ego mihi ipse commentor. *Boethium disputationes cum amicis per septimanam habitas significare opinatur Hildebrand, Boeth. u. s. Stellung z. Christentume 1885, 289 sqq.; quae opinio probabilior videtur quam altera Martiani Rotae [Migne 63 p. $546^{med.}$] qui designari putat -um nomine opus quoddam Boethii nobis ignotum et perditum*).

2 *septem anni* (*accedit gen.* annorum [*cf. p. 2578, 2*]: *infra l. 56. 69.* MACR. somn. 1, 6, 72. *al.*): a *in universum*: VARRO frg. Gell. 3, 10, 17 *Varro* ibi addit se quoque iam duodecimam annorum -am ingressum esse. ITALA Dan. 9, 24 (Tert. adv. Iud. 8 p. 715 Oe.) LXX -ae (ἑβδομάδες, VVLG. -es) breviatae sunt super plebem tuam (9, 25 [*ibid.* p. 716] intelleges a profectione sermonis ... usque ad Christum ducem -as [*Acd*, -es *rell.*] ... LXII et dimidiam [ἑβδομάδες, VVLG. -es]. 9, 26. 27 [*ibid*]. *inde*: TERT. adv. Iud. 8 p. 716 sqq. PS. CYPR. pasch. 13 sqq. HILARIAN. curs. temp. p. 166, 2 HIER. vir. ill. 52 AVG. epist. 197, 1. 5 SVLP. SEV. chron. 2, 11, 9. *et al.*). COMM. apol. 834 prophetabit Helias tempore partito, medio -is axe (*ex Vulg. apoc. 11, 3* prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta). FIRM. err. 25, 3 post multa tempora novissimis temporum spatiis, id est novissima paene saeculorum -e, verbum dei se miscuit carni (*cf. l. 59*). AVSON. 258, 5 Claudius -am (-em *G*, ebdomam *T*) duplicem trahit (*cf. l. 71*). VVLG. lev. 25, 8 numerabis ... tibi septem -as annorum (*sim. de anno iubileo*: HIER. in Is. 2, 3, 3 p. 60^{A} GREG. M. moral. 1, 18 p. 535^{A}). PAVL. PELL. 13 altera ab undecima annorum currente meorum. ORIBAS. syn. 5, 14 a quarto decimo anno usque tres -as expedit pueris ut discant studere philosophiam (*v. infra l. 75 sqq.*). CIL VI 16916 (= CE 1227, 2) qui tulit heb⟨domadem et⟩ mensem un⟨um⟩ (*Mommsen. cf. p. 2577, 39*). b *speciatim: in definiendis ordinibus vel gradibus aetatis humanae* (*cf. Solonis frg. 19 D. v. et p. 2577, 55*): VARRO frg. Cens. 14, 6 Etruscis ... libris fatalibus aetatem hominis duodecim -bus discribi (*cf.* FAV. EVL. p. 10, 4 in quinque redigatur -as). CENS. 14, 5 Solonis decem -as. 14, 7 -bus humanam vitam emensi sunt ...; *Solon* ait enim in prima -e dentes homini cadere, in secunda *eqs.* (*cf. ibid.* 14, 9 CHALC. comm. 37 p. 102, 17. 19. 20 AMBR. epist. 44, 11 p. 1146^{A} MACR. somn. 1, 6, 72 MART. CAP. 7, 739). AMBR. epist. 44, 12 p. 1140^{B} ISID. diff. 2, 74 sqq.

III *quod numero septenario, re septemplici efficitur; dies terminantes spatium dierum septem*: A *dies* κρίσιμοι: VARRO frg. Gell. 3, 10, 14 discrimina ... periculorum in morbis maiore vi fieri putat *Varro* in diebus, qui conficiuntur ex numero septenario, eosque dies omnium maxime, ita ut medici appellant, κρισίμους videri: primam -am et secundam et tertiam. CIC. epist. 16, 9, 3 symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam -a (*M*, -am *G*) incideres. B *dies septimus septimanae Iudaeorum (v. p. 2578, 38): i. q. sabbatum (cf. Stephanus, Thes. Gr. ling. III 17^{A}; Niese, Ioseph. Ind. p. 71. huc non spectat* CASSIAN. inst. 3, 9, 2 [*v. p. 2577, 58*]): HEGES. 4, 4, 3 cum supersit -is sacrae dies (*Ios. bell. Iud. 4, 3, 99* ἑβδομὰς ... ἦν). AVG. quaest. hept. 2, 129 p. 173, 28 -is est in eius (*sc. sacerdotii*) inchoatione festivitas.

deriv.: hebdomadalis, hebdomadarius. *Mehmel.*

hebdomaticus *v.* -adicus. (?) **hebdomatos** *v. p. 2577, 35. 38.*

hebefactus, (-a, -um). [*ab* hebes *et* facere, *cf.* stupefacio *sim. J. B. H.*] *i. q. hebes factus, stupefactus (cf. p. 2582, 32)*: VITA Sim. (Migne 73) 16 p. 332^{B} intellexi quia *sanctus* requievit in domino. et -us planxi amarissime (*cf. p. 332^{A}. 332^{C}* pavefactus).

heben- *v.* eben-.

***hebeo,** (-ui, *v. infra l. 25*), -ēre. [*cf.* hebes. *J. B. H.*] *scribitur in codd. hic illic* heu-, eb-, aeb-. *de formis*: MACR. exc. gramm. V 650, 31 sunt quae (*sc. inchoativa*) habent principalis sui personam tertiam, cum prima non exstet: hebesco ⟨a verbo⟩ est -et, -o autem latinum non est (*sim.*: 654, 24. *at v. infra l. 57*). *formae stirpis perf. omnes ad v. q. e.* 'hebesco' *pertinere videntur (cf. p. 2583, 44). de notione*: GLOSS.^{L} III Abol. HE 7 -et: tremit, deficit, stupet (*al.*). V Aa H 83 -ens: stupidus, insipiens, obtusus. I Ansil. HE 8 -et: hebescit et languidior fit. *al.* *inde a* VERG., LIV.

[*dub. trad. vel emend.*: FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 superiorem partem avium ... qui edint, eos palatum ⟨non *suppl. edd. vett.* [*cf. Malcovati II p. 149*], hebetatum *vel* hebes *Hosius, al. al.*⟩ habere (eis p. -ere *coni. Gronov*). PRVD. perist. 7, 78 vis ... nominis *dei*, quam (qua *U*) gentilis habet (-et *var. l.*) stupor (qua ... -et *edd. vett.*, quam ... -et *Bergman*; quam ... habet *Dressel*). *confunditur saepe c.* habeo.]

i. q. obtusum esse: 1 *sensu proprio de acie ferri: i. q. retunsum esse*: LIV. 23, 45, 9 (*verba Hannibalis milites increpantis*) ferrum nunc -et? an dextrae torpent?

2 *sensu translato: i. q. torpere, languere, deficere, stupere sim.*: a *de hominibus*: α *de corpore eiusque partibus (de acie oculorum: infra l. 43)*: VERG. Aen. 5, 396 gelidus tardante senecta sanguis -et frigentque effetae in corpore vires (STAT. Theb. 1, 463 luctu). VAL. FL. 4, 41 corpus -et somno (APVL. Socr. 17 p. 158). CHALC. transl. 45^{D} p. 53, 2 -et (*gr.* ἀποτέμνηται) *lumen oculi* (*cf.* CASSIAN. conl. 23, 6, 1). β *languent mens, sensus, motus animi sim.* (*per translationem de sideribus: infra l. 48*): VAL. FL. 1, 53 olim annis ille ardor -et (7, 156). STAT. Theb. 11, 386 irae. PAVL. NOL. carm. 31, 206 sensus. BOETH. cons. 1 carm. 2, 2 mens. *transfertur ad sidera (aliter infra l. 58)*: MANIL. 2, 386 nulla est haerentibus ... signis gratia; nam consensus -et (habet *trad.*), quia visus ademptus (*'vicina inter se signa mutuis affectibus carent' Housman*). γ *de hominibus ipsis (fere i. q. inertem esse: infra l. 53; stupefactum: infra l. 54; consilii inopem: infra l. 57)*: TAC. Germ. 15 ipsi *viri* (*opp.* feminis) -ent (*cf. antea*: per otium transigunt *eqs.*; nihil agens). AVSON. 69, 7 p. 340 P. quid stolidi ad speciem notae novitatis -etis? (*cf.* VEN. FORT. Mart. 2, 293 *diaboli* ad aspectum sanctus -et [*cf. Sulp. Sev. Mart.: p. 2584, 80*]. 3, 38). CARM. de aegr. Perd. 174 (*verba Hippocratis medici*) medicinae munera cessant. hic animi labor est: -o. b *respicitur splendor (cf. infra l. 63) vel efficacia (cf. supra l. 51) stellarum (aliter supra l. 48)*: LVCAN. 1, 662 Iuppiter occasu premitur, Veneris ... salubre sidus -et (*cf.* 2, 722 Plias. VAL. FL. 5, 370 Arcas). FIRM. math. 6, 21 -ent (habent *trad.*) hexagona viribus, si tropicis ... signis dividantur. c *singulariter de face (cf. supra l. 58)*: STAT. Theb. 11, 93 (*verba Tisiphones*) -et infera caelo taxus (*sc. fax*).

[**heber** *v.* eber.]

***hebes,** -etis (*acc.* -bem: *l. 74*) *adi.* [*orig. inc.; sunt qui comparent gr.* κηφήν *'fucus',* κωφός *'mutus, surdus' sim. J. B. H.*] *scribitur in codd. hic illic*: eb-, haeb-, aeb-, (h)ab- (*saepe*); *saepius* i *pro* e *in 2ª syllaba*. *de formis*: CHAR. gramm. p. 168, 11 B. -s -is, ut militis, segetis. PRISC. gramm. II 240, 13 *inter nomina, quae 'e' servant in genet.*: 'hic' et 'haec' et 'hoc -s -is'. *formae breviores*: *nom.* hebs: GRAMM. suppl. 108, 2 nominativus singularis casus reperitur duplex ...: -s -is et hebs -is, preces precis et prex precis (*v. adn. et cf.* VIRG. gramm. epist. 1 p. 111, 8 H.). *acc.* -bem: ENN. ann. 426 (*testatur Charisius*). CAECIL. *p. 2581, 8 (metro prob.)*. *sing. abl.* (*cf.* PRISC. gramm. II 342, 13 '-s' ab '-e' vel '-i'): -i *inde a* CIC. *semper praeter* CELS. (*p. 2583, 11*). TERT. anim. 25 p. 342, 3. *plur. nom. acc.* -ia: *p. 2581, 15. 2583, 10.* CVRT. 9, 3, 10. *gen.* -um: *p. 2582, 3.* *compar.* -ior: *inde a* CIC.; *superl.*: *p. 2581, 59 (adv. p. 2583, 40)*. *inter communia*: PRISC. gramm. II 156, 14 -s tam de mare quam de femina dicitur. *v. et l. 71.* *pro subst. v. p. 2581, 25. 80 (masc.).* NOT. Tir. 91, 63. *de notione*: PAVL. FEST. p. 100 -s retunsi acuminis. NON. p. 86 crassum positum pro -i et stulto. p. 121 -s positum pro obscuro aut obtuso. SYNON. Cic. Char.

[Groth]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gramm. p. 436 B. adn. obtusus. -s. brutus. frigidus. stupidus. stultus. stolidus. p. 443, 20 fatuus. morosus. insipiens. excors. -s. obtusus. PRISC. gramm. II 156, 14 -s ... significat ... tardus et tarda. GLOSS.[L] II Abav. EU 11 -s: stultus, stupidus (III Abstr. HE 2 *et* 7 amens, morio. *al.*). Philox. HA 19 -s: ἀμβλύς. III Abol. EU 21 -s: gurdus. I Ansil. HE 14 -iores: rusticiores. *al.* *inde ab* ENN., PLAVT., CAECIL. (*singg. locc.: v. p. 2580, 74. infra l. 8. 13.* [*dub. interpr.*: CAECIL. com. 81 subito res reddent hebem (*at cf. infra l. 71*). *conicitur*: *v. p. 2580, 31. confunditur c.* habeo (*saepius*), hebeo *sim.*]

I *proprie de rebus corporeis: i. q. retunsus, non satis acutus:* **A** *de armis, instrumentis sim.* (*in imagine: v. infra l. 14. 17. audacius de ipso ictu: v. infra l. 21 sqq.*): PLAVT. Mil. 53 quingentos ..., ni -s machaera foret, uno ictu occideras. CIC. har. resp. 2 (*v. supra l. 11*) ea tela quae coniecerit inimicus, quam ea quae collega patris emisit, ... -iora esse (CVRT. 4, 16, 18 -ia. *al.*). LVCR. 5, 1274 mucrone (OV. met. 12, 485). OV. ars 3, 589 (*v. supra l. 11*) ponite ... gladios -es, *puellae*: pugnetur acutis. SEN. Herc. O. 152 ferrum (IVV. 11, 140. *cf.* COLVM. 9, 13, 12 ferramentum [*opp.* acutissimo]). COLVM. 4, 24, 21 obtusa ... et -s et mollis falx (*opp.* acutissimis. PLIN. nat. 17, 227). IVV. 8, 137 TERT. anim. 25 p. 342, 3. *nota* (*v. supra l. 12*): OV. met. 12, 85 *Achilles* nil ... profecit acumine *hastae* (*i. nullum vulnus infligentis*) ... utque -i pectus tantummodo contudit ictu (MART. 7, 32, 8 nudi stipitis ictus *rudis* [*cf. Friedlaender, Sittengesch. II[9] 69*]). **B** *de rebus naturae* (*de cornibus lunae: infra l. 27. in imag.: infra l. 30. neutr. pl. pro subst.: infra l. 32*): CIC. ac. frg. 6 cuius (*i. lunae*) et nascentis et insenescentis alias -iora alias acutiora ... cornua. CELS. 8, 1, 16 *ossa* quo latiora ... sunt, hoc -iora (*aliter p. 2583, 10*). PLIN. nat. 8, 8 *elephanti dentis* mucroni parcunt, ne sit proeliis -s. 11, 100 aculei (CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 188, 6 [*v. supra l. 25*] -em facere [*gr. I 1, 4 p. 16, 16* ἀπαμβλῦναι ... τὸ κέντρον] ... aculeum diabolicae malignitatis). QVINT. inst. 2, 12, 8 (*v. supra l. 25*) detrahere doctrinam aliquid, ut limam rudibus et cotes -bus. *aliter infra l. 58. t. t. agrimensorum*: GROM. p. 303, 7 L. si certi ordines *olivarum* sibi convenerint, non est rigor finalis: nam hi duo rigores -es sunt appellati, ⌊quia sine lapidibus sunt⌋ ([⌊ ⌋] *interpol.?*]. LIB. col. II grom. p. 254, 3). **C** *sensu mathematico*: BALB. grom. p. 100, 5 genera angulorum ... rectum, -s, acutum (NIPS. grom. p. 296, 1). 101, 2 -s angulus est plus normalis, hoc est excedens recti anguli positionem (*cf.* NIPS. grom. p. 296, 3 maior ... recto [PS. CENS. frg. 6, 3]). *saepius* (*v. Lachmann, Grom. II p. 497*).

II *translate: fere i. q. obtusus, infirmus, languidus, torpens, vigore naturali carens sim.:* **A** *de hominibus* (*de bestiis: l. 55. p. 2582, 7. 13. 24. 27. 48. 72. 2583, 1*) *deque rebus ad homines pertinentibus*: **1** *de hominibus* (*deis: p. 2582, 11*) *ipsis* (*de exercitu: p. 2582, 9; de infantia [pro ʻinfantesʼ]: infra l. 79. pro subst.: infra l. 80 sqq. v. et supra l. 8*): **a** *i. q. stultus, stolidus, tardus, rudis, non satis eruditus sim.* (*transfertur ad rem corpoream: infra l. 58. syn.*: obtunsus: *infra l. 58. 75*; rudis: *infra l. 62*; impolitus: *infra l. 65*; tardus: *infra l. 67 al.*; stultus: *l. 68. p. 2582, 3*; ineptus: *infra l. 68. p. 2582, 1. et al. opp.*: prudens: *infra l. 57*; eruditus: *infra l. 64*; acutus: *infra l. 69. 80. p. 2582, 2. et al.* -s linguā: *infra l. 73. nota structuram ʻnon tam -es, ut ...ʼ [sim.]: infra l. 65 sqq.*): ACC. praetext. 32 vide, ne quem tu esse -em deputes aeque ac pecus, is sapientia munitum pectus ... gerat (COMM. apol. 33 quid -es [qui deb- *M*] morimur *eqs.* si nihil inquiras, hoc est beluarum adesse [*opp.* prudentes]. ARNOB. nat. 2, 22 p. 66, 12 omni pecore ligno saxo [*v. supra l. 49*] obtunsior atque -ior. PRVD. c. Symm. 2, 325. *cf.* PLIN. nat. 9, 90 tanta sollertia animalium -issimis quoque est [*agitur de polypis*]. APVL. met. 10, 15 *asini*. VAL. CEM. hom. 6, 5 p. 711[D] *feras*). CIC. de orat. 1, 248 in communi vita et vulgari hominum consuetudine non -em nec rudem *esse* (div. 2, 103 Epicurum quem -em et rudem dicere solent Stoici. *cf.* de orat. 2, 72 *syn.* inexercitato. 2, 133 genus ... eorum, qui sibi eruditi videntur: -s atque impolitum). Tusc. 1, 12 non sum ita -s, ut istud dicam (*cf.* SEN. nat. 2, 42, 2 non ... tam -es ..., ut crederent [TAC. ann. 14, 11]. 7, 1, 1 nemo usque eo tardus et -s ... est, ut *eqs.* epist. 45, 8 [*syn.* stultus, ineptus]. QVINT. inst. 4, 2, 66. *al.*; *adde*: LIV. 32, 20, 6 cum ... nemo tam -s sit, qui ignorare possit [*cf. p. 2582, 14*]). fat. 9 acuti -esne, valentes imbecilline simus. Att. 9, 17, 2 tu ... cogita, quid deinde; nam me -em molestiae reddiderunt (*an ad b?*). CAEL. Cic. epist. 8, 13, 1 -s ad id, quod melius sit, intellegendum. PS. SALL. rep. 2, 9, 1 *M. Bibulus* -s linguā (*postea: 2* lingua vana, *3* ingenium ... loquax). OV. met. 13, 135 *Aiax* (*opp.* ingenium *Ulixis*). SEN. epist. 95, 36 illis ... -bus et obtusis aut mala consuetudine obsessis. CVRT. 7, 4, 10 in suo quisque negotio -ior est quam in alieno. PLIN. nat. 7, 76 Euthymenis filium ... sensu -em (*aliter p. 2582, 20*). *et al.*; *nota* (*v. supra l. 46*): TERT. anim. 19 p. 332, 2 *Christus* nec pueritiam nec infantiam -es pronuntiavit (*antea*: non habens animum ... intellectum). *masc. pro subst.*: CIC. Tusc. 4, 32 inter acutos ... et inter -es interest, quod ingeniosi ... in morbum ... incidunt tardius ..., -es non item (GREG. M. moral. 6, 12 p. 735[C]. *ibid.* p. 736[A]). nat. deor. 2, 6 visae formae deorum quemvis ... non -em ... deos praesentes esse confiteri coegerunt. PLIN. nat. 2, 141. QVINT. inst. 1, 1, 2 (*syn.* indociles). GELL. 18, 4, 10 *app.* ineptos. TERT. anim. 20 p. 332, 17 Thebis -es et brutos nasci (*opp.* Athenis sapiendi dicendique acutissimos. *cf.* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 241). IREN. 4, 19, 1 p. 620 St. stultorum et -um. *al.*

b *i. q. lassus, iners, non satis ad agendum promptus, segnis sim.* (*de deis [in doctr. Epicur.]: infra l. 11*): CIC. Brut. 246 *M. Pontidius non* -s in causis, vel dicam plus etiam quam non -s, sed effervescens in dicendo stomacho (COLVM. 6, 36, 3 *admissarius* -s in voluptate, rarissime sollicitatur ad venerem). SALL. Iug. 54, 3 exercitum ... -em infirmumque (*cf.* TAC. hist. 2, 99 ad sustinendum laborem miles; *opp.* promptior). SEN. benef. 7, 31, 3 (*Epic. frg. 364 p. 243, 10 U.*) *alius deos* ... ignavos -esque sine luce, sine ullo opere destituit (*sim.* TERT. adv. Marc. 5, 19 p. 645, 12). TERT. pall. 3 p. 927 Oe. *chamaeleon* -s, fessus (*cf.* EVSTATH. Bas. hex. 9, 3 p. 958[B] asini [*gr.* νωθής]). MVTIAN. Chrysost. hom. 32, 2 p. 437/8 nullus ... tam -s (*antea*: neglegens ... et segne; *gr. p. 220* νωθής) erat ..., qui ... non esset ... in superiora sublatus (*cf. p. 2581, 69*). *de animo, mente* (*aliter v. infra l. 36*): PS. SALL. rep. 1, 8, 2 *animo conviviis vexato* nequiquam ... -i atque claudo pro exercito uti volunt. PRVD. c. Symm. 2, 103 vim ... mentis (*aliter infra l. 54*).

c *respiciuntur vitia sensuum* (*oculorum: infra l. 23 sq. fere i. q. mutus: infra l. 28; sensus expers [sim.]: infra l. 26*): CIC. ac. frg. 18 mihi ... non modo ad sapientiam caeci videmur, sed ad ea ipsa, quae aliqua ex parte cerni videantur, -es et obtunsi (*cf.* PLIN. nat. 11, 94 *cicadae* oculis ... -es [APVL. apol. 43 Thallus]). GELL. 4, 19, 1 (*ex Varronis logistor.*) pueros impubes ..., si plurimo cibo ... uterentur, -iores fieri ad veterni usque aut eluci tarditatem (*cf.* CHIRON 287 *iumentum* -s fiet, non suae mentis erit [294]). VEN. FORT. Mart. 4, 30 genitam ... ex utero mutam ... sex geminos graviter -em sine voce per annos. *huc traham*: ANTH. 148, 8 cunnum (*v. app. crit.*; turdum *Baehrens*) ... caballae atterit assiduo pene fututor -s (*cf. infra l. 75*).

d *i. q. stupefactus, attonitus*: ITALA Marc. 16, 5 (cod. k) *mulieres* -es factae sunt ([ἐξεθαμβήθησαν, *Vulg.* obstupuerunt]. RVRIC. epist. 2, 65 p. 442, 7 metu. *cf.* GREG. TVR. Franc. 2, 23 p. 86, 12 coepi -s effectus titubare prae metu [10, 24 p. 436, 14]).

2 *de animo sim.* (*v. et supra l. 16*): **a** *spectatur facultas intellegendi* (*cf. p. 2581, 47. reminiscendi: infra l. 41*) *vel (singulariter) sentiendi* (*infra l. 51 [vertitur gr.* ἀνάλγητος]): CIC. Phil. 10, 17 (*ironice*) *Pansa* -i ... ingenio est (Tusc. 5, 45 *app.* nullo. nat. deor. 2, 17 [*plur.*]. SEN. epist. 94, 30 alium ... ingenii mobilis et erecti, alium tardi et -is. *al.*). de orat. 2, 357 (*v. supra l. 37*) tam -i *memoria* (*opp.* acri. *cf.* APVL. apol. 43 *divinatio* nulla oblivione saucia et -s). LVCR. 4, 44 (= 5, 882) quamvis -i cognoscere corde (VAL. MAX. 6, 9, 1 Manlius Torquatus *adulescens* ... -is atque obtusi cordis ... existimatus [*cf. infra l. 46*]. HIER. epist. 27, 1, 2 *syn.* crassae rusticitatis. *al.*). SEN. benef. 3, 37, 4 ob adulescentiam brutam et -em *Manlii Torquati* (*cf. supra l. 44*). dial. 7, 5, 2 homines, quos in numerum pecorum (*cf. p. 2581, 44*) ... redegit -s natura et ignoratio sui (HIL. trin. 1, 22 p. 29[C]). epist. 71, 14 mens (RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 5 p. 20, 16 K. *syn.* obtusior). GELL. 1, 26, 10 (*ex Tauro philosopho*) aliud ... esse non iracundum, aliud ἀνάλγητον et ἀναίσθητον, id est -em et stupentem *animum* (*v. supra l. 38. aliter*: AVG. gen. ad litt. 8, 1 p. 231, 9. *al.*). APVL. met. 8, 23 in -i pigritia ferocem *asinum*. HIL. trin. 10, 53 p. 385[C] stupor -is desipientiae (*cf.* PRVD. ham. 61 vim mentis -s stupor obsidet [*aliter supra l. 19*]). *al.* **b** *de modo dicendi, scribendi, ratiocinandi*: CIC. fin. 2, 17 *rhetorica forensis*, quam necesse est, cum populariter loquatur, esse interdum paulo -iorem. 4, 50 illud ... minime consectarium, sed in primis -s *est* (*cf.* PLIN. nat. 2, 119 veteres quattuor ... servavere *ventos* ... -i ... ratione). QVINT. inst. 8, 3, 49 (*de elocutione*) quaedam -s (habet *trad.*), sordida, ... vilis oratio est (*opp.* acuto). HIER. hom. Orig. in Luc. prol. p. 1, 5 R. *commentarius* sensibus -s ... et verbis. AVG. catech. rud. 2, 3 p. 18 Ch. languidior fit ... sermo et -ior. epist. 237, 3 p. 527, 16 expositione. **c** *singulariter de affectu*: CIC. Att. 8, 3, 4 nullus apertus privatorum dolor (*fere i. q. cura*), bonorum autem ... aliquis, sed -s.

3 *de sensibus* (*syn.*: infirmus: *infra l. 79*; obscurus: *p. 2583, 5*; obtunsus: *infra l. 72*; tardus: *infra l. 71. 73. opp.*: acer *infra l. 79. p. 2583, 5*; acutus: *p. 2583, 5*; subtilior: *infra l. 73*): **a** *varia* (*de gustu: infra l. 76*): CIC. rep. 6, 19 (*cf. p. 2583, 3*) aures hominum obsurduerunt; nec est ullus -ior sensus in vobis (ac. 1, 31 sensus ... omnes -es et tardos esse arbitrabantur *philosophi* [SEN. epist. 124, 4 sensus obtunsa res et -s et in homine quam in aliis animalibus tardior]. PLIN. nat. 31, 15 fontem ... quo *sensus* -es fiant [*opp.* subtiliores]. BOETH. cons. 5 carm. 5, 9). OV. ars 3, 799 infelix, cui torpet -s locus ille, puellast, quo pariter debent femina virque frui (*cf. supra l. 30*). Pont. 1, 10, 7 os -s est, positaeque movent fastidia mensae. **b** *de oculis* (*hebetatur acies: infra l. 78 sqq. [in imag.: infra l. 80]*): CIC. fin. 4, 65 -s acies est cuipiam oculorum, corpore alius senescit (SEN. nat. 1, 3, 7 [*syn.* infirma]. 7, 11, 3 acrior ... aut -ior. SVET. Dom. 18, 1. *cf.* CIC. Tusc. 3, 33 *ratio* -em aciem ad miserias contemplandas facit). LIV. 5, 18, 4 sensus oculorum atque aurium (*cf. p. 2583, 3*) -es. SEN. Herc. f. 653 torpet acies luminum -esque visus vix diem insuetum ferunt (epist. 90, 28 ad spectacula tam magna. EVSTATH. Bas. hex. 8, 1, p. 945[C] [*gr.* ὁρῶσιν ἀμβλύ]). COLVM.

[Groth]

6, 6, 1 oculi (PLIN. nat. 8, 87 *serpentis*. 10, 34 *nocturnarum avium* interdiu. 11, 144 *Neronis* [SVET. Nero 51]. *al.*). APVL. flor. 2 p. 7 obtutum (Socr. 4 p. 128). PRVD. apoth. 20. c *de auribus*: CIC. Planc. 66 sensi populi Romani aures -iores, oculos autem esse acres atque acutos. MACR. Sat. 7, 9, 5 -ior auditus, visus obscurior. *v. et p. 2582, 69. 81.*

4 *de corpore eiusque partibus*: CELS. 2, 1, 5 gracile corpus infirmum, obesum -s est (*i. remissum. cf.* 2, 1, 11 auster ... totum c. efficit -s, ... languidum. 2, 14, 2 [*inde*: ORIBAS. syn. 1, 4 p. 805 *syn.* demissum]). 6, 15, 4 gingivarum ... ossa ... -ia (*i. invalida. aliter p. 2581, 28*). 7, 3, 2 carne -e nec firma (*sic de carne aegra, supercrescente sim.* [*cf. Anke, Philologus 32, 1873, 403 sq.*]: 7, 6, 2. 7, 13, 1). 7, 29, 6 *infantis emortui* -i corpusculo (*i. putrescente*). APVL. met. 2, 30 -es artus et membra frigida (*i. torpentes*). HIL. trin. 10, 14 p. 352^{A}.

B *de aliis rebus*:

1 *ad sensus pervenientibus*: a *spectatur sonus*: CIC. orat. 216 spondius ... quod est e longis duabus, -ior videtur et tardior. QVINT. inst. 1, 11, 4 quasdam *litteras* velut acriores parum efficimus et aliis ... quasi -ioribus permutamus. b *color, splendor*: OV. fast. 5, 365 nec flos est -i nec flamma colore (PLIN. nat. 37, 76 *berylli* [*v. app. crit.*]). PLIN. nat. 37, 98 *carbunculos lapides* -iores, in aceto maceratos ..., nitescere (*cf.* 37, 134 fieri ... -es ceraunias [*syn.* relanguescat]. PRVD. psych. 857 chalcedon. *v. et* PLIN. *l. 20*). STAT. Ach. 2, 3. AVIEN. Arat. 252 -s ollis (*sideribus*) ignis et obtunso marcent incendia crine (*sic de stellis*: 455 lux [1749]. 939 species. *al.*). c *calor*: SEN. nat. 1, 11, 2 *radii* (*i. parhelia*) nihil habent ardoris, -es et languidi. AVIEN. orb. terr. 62 ardor Titanius (*i. solis*). d *sapor*: COLVM. 3, 2, 24 gustu[s] non ... -s (habilis *trad.*) *vinum* (*cf. vol. I 1814, 74*). e *odor*: PLIN. nat. 21, 67 orsini utraque genera, unum -s, alterum odoratum.

2 *singulariter*: HIL. trin. 6, 12 p. 166^{C} materies -es (*cf. antea* nihil corporale ..., nihil inanimum; *opp.* virtus, vita ..., spiritus) natura illa *dei* non recipit.

structurae: in (*c. abl.*): *p. 2581, 76. 2582, 6.* ad: *p. 2581, 72. 2582, 9. 80. 83.* *abl. (resp.)*: *ex. gr. p. 2581, 77. 2582, 24. 61.* -em facio: *p. 2581, 30. 2582, 80*; efficio: *supra l. 9*; reddo: *p. 2581, 8. 71.* -s fio (*sim.*): *p. 2582, 26. 27. 33. supra l. 22.*

deriv.: hebefactus, hebeo, hebesco, hebetesco, hebeto, hebetudo, hebetus, hebitas.

adv. superl. **hebetissimē.** *i. q. stultissime*: IVL. Aug. c. Iul. op. imperf. 5, 25 p. 1462 -e *calumniari.*

***hebēsco**, -uī (*v. infra l. 44*), -ere. *ab* hebeo. *scribitur in codd. hic illic* eb-, (h)ab-, haeb-; i *saepe in 2ª syllaba.* *de formis*: MACR. exc. gramm. (*v. p. 2580, 22*). *formae stirpis perf.* (*cf. p. 2580, 25*): *infra l. 66. 67. 83.* *adde*: GLOSS. V 286, 57. CHAR. gramm. p. 468, 14 B. *inter* verba quae voce tantum activa proferuntur latine, apud Graecos autem passivam significationem habent. *de notione*: CHAR. gramm. p. 403, 7 B. -it et hebetescit. -it qui natura obstupescit, hebetescit qui amittit aciem (*al.* GLOSS.). GLOSS.^{L} II Philox. HA 11 -ere: ἀμβλύνεσθαι (*al.*). V Aa H 67 -it: obtundit⟨ur⟩, percutit⟨ur⟩ (*al.*). Corp. H 55 -bat: stultus factus ⟨est⟩. *al.* *inde a* CIC., LVCR. [*dub.* GLOSS. I 247 ebesco: ἀγοράζω. '*fort. contaminatum* (emo *sim.*)' *Her.*]

i. q. hebetem fieri, hebere incipere (*nota structuram* '-ere ... coepit' *p. 2584, 2*; *aliter v. l. 76*):

A *sensu proprio de re corporea*: *i. q. aciem amittere, retundi*: AMM. 16, 12, 54 acumina *gladiorum* densis ictibus -bant.

B *sensu translato* (*propria vigente notione de acie*: *v. infra l. 72. 73. 75. 81*): *fere i. q. torpescere, languescere sim.*: 1 *de hominibus deque rebus ad homines pertinentibus*: a *de hominibus ipsis* (*de humana infirmitate*: *infra l. 68*): α *i. q. lassum, inertem, pigrum fieri*: CIC. ac. 2, 6 *in otio nostro* non modo nosmet ipsos -ere et languere nolumus, sed ... enitimur. TAC. hist. 2, 77 *victos* ultionis cupiditas ad virtutem accendit; illi *victores* per fastidium ... -unt. ann. 3, 69. β *i. q. stupescere* (*accedit* de: *infra l. 70*): HIL. c. Const. 14 p. 593^{A} haec audiens -ui neque credidi. CLAVD. DON. Aen. 12, 160 p. 573, 18 *Iuturna* sic vulneratione mentis -uerat, ut ... consilii substantiam perdidisset. AVG. serm. 291, 2 p. 1317$^{in.}$ -it humana infirmitas. coll. Morin (1930) p. 329, 14 util. cred. 16, 34 p. 44, 14. OROS. hist. 2, 11, 8 de quo nunc -imus *numero*. 4, 4, 5. b *de mente, animo sim.* (*de auctoritate*: *infra l. 72*; *virtute*: *infra l. 75*): CIC. Catil. 1, 4 patimur -ere aciem horum (*i. senatūs*) auctoritatis. Tusc. 1, 73 *solem intuentes aspectum amittunt*; sic mentis acies se ipsa intuens ... -it (*cf.* phil. frg. V 97 M. intelligentiam, quae est mentis acies. VAL. MAX. 9, 12 ext. 10). SALL. Catil. 12, 1 -ere virtus, paupertas probro haberi ... coepit (*v. supra l. 55*). RVFIN. hist. 10, 11 p. 975, 28 EVSTATH. Bas. hex. 8, 7 p. 953^{B}. c *de sensibus* (*de oculis*: *infra l. 81*), *membris sim.*: PLIN. nat. 7, 168 -unt sensus, membra torpent (EVG. TOLET. carm. 14, 14). SIL. 8, 20 *Celtae* maerebant caede sine ulla ... bella geri *et* ... -ere dextras. SVET. Tib. 68, 2 *oculi Tiberii* -bant (*cf.* NOVATIAN. trin. 2 p. 890^{B} oculorum acies). CLAVD. DON. Aen. 12, 905 p. 636, 24 quemadmodum in Turno omnia -uissent, ... ictus ... monstrabat (12, 910 p. 637, 6). HIER. in Is. 24, 19 sq. p. 286^{C} nervis. EVSTATH. Bas. hex. 3, 3 p. 893^{B} auditus.

2 *de aliis rebus*: LVCR. 4, 359 cogit -ere eum (*ictum*) crebris offensibus aer. SIL. 12, 653 (*cf. p. 2583, 54*) fulgor -ere caeli ... coepit (*cf.* TAC. ann. 1, 30 adversus impios -ere sidera [*cf. p. 2580, 58*]). AVIEN. Arat. 37 ut -at terra gelu.

hebetātio, -ōnis *f.* *ab* hebeto. *i. q. imbecillitas, infirmitas, languor* (*cf. infra l. 8*), *segnitia* (*infra l. 12*) *sim.*: SEN. dial. 9, 17, 5 nascitur ex assiduitate laborum animorum -o quaedam et languor. PLIN. nat. 28, 58 *venus* medetur ... oculorum -i (habi- *E*). ITALA deut. 28, 28 (Monac.) percutiet te d(o)m(inu)s apoplexi et c⟨aec⟩itate ⟨et⟩ heb⟨e⟩tatio⟨ne⟩ s⟨en⟩sus (*Lugd.* amentia s.; *gr.* ἐκστάσει διανοίας, *Vulg.* furore mentis). OROS. hist. 4, 23, 10 cur *Romani* Christianis temporibus imputant -em ac robiginem suam, qua foris crassi, intus exesi sunt.

i. q. dimidius circulus, semicirculus (PS. CENS. frg. 7, 2 -um [-lum *DV*] circuli dimidium *est.* MART. CAP. 6, 711 -um est figura, quae diametro et peripheria media, quam eadem diametros distinguit, continetur): 1 *generalia*: VITR. 5, 1, 8 (*de struct. cf. Wistrand, Vitruvius-Studier 1933, 93*) tribunal ... -i (-lyi *S*) schematis minoris curvatura formatum; eius ... -i in fronte est intervallum pedes XLVI (*in architectura ut: ibid.* -um. 5, 7, 1 in cornibus -i centra signantur. PLIN. epist. 5, 6, 33 rectus ... hippodromi limes in extrema parte -o frangitur. SIDON. epist. 2, 2, 4 solii [*i. alvei; cf. Blümner, Privataltert. 424, 13*] capacis -o). 9, 7, 3 per centrum perducendum, ut aequa duo -a sint divisa (*sic in descriptione horologii solarii* [*ad rem v. Bilfinger, Zeitmesser d. ant. Völker, Stuttgart 1886, 23 sqq.*]: 9, 7, 5 describantur -a, quorum unum erit aestivum, alterum hibernum [9, 7, 6 *bis. cf. infra l. 10*]. CET. FAV. 29 p. 282, 13 K. [sem- *vp*]). CHALC. comm. 326 p. 350, 13 triangulorum, quadratorum, -i, circuli. PS. AVG. categ. 21 p. 1440. MART. CAP. 6, 638 lunata ... et quodam -o in promunturium ... circumfertur Italia. *terrae, caeli sim.*: SERV. georg. 1, 100 p. 156, 10 annus olim in duas tantum partes dividebatur ..., in duo hemisphaeria: ... *autumnale et hiemale tempus* pro uno habebantur secundum -ii (-li *var. l.*) rationem, ut diximus (*cf. supra l. 3*). 4, 64 -is caeli, quibus cingitur terra (AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 20, 1). HYG. astr. 1 praef. p. 21, 5 quare non essent in sphaera superiora inferioribus -i⟨is⟩ (*cf. Kauffmann, De Hyg. mem. XLIII*) aequalia. MART. CAP. 6, 603 terra duas sibi partes -orum (-lorum *C*) quadam diversitate dispescit, ... supernatem ... et .. infernatem.

2 *specialia*: a *i. q. sellae semicirculi formam habentes* (*ad rem v. Schneider, RE VIII 243*): CIC. Lael. 2 *Scaevolam* domi in -o sedentem. *in foro positae* (*i. q. 'exedra'?*): SVET. gramm. 17 *Verrius Flaccus* statuam habet Praeneste in inferiore fori parte circa (contra *var. l.; cf. Schanz-Hosius II 362*) -um (-lum *L*), in quo fastos a se ordinatos et marmoreo parieti incisos publicarat. b *genus horologii solarii* (*ad rem v. Schneider l. c.; Rehm, ibid. 2419; Diels, Antike Technik² 168*): VITR. 9, 8, 1 -um excavatum ex quadrato ad enclimaque succisum Berosus ... dicitur invenisse. CET. FAV. 29 p. 281, 12 K. multa ... genera sunt horologiorum, sed ... -ii magis aperta ... ratio videtur. *ibid.* p. 282, 2 horologium quod -on appellatur.

hēmicyclius, -a, -um (-on), ἡμικύκλιος. *i. q. semicirculi formam habens*: CET. FAV. 29 p. 282, 7 K. (*cf. supra l. 1 sqq.*) quae *rotunditas* cavata introrsus -o⟨n⟩ (sem- *p*) faciat schema (*an* [*subst.*] hemicyli[o]?; *cf. p. 2601, 79*). *comp.*: GROM. p. 344, 16 terminos -iores (emicic- *trad.*) vocavimus hos quos in capitibus centuriarum sub terra posuimus.

[**hēmicyclus**, -ī *m.* *v. varr. ll. et gen. p. 2601, 73 sq.*]

[VITR. 9 praef. 14 Archytas **hēmicylindrōrum** descriptionibus *explicavit. sic edd. ante Krohn* (*cf. Eutoc. ad Archim. sph. cycl. 2 p. 90, 6 H.*); cylindrorum *codd., Krohn* (*v. et vol. IV 1586, 44*).]

hēmidexius, -a, -um, *ἡμιδέξιος. *neutr. pro subst. (sc. metrum)*: *l. 42 sqq.* [*falso trad.*: SACERD. gramm. VI 515, 3. 6.] *t. t. metr.*: SACERD. gramm. VI 502, 11 dactylicum metrum ... dividitur in species XVII: ... trimetras quattuor, -am, glyconiam, Pherecratiam, tertiam trochaicam. 514, 28 de -o trimetro acatalecto dactylico (514, 28. 515, 2 -um t. d. schemata habet octo. 544, 15 *metro q. e. Archebulium hemiepes* addita syllaba faciet -um t.).

hēmiepes, *abl.* -ī (*l. 48*) *n.*, *ἡμιεπές. *litt. gr.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 119, 4. *t. t. metr.* (*ad rem v. Schroeder, Nomenclator. de caesura versus heroici: l. 52*): SACERD. gramm. VI 544, 11 de Archebulio -i. Archebulium -es constat duobus dactylis et spondeo. MAR. VICTORIN. gramm. VI 73, 10 trimetrus *dactylicus* ... acatalectus, qui e tribus, ut 'cui non dictus Hylas puer', hoc -es dicitur. PRISC. gramm. III 460, 15 (*v. l. 47*) quarta ... bucolica magis passio est, sicut -es (*G*, hemip- *C*, semip- *S*) et quarta trochaica et quae inveniuntur per singulos pedes.

hēmigrān- *v.* hemicran-. *Groth-H. H.*

ˣ**hēmīna**, -ae *f.*, ἡμίνα. *in codd. passim scrib.* em- (*e. g.* ANON. med. ed. Piechotta *cod. s. VI*; hem- *in titulo*: DECRET. decur. Ferent. Prisc. [CIL X 5853] 12), haem-, him-, hym-, hi(a)em-. *abbreviatur, notatur*: hem: PELAGON. 13 *al.* ANON. med. ed. Piechotta 135. 137. hemin: DECRET. *l. c.* (*l. 56*). ɢ: MAECIAN. distrib. 80. K°: METROL. p. 134, 19 ISID. orig. 16, 27, 5. ǀ: METROL. p. 128, 18. NOT. Tir. 90, 44 hymina. *inter metra* 'per qualitatem acervalem': MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 11. 21. GLOSS. ἡμίξεστον. *legitur inde a* PLAVTO (*semel*), CATONE (9ies), VARRONE (*semel*). *ap. poetas*: PLAVT. (*p. 2603, 19*) PERS. (*p. 2603, 84*) SER. SAMM. 474 CARM. de pond. 68.

i. q. mensura liquidorum et siccorum dimidiam partem sextarii continens, ἡμίξεστον, *cotula* (*v. Thédenat, Daremb.-S. III 72. Viedebantt, RE VIII 248 sq. Blümner, Privataltert. 403*). *syn.* cotula: CARM. de pond. 68 cotylas, quas ... dixisse licebit -as. EPIPHAN. de mensur. 20 c. est -a. *et saepius, cf. vol. IV 1093, 43 sqq.* *pro gr.* κοτύλη: ITALA lev. 14, 15 (Aug. loc. hept. 3, 36; *Vulg.* sextario). 14, 21 *et* 24 (Monac.; *Vulg.* sextarium). ORIBAS. *p. 2603, 51. al.* *nuncupatur* -a Romana: GILD. paen. 1 chron. III p. 89. *definitur, comparatur c. aliis mensuris* (*v. et* CATO *p. 2603, 20.* VARRO *p. 2603, 24*): PAVL. FEST. p. 100 -a ex Graeco †exestosimi (ξέστου ἡμίσεια *Huschke, alii aliter*); quod est dimidia pars sextarii. PLIN. nat. 21, 185 cum acetabuli mensura dicitur, significat -ae quartam, id est drachmas XV (*cf. p. 2603, 1. 2*). MAECIAN. distrib. 79 CARM. de pond. 68 EPIPHAN. de mensur. 20 (*cf.* ISID. orig. 16, 26, 5). 24. METROL. p. 128, 17 sestarius lib. II S, id est duas -as (*aliter*: 133, 4 -ae II sextarium complent, id est l. I [140, 23 ISID. orig. 16, 26, 5]. 140, 23 apud quosdam ... libram et dimidiam [*cf.* 128, 18]. *?* GLOSS. I p. 162 [libros *trad.*]). 128, 18 -a ... calices III. calix ciatus VIII. cotilla, id est -a, ciatus XXVII (*aliter*: 140, 20 apud quosdam c. novem -am facere

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videntur, quod sunt dragmae XC; apud quosdam vero acetabula quattuor, quod sunt dragmae XLVIII [*cf.* ISID. orig. 16, 26, 5. *aliter p. 2602, 78 ut passim*]. GLOSS. V 413, 46 c. III [*an* VI?]. *ceterum* -a *VI cyathos continere dicitur*). 128, 21. 133, 3 conclae VIII -am (emitiā *cod.*) faciunt, id est sol. XX. 140, 27 MARCELL. med. de mens. p. 7, 4 N. 7, 6 cotylus triunciarius habet -ae tertiam partem (*cf.* EXC. metrol. chron. I p. 549 -*a* olei pensat — VIIII Romani ponderis. 550). 7, 7 POL. SILV. pond. mens. chron. I p. 549, 11 EXC. metrol. *l. c.* *comprehenduntur* -ae *duae* (PLIN. nat. 28, 228 [PLIN. med. 3, 17 tres]. CAEL. AVR. acut. *infra l. 50.* chron. 4, 7, 101 *al.*), *tres (passim), quattuor (infra l. 39), quinque* (PLIN. nat. 14, 114 *al.*), *sex (infra l. 51 al.), octo (infra l. 19), decem (infra l. 38).* -a *dimidiatur*: PELAGON. 85 (VEG. mulom. 2, 130, 2) -am dimidiam (*cf. Hippiatr. II 73, 16. ibid.* 106 [VEG. mulom. 2, 132, 6. *cf. Hippiatr. II 69, 5*]. 314 [*Hippiatr. II 307, 20* ἡμικοτύλιον]. PLIN. VAL. 2, 28 in modum -ae d. 2, 45). ORIBAS. syn. 1, 9 (rec. Aa) mediam -am (*gr. 1, 9, 4* ἥμισυ. 1, 19 *v. infra l. 62*).

1 *generatim*: **a** *sensu strictiore* (*i. q.* '*potio -ae*': *l. 27*): PLAVT. Mil. 831 neque equidem -as (fem- *codd.*) octo (*vini*) exprompsi in urceum. CATO agr. 57 (*vinum familiae*) *bibant* mense quarto -as in dies, id est in mense congios II S . . .; nono, decimo (*eqs.*) . . . in dies -as ternas, id est ⟨in mense⟩ amphoram. 126. 156, 3 exurgeto sucum quasi -am. 156, 4 -am aut paulo plus bibat. VARRO frg. Gell. 3, 14, 2 si ⟨ex⟩ sextario -a fusa est, non 'dimidiatum sextarium fusum' dicendum est . . ., sed 'dimidium'. CELS. 3, 19, 4. 7, 15, 2 circa singulas -as. SEN. dial. 4, 33, 4 propinavit illi Caesar (*Pastori Caligula*) -am (*v. l. 18*). COLVM. 6, 4, 3 potiones trium -arum. 6, 14, 1 porri sucus instar -ae (6, 38, 1. 7, 5, 15). arb. 5, 4 quod (*stercus columbinum*) si quo amplius quam -am posueris. SCRIB. LARG. 118 *faenum graecum* aqua bene coquere oportet atque inde sumere -am ([*infra* hinc]. PLIN. nat. 26, 88 MARCELL. med. 29, 41 PLIN. VAL. 1, 18. *cf.* MARCELL. med. 22, 5 -am ex ea . . . dabis [PLAC. med. rec. *β* 5, 31]). PLIN. nat. 20, 227 dant . . . sucum (*malvae*) bibendum parturientibus . . . in vino decoctae (-ā *edd. vett.*, '*an recte?*' *Mayh.*) -ā (*abl. quantitatis ut* [*cf. infra l. 43*]: *ibid.* 24, 31 bilem . . . detrahit radix *pityusae* decocti -ā. 26, 132 *hippuris* per triduum -is pota [*cf.* 28, 91. 28, 127 *serum* bibitur . . . -is. *v. et l. 33*]. 27, 47 *absinthium* coctum . . . ad tertias X -is [28, 202 *ex emend. Mayhoffii.* 32, 136]. 28, 205 *immittitur* butyrum -is IIII. CHIRON 327 quam singulis -is dabis [949]. 956 infundito. *dub.* [*cf. infra l. 64*]: *ibid.* 309 oleum Cyprinum -a [*Veg. mulom. 2, 92, 4* olei C. lib. I]. 872 sinapem Alexandrinum -a, nasturcii semen -a. *v. Ahlquist, Stud. z. spätlat. Mulom. Chir. 19. 47 sq.*). 23, 81 *oleum oenanthinum* solvit alvum -ae mensurā (*abl. ut supra l. 34 sqq.*) . . . potum (MARCELL. med. 5, 9 ad -ae mensuram [12, 40. *cf. l. 50*]. *cf. supra l. 15*). 23, 109 contusum malum (*punicum*) ex III -is vini decoctum ad -am (26, 75. 87. 28, 207. 29, 80 *coqui.* MARCELL. med. 16, 38. 22, 1. *cf.* PLIN. VAL. 2, 38 ut ad -am redeat. MISC. Tir. 62, 27 redactum). 32, 10 *Iuba* tradit mitulos ternas -as capere. *al.* VOPISC. Tac. 11, 1 *potavit* saepe intr⟨a⟩ -am (*vini*). CAEL. AVR. acut. 1, 15, 125 aquam dantes potandam . . . usque ad -am vel duas (chron. 4, 3, 68 sex. ORIBAS. syn. 1, 8 [rec. Aa; *gr. 1, 8, 2* κοτύλας, *rec. La* cotilas]. 1, 9 [rec. Aa; *gr. 1, 9, 4* ἄχρι κοτύλης, rec. La usque una -a]. *cf. l. 44*). *et al.* *indicatur materia*: *gen.* (*saepe* vini, aquae, aceti, olei, passi): CATO agr. 71 -a vini (102. 127, 2). 107, 1 iris aridae contusae -am (minam *Niedermann, RevPhil. 59 [7], 1933, 15 sq.*). CELS. 4, 5, 8 non ultra -am aquae. *al.* COLVM. 11, 3, 59 paulo plus quam -am seminis. *al.* SCRIB. LARG. 16 *al.* PLIN. nat. 14, 105 *al. et passim. cf. infra l. 77.* ? *abl.* (*aliter, ut vid., l. 69 sqq. et* CHIRON 253 cum vino dulci -am [VEG. mulom. 2, 6, 9 cum dulcis vini -a]. *v. Svennung, Unters. z. Pallad. 176*): ORIBAS. syn. 1, 19 p. 825 (rec. Aa) *haemagogus clister* conficitur . . . sic: melle (rec. La mel) -a media, . . . ⌊olio -a quartario⌋ (⌊ ⌋ ?; *gr. 1, 19, 15* μέλιτος κοτύλης ἥμισυ . . ., ἐλαίου κοτύλης τέταρτον). *ibid.* (rec. La) aqua maritima -as duas (ὕδατος κοτύλαι δύο). ? *acc.* (*aliter, ut vid., l. 40 et l. 73*): ANON. med. ed. Piechotta 167 in aquam (-a *conicere vid. Piech. p. VI*) cotulis duobus id (est) -is. APIC. exc. 128 condis liquamen (-is *Giarratano-Vollmer, sed v. Brandt, Unters. z. röm. Kochbuche 111*) -a una, olei pondo uno, passo p. uno. *fort. add.*: ORIBAS. (rec. La) *l. 62.* *per appositionem* (*acc. l. 73, ceterum abl.; cf. Mørland, Die lat. Oribasiusübers. 112; Ruf. podagr. p. 13. Svennung l. c. 198 sqq.*): VEG. mulom. 2, 132, 6 cum vino optimo (vini o. *ed. pr.*, *cf.* PELAGON. 103 vini) -a et tribus cyathis olei. PS. APVL. herb. 19 l. 16 H.-S. herbae aristolochiae radicem pondus denarii unius, vinum (-i *β*) -am. PLIN. VAL. 1, 51 cum aceto et melle -is singulis. ORIBAS. syn. 1, 21 p. 828 (rec. Aa; *om. gr. et rec. La*) in aceto -a (*sed infra* mellis).

b *sensu latiore*: -a sanguinis *i. q.* '*exiguus sanguis*' *proverbialiter de vita* (*v. Mayor, Journ. of Phil. 8, 1879, 263 sq.*): SEN dial. 9, 14, 3 minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem . . .: 'habes', inquit (*Th.*), 'cur tibi placeas; -a s. in tua potestate est' (*falso Mayor 264*). HIER. epist. 147, 8, 1 '-am', ut tuis verbis utar, 's.' deprecaris.

2 *singulariter i. q. vas* (*cuiuslibet mensurae?*): PERS. 1, 130 se . . . aliquem credens, Italo quod honore supinus fregerit -as Arreti aedilis iniquas (*Schol.*: inaequales mensuras. *cf. Iuv. 10, 101* vasa. *Vlp. dig. 19, 2, 13, 8* mensuras).

deriv.: heminarium. *cf. Onom.*

hēmīnārium, -ī *n.* *ab* hemina *ad analogiam vocis q. e.* congiarium *iocose fictum.* *i. q. donum exiguitatem heminae habens*: QVINT. inst. 6, 3, 52 (*de metalempsi*) Fabius Maximus, incusans Augusti congiariorum (*i. donorum, v. vol. IV 282, 14*), quae amicis dabantur, exiguitatem, -a[m] esse dixit (nam congiarium commune liberalitatis atque mensurae) a mensura ducta imminutione rerum. *Ehlers.*

hēmiōbolium (DIOSC.) *et* **hēmiōbolum** (MARCELL.), -ī *n.*, ἡμιωβόλιον (-λον). *pondus, i. q. dimidium oboli* (*ad rem v. Viedebantt, RE VIII 249 sqq.*): MARCELL. med. 16, 8 cinnamomi -um. DIOSC. 4, 170 incides radices *apii* et in aqua mittes, et quod supernataverit, . . . colligis, siccas et reponis. unde dabis tria emi⟨o⟩boli⟨a⟩ (*gr. 4, 175* ἡμιωβόλια).

[**hēmiolia** *v. s.* mydion.]

***hēmiolius** (-os), -a, -um (-on), ἡμιόλιος. *scrib.* em-: *saepe*; himol-: *infra l. 46.* *sg.* -os, -on: *infra l. 27. 31.* MART. CAP. 2, 107. 7, 733. 7, 737. *vox gr.*: VITR. 3, 1, 6 (*ed.*, -us *trad.*). MART. CAP. 9, 959. *adhibetur saepe pro adi., rarius pro subst.*
[*de* GELL. 10, 25, 5 *v. l. 16.*]

i. q. sesquialter, sescuplus (*tam de ipso numero totum eiusque dimidium in se habente* [*cf. infra l. 27. 39*] *quam de comparatis inter se numeris, quatenus sesquialtera ratione constent* [*cf. infra l. 31. 44*]. *syn.* sesquialter: *infra l. 30. 44. al.*; sescuplus: *infra l. 39. 46.* *nota de usura: infra l. 46*): GELL. 18, 14, 3 quale . . . fieri nomen *Latinum* posset -o numero . . . ? est . . . -os, qui numerum aliquem totum in sese habet dimidiumque eius, ut tres ad duo. CENS. 10, 9 eam symphoniam quae διὰ πέντε dicitur ibi invenit *Pythagoras* ubi ponderum discrimen in sesquialtera portione, quam duo faciunt ad tria conlata, quod -on (hemil- *D*) appellant (*sic in mus. de symphonia q. v.* διὰ πέντε: FVLG. myth. 3, 9 p. 75, 10 MACR. somn. 1, 6, 43 *al.* MART. CAP. 2, 107 *al.* BOETH. arithm. 1, 1 p. 11, 19 CASSIOD. art. 5 p. 1210^A. *de genere symphoniae q. v.* διὰ τεττάρων [*cf.* MART. CAP. 9, 930]: MART. CAP. 9, 959 chromatis tres *divisiones*, quarum prima quae mollis . . ., secunda quae -a est, tertia quae est toniaea [BOETH. mus. 5, 16 *et* 18 *passim*]). MAR. VICTORIN. gramm. VI 42, 27 tertius . . . rhythmus, qui paeonicus . . . dicitur, -a ⟨ratione⟩ subsistit, quae est sescupli ratio. -um . . . dicunt numerum, qui tantundem habeat quantum alius et dimidium amplius, ut si compares tres et duo: nam in tribus et duo et eorum dimidium continetur (*sim. in re metr.*: GRAMM. VI 645, 12 MART. CAP. 9, 972. 9, 977 [*quater*] *al.*). BOETH. arithm. 1, 24 p. 50, 18 si ternarius binario vel si senarius quaternario . . . comparetur, . . . -a, id est sesqualtera, proportio nascetur (*sic in arithm.*: 2, 33 p. 127, 7). CANON. Dionys. Exig. p. 30, 4 St. (*de clericis usuras accipientibus*) -a, id est sescupla, exigens.

hēmionion (-um *infra l. 57*) *n.*, ἡμιόνιον. -os: *infra l. 51.* *scrib.* em-: *infra l. 56*; im-: *infra l. 59.* [*ex coni. dub.*: PLIN. nat. 26, 40 (*v. s.* molemonium).] *nomen herbae*: *i. q. asplenos* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 351.* *inter synon. herbae q. v. lingua canis*: *infra l. 56*): PLIN. nat. 1, 27, 17 asplenos sive -os. 25, 45 (*v. Berendes l. c. 330*) Teucrion, quam quidam -on (. . . mioneon *N*, hermi- *d*, -oncon *VR*, -mineon *E*) vocant *eqs.* a quibusdam splenion vocatur (PS. APVL. herb. 56 l. 11 H.-S. splenion, alii -on [hermion *trad.*] . . ., Itali T. 97 l. 11 *herbam q. v. lingua canis* alii -on [emin- *βγ*], . . . alii T. *cf. Ps. Diosc. Vind. 1, 134*). 26, 41 singultus -um (herm- *codd.*) sedat. 27, 34 asplenon sunt qui -on (-non *codd.*) vocant, foliis trientalibus. DIOSC. 3, 146 p. 436, 3 asplenon aut scolopendrion aut [t]imionion (*gr. 3, 134 p. 143, 7* ἡμιόνιον). *cf.* hemionitis.

hēmionītis (*scrib.* em-) *f.*, ἡμιονῖτις. *nomen herbae* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 351*): DIOSC. 3, 147 de ⟨e⟩mionitis (em- *Bern.*). -s aut splenion vocant (*gr. 3, 135* ἡμιονῖτις). PHILAGR. med. 4 p. 189, 2 M. si pelecinum et -s herba in tali misceatur distemperantia. *cf.* hemionion.

hēmisescla, (-ae) *f.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* sescla. *i. q. dimidia sextula*: LIB. de asse 15 unciae pars . . . -a. *ibid.* -a duodecima *pars unciae*. 16 -a *continet* duos scrupulos.

hēmisīcum, (-ī) *n.* [*comp. hybr. ex* hemi- *et* sica; *ad genus neutr. cf.* gladium, telum *sim. J. B. H.*] SYNON. Cic. Char. gramm. p. 425, 23 B. ferrum . . ., spatha, hemispatha, ⟨h⟩emisicum (*cf. Gloss.* semisicium).

hēmispatha, (-ae) *f.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* spatha (*cf.* ἡμισπάθιον). *v. l. 71.*

***hēmisphaerium,** -ī *n.*, ἡμισφαίριον. *in codd. scribitur hic illic* em-, hiem- (*e. g. p. 2605, 13. 18. 35*), -sp- (*e. g. p. 2605, 16. 39. 53 bis*), -sp(h)er-. *de formis*: -on (*gen.* -ou: *p. 2605, 39*): CASSIOD. art. 7 p. 1217^C (*bis*). ISID. orig. 3, 43 (*bis*). GLOSS. -a (-ae) *f.*: ISID. *et* GLOSS. *p. 2605, 10 sq.* *ad rem v. Degering, RE VIII 253 sq.* *inde a* (?) NAEV. (*p. 2605, 13*), VARRONE, VITR.

i. q. dimidium sphaerae (*cf.* GLOSS.^L Corp. E 169 ⟨h⟩emisp⟨ha⟩erion: semis circulus. GLOSS. absida): **1** *generatim*: MACR. Sat. 7, 10, 3 *suturae* quibus -a, ut ita dixerim, capitis alligantur. MART. CAP. 2, 138 in aliis *voluminibus Musarum* circuli

[*Groth-H. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lineaeque -aque cum trigonis et quadratis multiangulaeque formae ... formatae (*'ad astronomiam eiusque praesidem Uraniam haec spectare videntur' Kopp ad l.*). 7, 735 hunc numerum (*sc. pentadem*) quis neget esse diametrum? nam decadis perfectio circulusque huius -o (*v. app. crit.*) edissecatur. SIDON. epist. 2, 9, 8 antro in -ii formam corylis flexibilibus intexto. CASSIOD. var. 5, 42, 5 cum theatrum, quod est -um, Graece dicatur, amphitheatrum quasi in unum iuncta duo visoria recte constat esse nominatum. ***caeli, terrae, lunae:*** ***caeli sim.*** (*cf.* MACR. somn. 1, 18, 11 dimidium caelum, id est unum -um. ISID. orig. 3, 43 -a [*v. p. 2604, 79*] dimidia pars sphaerae est [GLOSS.^{L} IV Plac. E 15 -a: dimidia sphaerae]. *huc spectare videtur*: GLOSS.^{L} Corp. E 184 -um: aer): NAEV. (?) frg. Varro ling. 7, 7 h[i]emisph⟨a⟩erium ubi conc⟨h⟩a c⟨a⟩erula s⟨a⟩eptum stat (*cf. Enn. scaen. 93*). CHALC. comm. 66 p. 134, 6 obiectu terrae solum id -um quod superne fuerit videtur, alterum interim latet sub australi polo (*cf.* HIER. epist. 64, 18, 4 [-sper- *var. l.*]. EVSTATH. Bas. hex. 2, 8 p. 888^{B} [*gr. p. 48^{B} ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ*] *al.* CASSIOD. art. 7 p. 1217^{C}. ISID. nat. 12, 3 [*ex Suet.*] -a [hiem- *var. l.*] duo sunt quorum alterum est super terram alterum subter terra. orig. 3, 43 GLOSS.). SERV. georg. 1, 100 p. 156, 7 (*p. 2602, 9. cf.* 3, 296 secundum rationem -ii [*cf. infra l. 23*]). auct. georg. 1, 247 (*Epic. frg. 346 U.*) Epicurei dicunt, non ire solem per alterum -um. Aen. 1, 745 **ratio** hoc facit -ii, quia hieme breviore sol utitur circulo (1, 746. *cf. supra l. 20*). HYG. astr. 1, 6 p. 24, 7 in **triginta partes** unumquodque -um dividitur (*ibid.* p. 26, 9). 4, 10 p. 107, 15 haec signa sunt in **superiore** -o (*al.* MACR. Sat. 1, 23, 4 MART. CAP. 8, 873 *al. cf.* MACR. Sat. 1, 18, 8 in supero, id est in diurno o ..., in infero, id est nocturno). 4, 13 p. 112, 24 *sidera* cum abierint infra terram, nostrum quoque *effugiunt* ... conspectum, ita ut **inferius** -um ostendit ([-o ostenditur *var. l.*; inferiori -o ostendantur *post alios Bursian*]. MACR. Sat. 1, 19, 10. somn. 1, 20, 18 *al. v. et supra l. 27*). MACR. Sat. 1, 21, 15 aestivum. 1, 21, 18 dextrum -um, ... sinistrum. somn. 1, 15, 4 Theophrastus lacteum dixit esse compagem, qua de duobus -is caeli sphaera solidata est. 1, 18, 17 MART. CAP. 8, 873. ISID. nat. 12, 3 (*ex Suet.*) partes *caeli* ... haec sunt: ... poli, -a (hiem- *var. l.*). ***terrae:*** MELA 1, 4 *terra mari* in duo latera, quae -a nominant, ab oriente divisa ad occasum zonis quinque distinguitur. AGENN. grom. p. 22, 21 Th. alteram *partem* prop[r]iorem septentrioni antipodon *appellant*, quoniam -on (emisperion *trad.*) aliud latus obtinet. MACR. Sat. 1, 21, 1 physici terrae superius -um, cuius partem incolimus, Veneris appellatione coluerunt, inferius vero -um terrae Proserpinam vocaverunt (*cf.* MART. CAP. 6, 602). 1, 21, 3 *sol* incipit nostri circuli lustrare -um cum incremento luminis et dierum. somn. 2, 5, 29 in duobus terrae -is. ***lunae:*** AVG. epist. 55, 4, 7 si haberet suum lumen *luna*, id habere ex una parte in -o (*cf.* MART. CAP. 8, 862 si *luna* ab illa sola parte, qua se subicit soli, omni -o conlustratur *eqs.*).

2 ***speciatim:*** **a** ***i. q. tholus (camera) dimidiae sphaerae formam habens:*** VARRO rust. 3, 5, 17 sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeunt ad infimum -um ac moventur, ut indicent, quot sint horae. in eodem -o medio circum cardinem est orbis ventorum octo. VITR. 5, 10, 5 *in balneis* laconicum sudationesque ... quam latae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curvaturam -ii (-sper- *trad.*). mediumque lumen in -o (-sper- *trad.*) relinquatur (*cf. Marquardt-Mau, Privatleben 291, 1*). **b** ***genus horologii solarii*** (*cf. Rehm, RE VIII 2418; Diels, Antike Technik^{2} 164*): VITR. 9, 8, 1 scaphen sive -um Aristarchus Samius *invenisse dicitur*. MACR. somn. 1, 20, 26 aequinoctiali die ante solis ortum aequabiliter locatum est saxeum vas in -ii speciem cavata ambitione curvatum. 2, 7, 15 stilus -ii monstrantis horas. *Groth-H. H.*

hēmistichium** (-on), -ī *n.*, ἡμιστίχιον. *scribitur* em- *in codd. passim, e. g. infra l. 62. 80. p. 2606, 9. nom.* -on: *l. 74. p. 2606, 5. ? masc.: infra l. 63. cf. l. 68.* GLOSS.^{L} Corp. E 167 ⟨h⟩emistic⟨h⟩ius: medius versis (GLOSS. V 359, 10). [*interpol.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 54, 8.] **1** *apud* GRAMM. ***i. q. colon, comma: BASS. gramm. VI 268, 14 sequitur comma 'stet nive candidum'; ex -o **pentametri** heroi delibata syllaba compositum est (*sim.* FORTVN. gramm. VI 291, 10 prima ... *spondei, i. tertii pedis* syllaba -um et partem orationis ... *finit*, sequens -um [-ius *A B*] sequens ... *incipit.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 112, 25. VI 169, 20 penthemimeres, id est -um pentametri. *cf. ibid.* VI 127, 5 *choriambicum* duobus dactylici versus colis, id est duobus -is, nectitur). MAR. VICTORIN. gramm. VI 53, 13 ex ... generalibus novem metris ... composita fiunt metra, cum invicem sibi per -a copulantur. VI 53, 15 cum -o iambico iungitur -on (*A*, -um *B*) trochaicum. VI 129, 4 pariambus in media sede duorum -orum positus duo cola nectit. VI 162, 13 ordine ... -orum mutato, adiectis duabus syllabis, erit trimeter sic: 'nivis atque dirae iam satis terris dedit'. CHAR. gramm. p. 378, 14 B. duo commata vel -a. **2** ***i. q. locus quilibet sumptus ex carmine (fere heroo; tragico: p. 2606, 9), qui versum non complet:*** SVET. vita Lucani p. 51, 8 R. cum crepitu ventris ⸤emissi⸥ -um (em- *M*; ⸤ ⸥ *secl. Reiff. ut dittogr.*) Neronis ... *pronuntiavit*: 'sub terris tonuisse putes'. DON. vita Verg. p. 9, 159 Br. omnia fere apud ... ***Vergilium*** -a absoluto perfectoque sunt **sensu** praeter illud: 'quem tibi iam Troia' (*sim.*: SERV. Aen. 3, 340 -um nec in sensu plenum. Aen. 8, 40 aliqua -a ... tam sunt sensu imminuta quam verbis. *adde*: auct. Aen. 1, 560 'Dardanidae'. haec -a Vergilius ⟨**tibicines**⟩ nominabat, quae in emendando carmine fuerat repleturus [SCHOL. Iuv. gloss. 3, 193 W. *cf. Don. vita Verg. p. 6, 86 Br. Serv. Aen. 6, 186*]). SERV. georg. 1, 113 'cum primum sulcos aequant sata' ... et est ... hoc -on unum de invictis. auct. Aen. 3, 128. Aen. 6, 165 'Martemque accendere cantu'. -um hoc dicitur addidisse dum recitat. 9, 163 'vertunt crateras aenos' ... est -um Ennianum (*cf.* 10, 807 sciendum est -um hoc Lucretii esse. *al.* SCHOL. Cic. Gron. A p. 344, 29 St. Enniano -o [em- *trad.*] usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur. HIER. epist. 70, 2, 2 cuius heroici -um postea Callimachus usurpavit *ex Epimenide. al.*).

Kornhardt.

hēmistrigium**, -ī *n.* *comp. hybr. ex* hemi- *et* striga. *traditur* em-, aem-, -mest-, -(s)tric- *et sim.* [semistr- *ubique Lange, W. Gemoll; at v. A. Gemoll, Hermes 15, 1880, 251, 1.*] ***i. q. dimidium strigae (*ad rem v. Domaszewski, Hyg. p. 42 et 45; Die Anlage der Limeskastelle 1908 p. 4*): HYG. mun. castr. 1 quod ad latitudinem -ii (est hemestrici *trad.*) pedum XXX attinet, papilioni dantur pedes X, armis pedes V, iumentis pedes IX; fiunt pedes XXIV; hoc bis: XLVIII, quoniam cum compare tendent. efficitur **striga** pedum LX; reliqui pedes XII, qui conversantibus spatio sufficient. 25 omnis miles provincialis accipit pedaturam pedem adiecta quinta per totam latitudinem -ii. 31 semper numeris acceptis retenturam computare debemus, ut sciamus, quot -a in retentura nascantur. 35 reliqui quingenti, tot homines capiet -um. *ibid. al.*

hēmitheus, -ī *m.*, ἡμίθεος. em-: *saepe (v. infra).* im- (mith-): *infra l. 39 sq. acc. pl.* -us: *infra l. 40.* ***i. q. semideus:*** ZENO 2, 14, 2 p. 435^{B} (*interpr. alleg.*) Her (*sc. filius patriarchae Iudae*) primitivus filius, primitivus est populus, id est -i, omnes potentissimi ... qui ... omnem orbem corruperant terrarum (*cf. Vulg. gen. 6, 1 sqq.*). SERV. ecl. 6, 24 -i (em- *pars codd.*) cum volunt tantum videntur, ut fauni, nymphae. auct. ecl. 9, 46 inscriptum in basi *statuae in Capitolio ab Augusto positae* fuit 'Caesari -o' (em- *trad.*). Aen. 8, 314 secundum Hesiodi theogoniam primo deos genitos, inde -os (em- *trad.*). MART. CAP. 2, 160 a medietate ... aeris usque in ... terrae ... confinia -i heroesque versantur (*cf.* 2, 156 [*v. Dick ad l.*] superior portio eos ... claudit quos -os [em- *pars codd.*] dicunt quosque Latine semones aut semideos convenit memorare). CHRON. min. Frick p. 286, 10 (*de Aegypti regibus*) deorum regna ..., mitheorum regna (*cf.* 286, 17 Ecyniorum reges interpretavit imitheus vocans). GLOSS.^{L} IV Plac. I 27 (em- *trad.*; *cf.* GLOSS. V 76, 24).

? **(h)emit(h)olium** *v. vol. V 2, 692, 15 (cf. ibid. 693, 2). cf.* emituliarius.

GLOSS.^{L} Corp. E 183 **⟨h⟩ēmit[t]ogium** (*comp. hybr. ex* hemi- *et* toga): **dimidia** (demed- *trad.*) **toga** (GLOSS. V 289, 41. 628, 34).

***hēmitonium** (-on *v. infra l. 47*), -ī *n.*, ἡμιτόνιον. em- (aem-): HYG. *codd. A B (s. VI).* -on: HYG. *et* CENS. *ubique. legitur inde a* VITR. [*confunditur in codd. c.* semitonium: CENS. (*passim*).]

i. q. dimidium toni, semitonium: **a** ***in arte musica*** (*cf.* MART. CAP. 9, 930 -um dicitur, quod toni medium tenet): VITR. 5, 4, 3 in his tribus generibus *modulationum* dissimiles sunt tetrachordorum dispositiones, quod harmonia ... et tonos et diheses habet binas (dihesis ... est toni pars quarta; ita in -o duae diheses sunt conlocatae); chromati duo -a in ordine sunt composita, tertium trium -orum est intervallum; dia⟨tono⟩ toni duo sunt continuati, tertium -um finit tetrachordi magnitudinem. ita in tribus generibus tetrachorda ex duobus tonis et -o sunt peraequata. 5, 4, 4. 5, 4, 6 (*5^{ies}*). CENS. 10, 4 inter infimam summamque vocem multa esse possunt in ordine posita ... diastemata alia aliis maiora minorave, ut est illud quod tonon appellant, vel hoc minus -on *eqs.* 10, 6 sq. (*quater*). CHALC. comm. 45 p. 112, 9 sqq. -um quod dicitur, a veteribus ... diesis appellabatur, limma cognominavit (*cf. Macr. somn. 2, 1, 23*). limma ... est, cum aliquid deest integritati. hoc ... ipsum quod deest, id est -um sive limma, dixit hanc habere rationem *eqs.* 46 sq. (*quater*). 50. MACR. somn. 2, 1, 25 symphonia *διὰ τεσσάρων* constat de duobus tonis et -o ..., *διὰ πέντε* constat ex tribus tonis et -o (*ibid. al.*). MART. CAP. 7, 736. 9, 930 sqq. (*passim*). CASSIOD. art. 5 p. 1210^{D} sqq. (*passim*). **b** ***in astronomia:*** HYG. grom. p. 148, 14 sqq. Th. caeli ... punctum terram esse ... sic describunt, quod dicant a polo ad Saturni circulum intervallum esse quod Graeci -on appellant; ... ab *Iove* ... ad Martem tonon; a Marte ... ad solem ter tantum esse quantum a polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion (*cf. et* PROB. *l. 78*) ... *eqs.* sic terram punctum caeli esse ostendunt: nam et ars musica per haec diastemata constare fertur ([*ibid. al.*]. ***sim.:*** CENS. 13, 3 sq. *saepe; nota* 3: ab terra ad lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circiter centum viginti sex milia, idque esse toni intervallum; a luna ... ad Mercuri stellam ... dimidium eius, velut -on [sem- *codd.*]. PROB. Verg. georg. 1, 336 *bis; nota*: tribus -is ... intercedentibus [*cf. et* HYG. *l. 72*]. MART. CAP. 2, 171 *sqq. quater; nota* 171: exhinc medio quam ad lunam conscenderat, ad Cyllenii circulum venit. quo -o permeato ... ei *Philologiae* ... ministrorum populus ... occurrit). **c** ***t. t. in descriptione ballistarum, catapultarum sim.*** (*Heron bel. 9 p. 17 D.-Schr.* ἐκάλουν ... τὰ μὲν συνέχοντα τοὺς ἀγκῶνας **νεῦρα** τόνον, ἔνιοι δὲ ἐνάτονον, ἔνιοι δὲ **ἡμι-**

[Groth-H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

τόνιον. *ad rem cf. Vitr. 10, 12, 2 et v. Diels-Schramm, Herons [Philons] Belopoiika [Abh. Berl. 1918] passim*): VITR. 1, 1, 8 in capitulis . . . dextra ac sinistra sunt foramina -orum, per quae tenduntur . . . e nervo torti funes.

hēmitriglyphus, -ī *m.*, *ἡμιτρίγλυφος. *i. q. dimidium triglyphi*: VITR. 4, 3, 8 supra singula epistylia . . . triglyphi bini erunt collocandi, in angularibus hoc amplius dimidiatus et, quantum est spatium -i, id accedit.

***hēmitritaeus,** -a, -um, ἡμιτριταῖος. *scribitur hic illic* em- (aem-), -metr-, -teus (-teos). *litt. gr.: infra l. 19. 25.* *pro adi. nonnisi infra l. 23.* GLOSS.[L] I Ansil. EM 51 febres.
sg. -us (-os: *v. infra l. 27. 36. 42*) *pro subst.*: 1 *genus febris tertianae* (*sc.* πυρετός? *[aliter Vollmer, Ser. Samm. p. 80]. ad rem cf.* CELS. 3, 3, 2 tertianarum . . . duo genera sunt. alterum eodem modo quo quartana et incipiens et desinens . . ., tertio *die* redit. alterum longe perniciosius, quod tertio quidem die revertitur, ex quadraginta autem et octo horis fere triginta et sex per accessionem occupat . . ., neque ex toto in remissione desistit, sed tantum levius est. id genus plerique medici ἡμιτριταῖον [hemitritaiton *J*] appellant. PS. SORAN. quaest. med. 125 *Hippocrates* immoderatas . . . et continuas *febres* -os appellavit sic dicens: . . . quae . . . desinentes unum diem leviorem alterum graviorem habent et semper ad peius proficiunt [*sim. ibid.* 130]. hic modus -us est [*cf. Hippocr. epid. 1, 2* τρόπος ἡμιτριταῖος]. ORIBAS. syn. 6, 23): a *apud medicos*: CELS. 3, 8, 1 ubi id genus tertianae *febris* est, quod -on (ἡμιτριταῖον *J*) medici appellant, magna cura opus est ne id fallat. SER. SAMM. 932 (*cf. antea tit.*) mortiferum magis est quod Graecis -os (s *del. et* n *superscr. A*²; -um *B* [*cf. Vollmer l. c.*]) vulgatur verbis. PS. SORAN. quaest. med. 83. 127 -orum . . . methodici tres differentias dicunt, . . . maiorem, . . . mediam . . ., minorem (*ibid. al.* ANON. med. ed. Piechotta 134 CAEL. AVR. acut. 2, 22, 133). PS. APVL. herb. 124 l. 5 H.-S. ad -um (ANTIDOT. Brux. 12 *al.* PLIN. VAL. 3, 2 CASS. FEL. 56 tit. [*v. app. crit.*]). PLIN. VAL. 3, 1 dolores -i. CASS. FEL. 56 p. 144, 19 ORIBAS. syn. 6, 23 tit. 6, 23 verus (*gr.* ἀκριβής). b *apud ceteros scriptores*: MART. 2, 40, 1 uri Tongilius male dicitur -o. 12, 90, 2 cui gravis et fervens -os erat. PS. CYPR. singul. cler. 9 p. 184, 3 (*in comparatione*) nemo super unam febrem cupit adhibere peiorem, ne incipiat -o insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subvenire. HIER. vita Hilar. 14 p. 34^A -o . . . arrepti omnes a medicis desperati sunt. 2 *singulariter: is qui -o laborat*: MART. 4, 80, 3 declamas in febre Maron: hanc esse phrenesin si nescis, non es sanus, amice Maron. declamas aeger, declamas -os (-o *Friedrich, Hermes 43, 1908, 634; at v. Heraeus ad l.*).

hēmitritaicus, -a, -um, ἡμιτριταϊκός. *scrib.* em-: MARCELL. ORIBAS. *i. q. ad hemitritaeum (cf. supra l. 12) pertinens*: MARCELL. med. 30, 51 febres acutas compescit *medicamentum*, id est -as (CAEL. AVR. acut. 2, 10, 66 chron. 1, 4, 105 ORIBAS. syn. 2 add. p. 841). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 7 quos typicos aut periodicos circuitus appellamus aut -os. ORIBAS. syn. 6, 23 -a passio ex duobus accedit generibus (*gr. aliter*).

hēmitriticus, -a, -um. *cf.* hemitritaicus. *i. q. ad hemitritaeum pertinens, hemitritaicus*: PS. SORAN. quaest. med. 127 quid est -a febris? quae non cessat et tamen quaedam intervalla habet.

1. hemo *v.* homo. **2. hemo** *v.* emo. **hēmo-** *v.* haemo-.
hemōnus *v.* humanus. *Groth-H. H.*

?**hemosus** (him-). GLOSS. IV 523, 54 -s odium (V 601, 15 [*cf. I p. 253*]). GLOSS.[L] Corp. H 109 himosus odio habitus. exosus *Linds. coll. Gloss.* e.: o. h. (*vel* invisus; *nunc intellegit 'Chamos'*), perosus *Heraeus coll. Gloss.* p.: o. h. *Ehlers.*

1. hen *n.*, ἕν. *plerumque personate* (*lat. redditur per* 'unum': *infra l. 65*; 'unio': *infra l. 62. 63*): IREN. 1, 11, 3 cum hac monade est virtus . . . quam . . . voco -n (unionem *Tert. adv. Val. 37 p. 211, 7*). hae . . . virtutes . . ., monotes et henotes et monas et -n (unio *Tert. l. c. 211, 8*), emiserunt reliquas emissiones Aeonum (*cf.* 1, 15, 1). 2, 14, 6 *Pythagorici dixerunt* esse omnium initium . . . -n, id est unum. *H. H.*

2. hen *vox hebr.* (חֵן). HIER. in Ier. 6, 12, 2 (*ad 31, 2*) θερμόν (*sic LXX*) . . . non habetur in Hebraeo. est enim scriptum '-n' (hem *L M al.*), quod Aquila, Symmachus et Theodotio χάριν, hoc est 'gratiam', interpretati sunt; soli LXX posuere 'calidum' putantes ultimam litteram 'm' esse. si enim legamus '-n' (han *L M al.*, an *P*) per litteram 'n', 'gratia' dicitur; si per 'm', 'calor' interpretatur.

hencūdo *v.* inc-. *Ehlers.*

hendecachordus (*scrib.* en-), -a, -um, ἑνδεκάχορδος. *n. sg.* -um *pro subst.* (*i. q. undecim chordarum series*): BOETH. mus. 1, 20 p. 210, 28 in . . . -i (-da *f*) dispositione.

***hendecas,** -adis *f.*, ἑνδεκάς *et* **hendecada,** -ae *f.* (COMPVT. Carth.: *pl.* -ae, -arum, -as; *at abl.* -bus). en-: COMPVT. Carth. *i. q. numerus undenarius* (*de annis in computatione paschae*): COMPVT. Carth. 1, 1 ogdoadarum et -arum anni. 2, 10 quinque . . . sunt ogdoadae et -ae quattuor *eqs. al.* DIONYS. EXIG. epist. de pasch. 2 p. 513^C decemnovennalis cyclus per ogdoadem et -em semper in se revolvitur. octo namque et undecim ipse numeros explicatur. *ibid.* p. 514^B -as hac lege decurrit. incipit a nono cyclo decemnovennali *eqs. al.*

***hendecasyllabus,** (-a), -um, ἑνδεκασύλλαβος. *de orig. et signif.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 5 alia *metra appellantur* a numero syllabarum, ut . . . -on (*al.*). GLOSS.[L] III Abstr. EN 17 -us: versus undecim syllabarum (*al.*). *scribitur* en- *saepe in codd., in tit. v. infra l. 36.* *de formis et usu* (-os, -on: GRAMM.): 1 *adi. raro nisi apud* GRAMM. (*cf. infra l. 41*): versus: TER. MAVR. 2731 *al.*, metrum: *infra l. 56 al.* 2 *saepius pro subst.*: a *sg.* **-bus, -ī** *m.* (*sc. versus*) *et pl.* **-bī,** -ōrum *m.* (*sc. versūs*): α *sing. saepe apud* GRAMM., *alibi raro* (*v. infra l. 37*). β *plur. eo potissimum sensu qui infra l. 14 significatur.* b **-bum,** -ī *n.* (*sc. metrum*): *l. 53 et saepe sub 2.* NOT. Tir. 114, 52 endecasilaus. *legitur inde a* CATVLL., *passim apud* GRAMM.
i. q. undecim syllabas habens: 1 *generatim*: a *pro subst.*: α *plur.* -ī, -ōrum (*significatur plerumque carmen metro Phalaecio [cf. et infra l. 28. 34] compositum*): CATVLL. 12, 10 -os trecentos exspecta. 42, 1 adeste, -i, quot estis omnes undique. SEN. contr. 7, 4, 7 Catullus (*53, 5*) in -is vocat . . . *Calvum* 'salaputium disertum'. STAT. silv. 4 praef. -os, quos Saturnalibus una risimus. 4, 9 tit. -i iocosi. 4, 9, 55. QVINT. inst. 1, 8, 6 -i, qui sunt commata sotadeorum, . . . amoveantur *a pueris*. PLIN. epist. 4, 14, 2. 4, 14, 8 *sq. cogito* has meas nugas inscribere '-i' (-os *var. l.*), qui titulus sola metri lege constringitur. proinde sive epigrammata sive idyllia sive eclogas sive . . . poematia . . . vocare malueris, licebit voces, ego tantum -os praesto. 5, 10, 1. 5, 10, 2 cave ne . . . libellos, quos tibi -i nostri blanditiis elicere non possunt, convicio scazontes extorqueant. 7, 4, 1. 3. 7, 4, 8 placuit exemplo multorum unum separatim -orum volumen absolvere. AVSON. 393, 83 p. 248 P. notos fingo tibi poeta versus, quos scis -os vocari *eqs.* istos composuit Phalaecus olim, qui penthemimeren habent priorem et post semipedem duos iambos. SCHOL. Hor. Vind. ars 211. PRVD. perist. 6, 162 dulces -os revolvens. SIDON. epist. 2, 8, 2 neniam funebrem non per elegos sed per -os marmori incisam . . . dictavi (*cf. infra l. 36*). 8, 4, 2 rotundatos -os . . . elucubrasti. PRISC. gramm. II 16, 15 similiter Catullus . . . 'quod zonam soluit diu ligatam (*2ᵃ, 3 Kr.*)' inter -os Phalaecios posuit; ergo nisi 'soluit' trisyllabum accipies, versus stare non possit. CE 1514, 2 ⟨n⟩on te, qui properas viator ire, ⟨tr⟩istes -i tenebunt (*cf. supra l. 31*). β *sing.* -us, -ī: ASCON. tog. cand. p. 72, 14 St. in hunc *Curium* est -us Calvi elegans. AVR. Fronto p. 30, 7 N. habes . . . -um ingenuum. MART. CAP. 5, 517 incurrit *Cicero* etiam in -i Phalaecii petulantiam, dum dicit (*Verr. II 3, 43*) 'successit tibi Lucius Metellus' b *pro adi.*: SIDON. epist. 5, 8, 1 triplicibus trochaeis . . . in metrum -um compaginatis.
2 *speciatim in doctrina metrica: genera -i* (*exempla selecta*): a Phalaecius (Sapphicus *quoque hic illic nominatus; cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 148, 1 sqq. [*praecipue l.* 13 sq.] *et v. l. 51*): BASS. gramm. VI 258, 13 venio . . . ad -um Phalaecium, qui . . . a cultore suo, non inventore, nomen accepit. nam . . . apud Sappho frequens est, cuius in quinto libro complures huius generis . . . leguntur (*cf. l. 55*). 260, 37 -us *Phalaecius* . . . solebat incipere alias a spondeo, alias ab iambo, alias a trochaeo. TER. MAVR. 2545 quem nos -um solemus tamquam de numero vocare versum, tradunt Sapphicon esse nuncupandum. namque et iugiter usa saepe Sappho. FORTVN. gramm. VI 293, 5. MAR. VICTORIN. *ibid.* 155, 26 notum est -um Phalaecium spondeo, dactylo, dehinc tribus trochaeis fine tenus continuatis ordinari. DIOM. gramm. I 509, 11 -um Phalaecium a Phalaeco inventum (*cf. l. 47*). MALL. THEOD. gramm. VI 590, 21 metrum dactylicum Phalaecium -um. AVSON. (*supra l. 28*). *species eiusdem* (*v. etiam* QVINT. *l. 19* [*cf. Heinze, Die lyr. Verse d. Hor. 52, 4*]): BASS. gramm. VI 258, 16 -i *Phalaecii* varia divisio est et omnis aut ex se efficiens aut ad aliquod pertinens metrum. 263, 12 septima divisio -i *Phalaecii*. TER. MAVR. 2569 *hendecasyllabus Phalaecius* per commata septies feritur. MAR. VICTORIN. gramm. VI 148, 9 quoniam -i mentionem fecimus, . . . de speciebus eiusdem, quae sunt ferme VII ex una eademque origine descendentes *dicam* . . ., quae . . . *ex* dactylici et iambici metri permixtione composita et copulata noscuntur. 155, 23. b Sapphicus (*cf. l. 73. 78. 84. dub.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 144, 14 [*v. Keil ad l.*]): BASS. gramm. VI 266, 23 -us Sapphicus fiet Phalaecius immutato ordine (*secl. Keil*). PS. BASS. *ibid.* 305, 17 Sapphicon -on . . . est trimetron choriambicon catalecticon. SACERD. *ibid.* 535, 10 trimetrum catalecticum Sapphicum -um fit primo pede ditrochaeo, medio choriambo, ⟨in⟩ fine palimbacchio . . .; aut primo trochaeo, secundo spondeo, id est hippio secundo, choriambo, palimbacchio. FORTVN. *ibid.* 297, 1 hos -os (*Hor. carm. 1, 2*) alii Alcaicos, alii Sapphicos vocant. prima . . . caesura trochaica est: nam habet dimetron brachycatalecton, sequens iambica dimetron hypercatalecton *eqs.* alii faciunt primam syzygiam trochaicam, . . . secundam choriambicam, tertia bacchium habet. MAR. VICTORIN. *ibid.* 161, 18 quod *metrum*, quamvis sit ab Alcaeo inventum, Sapphicum tamen -um a numero ⟨syllabarum⟩ nuncupatur, ideo quod eo frequentius usa sit Sappho quam Alcaeus repertor (*cf. infra l. 84*). 162, 23 feritur *Sapphicus hendecasyllabus* . . . vel per simplices pedes . . . vel per dipodian. 162, 29 -o Sapphico usus est *Horatius* primo libro novies, secundo sexies, tertio septies, quarto ter. DIOM. gramm. I 508, 22 -um Sapphicum Sappho poetria invenit (*cf. supra l. 80*) *eqs.*
[Wells]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

superior pars *versus* ex trochaico est ..., inferior ... de principio iambici. 519, 9 secunda ode tetracolos (*Hor. carm. 1, 2*) metro Sapphico, quod est pentametrum -um, scripta. 519, 17 aliis vero ... *-um Sapphicum* his pedibus placuit constare, hippio secundo et choriambo et bacchio. MALL. THEOD. gramm. VI 591, 8 metrum dactylicum Sapphicum -um. **c** Alcaicus (*cf. p. 2608, 74*): BASS. gramm. VI 268, 5 de -o Alcaico *eqs. constat* ex duobus commatibus, quorum quod antecedit ex trimetro iambico sumptum est *eqs. sequens* comma ... ex hemistichio pentametri heroi delibata syllaba compositum est *eqs.* potest etiam videri pars metri *Asclepiadei* ... extrema. PS. BASS. *ibid.* 306, 16 FORTVN. *ibid.* 297, 9. 301, 17 in ... *-is Alcaicis* prima tome dimetron habet iambicum hypercatalecton, secunda clausulam Asclepiadei. MAR. VICTORIN. *ibid.* 166, 11. 167, 2 -is ... Alcaicis usus est *Horatius* libro primo septies, secundo decies, tertio decies, quarto ter. 172, 21 Alcaicum -um, iambi duo cum syllaba ... et duo dactyli. MALL. THEOD. *ibid.* 591, 2 metrum dactylicum Alcaicum -um. **d** Archilochius (*nota* miuron: *l. 20*): FORTVN. gramm. VI 299, 16 hunc *versum* (*Hor. carm. 1, 4, 2*) quidam -um Archilochium dixerunt. MAR. VICTORIN. *ibid.* 142, 8 iambico trimetro suprema detracta syllaba -on, quem quidam miuron vocant, edidit (*cf. ibid. 136, 6* curtum). 168, 21 -o iambico Archilochio.

[hendiadyoin, ἓν διὰ δυοῖν. *editur graece ubique (recte ut vid.); in codd. saepe litt. lat. (nonnunquam divisis verbis.* en-: *semper praeter* SERV. Aen. 11, 571 *FG*; -nni-: SERV. *M bis*; -dyin, -diin, -dyn, -din: SERV. *codd. passim*). *ad rem v. Schmalz-Hofmann*[5] *823.* PORPH. Hor. carm. 2, 15, 18—20. SERV. *saepe* (*v. Mountford-Schultz s. v.*). GLOSS. ed. Hagen D 151 p. 503.] *Wells.*

hēniochus, -ī *m.*, ἡνίοχος. *i. q. auriga*: ANTH. 190, 6 (*'de Bumbulo'*) nec frustra ostendis proprio placuisse parenti, quod turpis nomen sumpseris -i (enioci *A*). *cf. Onom.*

[hennacus *v. p. 2598, 22.*] *H. H.*

hennom *vox hebr.* (הִנֹּם). HIER. in Ier. 2, 45, 3 (*de voce 'gehennom', q. v.*) '-m' (enn-, -on *varr. ll.*) vel hominis nomen vel 'gratiam' (*cf.* חֵן) sonat. 2, 46, 1 'gehennom', hoc est 'vallis -m'. *cf. Onom.* *Ehlers.*

henōsis (*acc.* -im, -in) *f.*, ἕνωσις. *t. t.* ECCL. (*lat. redditur per* unitas, unitio, adunatio *sim.* [*cf. Schwartz, Acta conc. I 5 p. 411*]. *ad rem v. e. g. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. IV*[2] *70 sqq.; Harnack, Dogmengeschichte II*[4] *passim*): CONC.[S] I 5 p. 121, 4 (*Cyrilli apol. adv. Orient.*) est ... unus atque idem filius et dominus et ante incarnationem et post incarnationem, et dividere unum in duo et veram (*cf. infra l. 46*) -in labefactare et separare in partes et seorsum dicere hominem, seorsum deum, impietatis est crimen ingentis (*gr. I 1, 7 p. 38, 30* τὸ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως ... χρῆμα. *sim.: ibid.* p. 120, 19 divinam -in naturalem vocans [120, 20. 120, 21 -is. 122, 21 veram (*cf. supra l. 42*)]. 123, 6 seiungentes -im. 123, 32 propter -im summam et nobis inintellegibilem [*gr. ibid. p. 42, 3* διὰ τὸ τῆς ἑνώσεως ἄκρον *eqs.*]. *saepe litt. gr.*). *cf. Onom.*

henotēs (*acc.* -ēta, -ētem) *f.*, ἑνότης. *nonnisi personate (lat. redditur per* 'unitas': *infra l. 53. Tert. adv. Val. 37 p. 211, 8 Iren. 1, 15, 1*): TERT. adv. Val. 37 p. 211, 3 sq. cum hac *monotete* erat alia virtus, quam ... appello -a (*sim.:* IREN. 1, 11, 3 [= 1, 11, 4] -em). monotes et -s, id est solitas et unitas ... protulerunt ... initium omnium (*sim.:* IREN. 1, 11, 3). IREN. 1, 11, 3 (*v. p. 2607, 63*).

***henōticus,** -a, -um, ἑνωτικός. *scrib. et* hen- *et* en-. *i. q. unitivus (cf. infra l. 60. 69), vim uniendi habens (agitur non nisi de unitate ecclesiarum*): CONC.[S] IV 2 p. 176, 23 -a ... et pacifica ad Iohannem Antiochenae civitatis episcopum epistola eius *Cyrilli*, per quam unitatem et pacem sanctis ecclesiis suis deus donavit (*syn.* unitivus: *Conc.*[s] *I 4 p. 132, 28. 133, 6. 172, 5 al.*; coadunans *IV 2 p. 181, 7. ad rem v. e. g. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. IV*[2] *67; Hefele, Conciliengeschichte II*[2] *268*). *n. sg.* -um (-on) *pro subst.* (cum -on: *infra l. 68*): CONC.[S] IV 2 p. 180, 21 encyclia Basilisci adversus orthodoxam fidem et -um (endodia *cod.*) Zenonis *imperatoris* (*sic de edicto a. 482 edito* [*ad rem v. e. g. Bardenhewer l. c. 5; Schwartz, Publizist. Sammlungen 197*]: VICT. TONN. chron. II p. 190, 482 per -um [*ibid.* p. 190, 485]. LIBERAT. 17 Conc.[S] II 5 p. 127, 7 -on. p. 127, 15 cum -on. p 127, 17 -on ... quod Latine dicere possumus unitivum [*cf. ibid. p. 129, 19* in Zenonis principis unitivo]. *al.*).

heortasticus, -a, -um, ἑορταστικός. GLOSS. V 357, 13 eorta⟨s⟩ticae solemnes (358, 46 eortas⟨t⟩icai s.). *fortasse: ibid.* 358, 45 eortasitasi epistolarum (*cf. Hier. vir. ill. 87* ἑορταστικαί epistulae [*sim.: ibid. 69*]. *de re v. Bardenhewer, Gesch. d. altkirchl. Lit. II*[2] *224*).

heortē, *f.*, ἑορτή. [*acc.* -en *e coni. dub.: v. vol. V 2, 14, 71.*] *pl.* -ae (*scrib.* eor-): ITIN. [Silv.] 27, 1 remanent dies quadraginta et unum, qui ieiunantur, quod hic appellant -ae, id est quadragesimas. *H. H.*

***hēpar,** -atis *et* -aris *n.*, ἧπαρ. h *in codd. (item in* TAB. devot. *p. 2610, 25) ubique fere omittitur (at* PLIN. nat. 32, 149 *ord. alphab. et codd. consensu probatur). est masc. p. 2610, 22. 23. 32, fem. p. 2610, 22. de decl. graeca*: CHAR. gramm. p. 169, 10 B. *gen. in* -ris *habent* CHIRON, MARCELL. med., PS. APVL. *de notione*: HESYCH. in lev. 3, 1—5 p. 814[B] in iecore ... id est in -te. MARCELL. med. 22 tit. -ris sive iecoris (*cf.* PS. APVL. herb. 32 l. 6 H.-S. *et l. 7. 11*); *at* 20, 115 nec iocineris nec -ris. ISID. orig. 4, 7, 21 Graeci ... iecur ipaten vocant. GLOSS.[L] I Ansil. EP 11 -r iecur Graece. IP 1 ipar gecu⟨r⟩ id est ficatum. *al. nonnulli scriptores (velut* THEOD. PRISC. *et* CASS. FEL.) *de iecore humano tantum v. q. e.* -r *usurpant; utraque voce de eodem utuntur* MARCELL. med. *et* PS. APVL. (*cf. etiam l. 18*).

A *i. q. iecur*: **1** *generaliter*: EPIPHAN. Avell. p. 748, 17 *smaragdi*, qui sunt ex Aethiopia vel India, -tis id est iecoris similitudinem referunt. **2** *specialiter*: **a** *de iecore humano*: IREN. 2, 24, 4 in nostris sunt visceribus ... cor et -r (*cf.* CHALC. comm. 37 AMBR. epist. 44, 13). VINDIC. epist. ad Pentad. p. 486 sanguis dominatur in dextro latere in -te, quod iecur vocamus. *de morbis -tis eorumque remediis*: MARCELL. med. 14, 70 ad -ris ... dolores (20, 115 PS. APVL. herb. 3 l. 9 H.-S. *al.* MISC. Tir. p. 54, 19). 14, 70 duritiam. 22, 14 potio ad -r utilissima. *al.* PLIN. VAL. 2, 17 *passim.* THEOD. PRISC. log. 74 indignatio. 77 si de -te factus fuerit ictericus. *al.* DIOSC. 3, 5 tumorem (CASS. FEL. 49 p. 128, 19). 4, 39 causas -tis. CASS. FEL. 44 p. 110, 4 ad ... obtrusionem -tis. *al.* VITAE patr. 6, 3, 11 p. 1010[B] -r doleo (*praecedit*: dolore iecoris). ANTHIM. 58 -ti non expedit. 76. ORIBAS. syn. 1, 17 p. 818 quibus -r gravis est. 1, 25 p. 831 quando ... in -r ... continentur superflui humores. 1, 26 ad ... -tis sciroh (*ibid.* viscerum et -tis). 2 add. p. 845. 5, 50 p. 86 -r ... qualidus ... natura (*rec. La*: calidae -tis distemperantiam). *al.* ALEX. TRALL. 2, 68 distemperatus ... -r (*2 p. 399, 1 P.* τὸ σπλάγχνον). *al.* GLOSS. *v. p. 2592, 60.* *in devotione*: TAB. devot. StudIt. 7, 1899 p. 196 n. 3, 6 cor ... -r. *est sedes cupiditatum*: HESYCH. in lev. 3, 4 p. 815[C] in -te concupiscentiae requiescere putantur (*cf.* 3, 1 p. 814[B]). **b** *de iecore bestiarum*: CHIRON 442 ab interioribus ⌊et -re⌋ (*K. Hoppe*, ζ [*i.* et] epare *trad.*) vexati (*cf. 156* ab iocinere). VEG. mulom. 2, 119, 3 *stomachus non poterit* -ti aliquid propinare, in quo tota virtus ad nutriendum corpus ... praeparatur (*Chiron 408* iocineri). HESYCH. in lev. 3, 1 p. 814[B] -tis pinnam cum renibus offerri. DIOSC. 2, 34 de mergulo. -r eius siccus in potione datus. ORIBAS. syn. 4, 2 (*inter pachycyma*) de animalibus ... -r, renes, testiculi.

B *i. q.* ἥπατος *piscis*: PLIN. nat. 32, 149 *inter alia nomina piscium.*

deriv.: hepatiarius.

hēpatia *n. pl.*, ἡπάτια. *i. iecuscula cocta bestiarum*: LVCIL. 309 gizeria ni sunt (g. insunt *ci. Lachm.*) sive adeo -a. PETRON. 66, 7 in summo habuimus caseum mollem ... et cordae frusta et -a. APVL. apol. 41 si cocto *pisci* ventrem rusparer, -a suffoderem (*cf. ibid.* iocinera).

hēpatiārius, -a, -um. *ab* hepar. *i. q. hepaticus (cf. Conrad, Glotta 15, 1927, 34)*: PLAVT. Curc. 239 cruciatur iecur, radices cordis pereunt, hirae omnes dolent. :: tum te igitur morbus agitat -us (ep- *B*). :: facile est miserum inridere.

hēpatias (*scrib.* ep-) *m.*, ἡπατίας. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 106 vocatur ... hic hydropismus ... etiam -s ... a patientibus partibus nomen ducens, hoc est iecore.

hēpaticē *v. l. 65.*

hēpaticus, -a, -um, ἡπατικός. *apud scriptores rei medicae nusquam fere aspiratur. i. q. ad iecur pertinens: de morbo*: CELS. 4, 15, 1 *morbum iocineris* ἡπατικόν Graeci vocant (ISID. orig. 4, 7, 21 -us [ip- *vel* yp- *codd.*] morbus e iecoris passione nomen accepit). CASS. FEL. 44 p. 109, 8 est ... -a passio causatio in epate. *alia*: PS. SORAN. isag. 21 de brachio *incidimus venas* tres cephalicam nempe, meson et -am. PLIN. VAL. 2, 17 antidotum -on. CASS. FEL. 44 p. 110, 17 potio -a. *masc. pro subst.* ***hēpaticus,** -ī. *i. qui iecoris vitio laborat* (GLOSS. II 582, 13 iecorosus -us): PLIN. nat. 26, 39 *tripolion* datur -is. 27, 130 -is, splenicis, ischiadicis. 28, 120 lactis usus ... contrarius ... -is (DIOSC. 2, 47[extr.]). FIRM. math. 3, 12, 11 MARCELL. med. 1, 106. 20, 92. 93. 22, 7 ieiuno -o (22, 8. 9. 11. 15 THEOD. PRISC. log. 75). *al.* ANON. med. ed. Piechotta 164 PS. APVL. herb. 25 l. 2 H.-S. THEOD. PRISC. log. 73. 74. 77 *al.* MISC. Tir. p. 59, 3 CAEL. AVR. acut. exc. prooem. p. 480 CASS. FEL. 42 p. 97, 8 *al.* ANTHIM. 79. 90. *fem. pro subst.*: MARCELL. med. 22, 4 ēpaticē (*sc. cura,* ἡπατικὴ θεραπεία) experta sic *eqs.*

hēpatītēs, -ēs (-ae) *et* **hēpatītis,** -idos (-is) *m.* (*l. 78*) *et f.* (*etiam pro adi.*), ἡπατῖτις. *praeter codd.* PLINI *ubique fere aspiratio omittitur. de formis (cf. Svennung, Unters. zu Pallad. 147 sqq.)*: *nom.* -es: PLIN. nat. 1, 36, 38 DIOSC. 3, 22. -is: PLIN. nat. 37, 186. 1, 37, 71. *gen.* -es: PALLAD. 11, 14, 8. 13 (-ces *L*). MARCELL. med. 22, 31. -ae: MARCELL. med. 30, 50. CASS. FEL. 44 p. 110, 6 (-cae *trad.*). -idos: MARCELL. med. 8, 19. 76. 30. 56. -is (?): PLIN. VAL. 2, 17 (5[ies], *semper* aloe epaticis *edd.*). *acc.* -em: MARCELL. med. 11, 31. -en: PLIN. nat. 36, 147 CASS. FEL. 42 p. 96, 18. 100, 10. *cf. praeterea* -en *vel* -e *pro nom. in.* GLOSS.

1 *i. q. lapis (gemma) coloris iocineris*: PLIN. nat. 36, 147 *haematiten* quarti generis -en vocari, quamdiu crudus sit, coctum vero miltiten. 1, 36, 38 miltites sive -es. *habetur pro gemma*: PLIN. nat. 37, 186 *gemmae* a membris corporis habent nomina: -is a iocinere. 1, 37, 71. **2** *i. q. species aloes formam iocineris referens* (*cf. Berendes, Diosk. Arzneimittellehre 276*): DIOSC. 3, 22 aloen ... alter qui dicitur -es (*gr. 3, 22, 2* ἡπατίζον). GLOSS. aloen epatite (-en, -de, -ne) id est aloen bonum. III 549, 12 alopiadis id est camillea

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(631, 56 camilia: epatite). [*dub.*: III 600, 48 epotiotis timpanus ille qui fecatum et pulmonem sustinet.] *in usu*: PALLAD. 11, 14, 8 aloes -es (*Geopon. 7, 24, 4 ἀλόης ἡπατίτιδος*) *partes tot* (*cf.* 11, 14, 13 MARCELL. med. 8, 19. 76. 22, 31. 30, 50. 56 PLIN. VAL. 2, 17 CASS. FEL. 44 p. 110, 6. *cf. ibid.* 42 p. 96, 18. 100, 10). MARCELL. med. 11, 31 aloen -em ... in pulverem tenuissimum rediges.

hēpatizon, (-ontis) *n.*, ἡπατίζον. PLIN. nat. 34, 8 *genus aeris* suo colore pretiosum, ad iocineris imaginem vergens, quod ideo -n appellant (*cf. Blümner, Technologie IV 330, 1*).

hēpatus, -ī *m.*, ἥπατος. *nomen piscis* (*cf.* hepar *p. 2610, 34*): ORIBAS. syn. 4, 14 p. 14 aliorum *piscium* carnes ... cacocyma non sunt, qualia sunt ... et epatos et buclossa. *Rubenbauer.*

hēphaestion *n.*, *Ἡφαίστιον. *nomen herbae*: GLOSS. III 562, 1 epesteon i. butracion (*sc. batrachion*). *dub.*: PS. APVL. herb. 8 l. 14 H.-S. (*inter nomina herbae q. v. scelerata*) botracion ... †pheution (efestion *β*, peudion *γ*).

hēphaestītis, *f.*, *Ἡφαιστῖτις. epist- (*cf. vol. V 2, 680, 7 sq.*): DAMIG.; *cf. var. l. infra l. 21.* -tis: PLIN. ISID. -tes: DAMIG.; *cf. var. l. l. 20. 21.* *nomen lapidis* (*fusius* DAMIG.): PLIN. nat. 1, 37, 60 -s (hespest-, hepalest-, hephelest-, hepatites *codd.*). 37, 166 -s (-tes *d h*; -tis [hefa-, hepe-, hepi- *sim.*] *rell.*) ... speculi naturam habet in reddendis imaginibus, quamquam rutila (*sim.* ISID. orig. 16, 15, 15). DAMIG. lapid. 15 tit. lapis -s (epistem *cod.*). 15 -s (epistes *cod.*) ... lapis est rubicundus et dilucidus. *H. H.*

hephth- *v.* hepth-.

hepsēma, -atis *n.*, ἕψημα *et* hepsēma, -ae *f.* (MARCELL.; *cf. Niedermann, Essais 94, 1*). *i. q.* *mustum decoctum* (*de re v. Abel, RE XVI 916*): PLIN. nat. 1, 14, 11 de passi et -tum (eps-, -ate *sim. varr. ll.*) et dulcium generibus XVII. 14, 80 siraeum, quod alii -a, nostri sapam appellant, ingenii, non naturae, opus est, musto usque ad tertiam *partem* mensurae decocto. MARCELL. med. 26, 36 cum -ae (ipsimae *PL*), id est sapae, cyatho. PLIN. VAL. 2, 28 recipe ... -tis (?, epsemaci *trad.*) Cretici quantum sufficit ad coagulanda pigmenta.

hepta, ἑπτά. *i. q. septem*: SERV. ecl. 2, 11 (*sim.* FEST. p. 290 [*litt. gr.*; enta *F*]) in multis ... nominibus, quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione 's' ponimus: inde ... pro -a (ep- *var. l.*) 'septem'.

heptabolus *v. Onom.*

heptachordus, -a, -um (-on), ἑπτάχορδος. *gr.*: CENS. 13, 5. *i. q.* *septem chordas habens*: AMBR. Iac. 2, 12, 56 p. 68, 17 spectares per ordinem peremptorum (*sc. puerorum Macchabaeorum qui una cum matre gloriosam mortem occubuerunt*) cadavera sicut fila chordarum. audires -um (ep-, septa-, septi- *codd.*) psalterium triumphalibus gemitibus resultare. *neutr. sg. pro subst.* (*i. q. septem chordarum series*): BOETH. mus. 1, 20 p. 207, 24 sqq. (*scrib.* ep-) in superioribus ... dispositionibus -i et octachordi -um ... dicitur synemmenon ... *eqs.* in -o ... est unum tetrachordum ..., aliud *eqs.* GLOSS.[L] IV Plac. N 12 nonnulli *fecerunt* ⟨h⟩eptac⟨h⟩ordon *eqs.* *cf. Onom.*

heptachronos, -on (-os *f.*: *v. infra l. 55*) *et* heptachronus, -a, -um, ἑπτάχρονος. *i. q. septem tempora habens*, ἑπτάσημος: MAR. VICTORIN. gramm. VI 41, 19 quos *hippios* epitritos vocamus, qui sunt -i, id est ex una brevi et tribus longis. 93, 30 ne fiat prima syzygia pentachronos, sequens -os.

heptaconchus, -a, -um (-on), *ἑπτάκογχος. *scrib.* ep- *et* -onc-. *i. q. septem* *conchas* (*apsidas?*) *habens* (*de triclinio. pro subst. [fere nom. propr.]: l. 61*): CONC.[S] IV 2 p. 169, 25 (*Innocentii epistula de collatione cum Severianis habita*) convenimus in eodem -o triclinio ([*sc. palatii Iustiniani principis*]. *Innocentii epistulam laudat* LIBERAT. 9 Conc.[S] II 5 p. 110, 4 in palatii loco quod dicitur -on [eptacon contra *et* epta contra *trad.*]).

heptafill- (-folium) *v.* heptaphyllon (-os).

heptagōnon, -ī *n. et* ***heptagōnus,** -ī *m.* (BOETH.), ἑπτάγωνος. *scrib. plerumque* ep-. *i. q. figura septem angulis constans* (*de numeris figuratis*: BOETH. *ubique*; *cf. etiam* hexagonon [-us] *2 b*): BALB. grom. p. 107, 1 (*antea*: orthogonion, pentagonon) amplioribus ... formis apud Graecos nomina ⟨ab⟩ angulis dantur ut hexagono, -o (-on *J*, -um *V*). BOETH. arithm. 2, 15 p. 98, 18 -i, qui VII ... lateribus continentur. 2, 16 tit. de -is eorumque generationibus. 2, 16 p. 99, 16 -i ... figura. 2, 18 p. 103, 9 -orum procreatio. *ibid.* p. 103, 12 septenarius ... -us nascitur ex senario hexagono et uno potestate triangulo (2, 19 p. 104, 2). *et al. apud* BOETH. *cf. Onom.*

[**heptalismus** *v.* heptalychnus.]

heptalychnus, -ī *m.*, ἑπτάλυχνος. *i. q. candelabrum septem lucernas habens*: PETR. CHRYS. serm. 134 p. 564[B] (*alluditur ad candelabrum septemplex Hebraeorum*) ipsius legis -um (-lismum *codd.*, *v. l. sq.*) meruit mater sancta (*sc. Felicitas martyr mater septem filiorum*) generare: -um (-lismum *codd.* [*cf. adn.*]; 'i. -licinum?' *Heraeus*) ..., qui non unius et temporalis tabernaculi illustraret arcanum, sed ecclesiam sempiternam sacro illuminaret incenso.

heptamerēs *adi.*, ἑπταμερής. *i. q. septem partes habens*: TER. MAVR. 1957 cum vero -es (*sic Lachmann*, hephthemimeres *M*) fuerit divisio versus *heroi*, in tragicis plerumque choris deprenditur unus insertus multis non una lege creatis (*cf. antea 1940* penthemimeris ... tome; *ad rem v. p. 2613, 76*).

heptameter (-trus *l. 15*), -tra, -trum, *ἑπτάμετρος. *etiam pro subst. (sc. metrum).* *t. t. metr.*, *i. q. septem pedes habens*: SACERD. gramm. VI 526, 23 multi ausi sunt et pentametra et hexametra et -a (epte- *A*) ... iambica facere (*ibid.* 528, 2 de -o acatalecto iambico [*ibid.* 528, 2. 15]. 528, 14). MAR. VICTORIN. gramm. VI 87, 20 hoc -um catalecticum choriambicum purum, quod Phrynichum ... sui nominis appellatione signasse dicunt. DIOM. gramm. I 512, 15 -um heroum fieri solere si dixero, ridiculum quibusdam videbitur (*cf. l. 12*). SERV. gramm. IV 461, 20 (*de dactylicis*) Stesichorium constat -o catalectico (*ibid.* 461, 22 acatalecto. *cf.* MALL. THEOD. gramm. VI 592, 16 metrum dactylicum -um constat ex duobus dactylis ⟨et⟩ spondio et dactylo et tribus trochaeis. *v. etiam l. 10*). VIRG. gramm. epit. 4 p. 24, 26 omnis versus hexametrus sive -us (ep- *ed.*) rhetoricus est.

heptamyxos, -on *et* heptamyxus, -a, -um, ἑπτάμυξος. *in codd. plerumque* ep-. -os, -ō *fem.*: *l. 21. 28.* *i. q. septem ellychnia habens* (*in imag.*; *alluditur ad septemplex illud candelabrum Iudaeorum*): IREN. 5, 20, 1 p. 771 St. ubique ... ecclesia praedicat veritatem: et haec est -os (*litt. gr. Stieren*) lucerna, Christi baiulans lumen. PS. AMBR. apol. Dav. II 9, 49 p. 393, 7 lux Christi in lege praecessit, cuius postea in euangelio gratia quasi in -o (-mymo, -nixo, -tico [*sim.*] *varr. ll.*; septiformi *ante* spiritu *del. Maurini*) spiritu universa mundi ... implevit (*cf. Carm. adv. Marc. 4, 128 Vincent. Ler. 6 [8] p. 17 R.*). HEGES. 5, 9, 4 p. 311, 18 U. lucerna ... ante sub modio erat, id est sub legis mensura, nunc est in gratiae plenitudine -o (-yxto *Ussani*; *cf. adn. Weberi*) frequens lumen effundens, eo quod spiritus sanctus septem maximarum gratiarum virtutibus dei templum illuminet (*cf. Ambr. in Luc. 7, 98*).

[**heptaneuron** (*nomen herbae*) PS. APVL. herb. 2 p. 141 ed. Ackermann (*antecedit* heptapleuron, *cf. infra l. 50*). *deest codd.*; *v. Howald-Sigerist 1 l. 70 (p. 25)*.]

PLIN. nat. 36, 100 quam *porticum* ob id **heptaphōnon** ([epta-, eita-, ita- *varr. ll.*]. ἑπτάφωνον) appellant, quoniam septiens eadem vox redditur. *ad rem cf. Bölte, RE VIII 368.*

heptaphyllon *n. et* **heptaphyllos** (*l. 40. 41*), ἑπτάφυλλος (*cf. Liddell-Scott s. v.*). *de scriptura v. infra.* *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 117 l. 6 H.-S. *herba septifolium* a Graecis dicitur heptafillum. app. 117, 3 p. 295 H.-S. herba eptafillos (septefolium *γ*) ... sanat (*ibid.* 117, 6 h. eptafillos [septefolium *γ*]). GLOSS.[L] Corp. E 84—85 eftafylon: gelodwyrt (*anglosax.*; *cf.* 236 eptasyllon). eftafolium: sinfulle (*anglosax.*; *cf.* 253 eptafolium). GLOSS. III 560, 66 eptefilon i. septem folia. 611, 55 eptafilon id est elleboro (?).

heptapleuron *n. et* **heptapleuros** (*l. 51 sqq.*; *vix l. 49*), ἑπτάπλευρον. *scribitur* ep- *praeter* PLIN. *inter nomina herbae q. e. plantago* (*cf. Diosc. 2, 126 [p. 198, 3* ἑπτάπλευρον*]*): PLIN. nat. 25, 80 *plantago maior* (*cf. l. 54*), foliis laterum modo inclusa, quae quia septena sunt, quidam eam -ōn vocavere. PS. APVL. herb. 1 l. 70 H.-S. a Graecis dicitur arnoglossa, ... alii -on. herb. interp. 1 l. 76 sqq. arnoglossa quae et -os nomen sumpsit ..., quod saepe adnata habeat germina in longitudinem septem lateribus similia, [et] propterea Graeci -on ... vocaverunt. sed sunt eius species duae, nam quae -os appellatur, est maior forma (*cf. l. 48*) *eqs.* GLOSS. III 561, 74 eptaplereon: plantago.

heptapylos, -on *et* heptapylus, -a, -um, ἑπτάπυλος. *scrib. et* hep- *et* ep-. *nom. sg.* -os *et acc. pl.* -ōs *fem.*: *l. 59. 64.* *i. q. septem portas habens* (*nonnisi de Thebis Boeotiae urbe*; *ad rem cf. Schober, RE V [A] 1428*): APVL. met. 4, 9 Thebas -os accessimus. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 135, 1 Iulius ab Acacia (*i. Achaia*) de Tebe -os (?, *sic Feder* [*cf. Stud. II 34*]; tebepsetafileos [*ex gen.* Θήβης ἑπταπόλεως] *A*, -pyleos *Migne et al.*). SCHOL. Stat. Theb. 3, 198 Thebae a veteribus -ae sunt nominatae, quia septem portis ambiebantur. 7, 252 Thebana civitas -os dicta est. HYG. fab. 275, 4 p. 151, 17 Thebas -as, quae septem portas habuisse dicuntur (dicitur *F*; *corr. Muncker, qui etiam* Thebam -am ... dicitur *legi posse monet*).

heptas, -adis *f.*, ἑπτάς. ep- *ubique.* *editur litt. gr.*: MACR. somn. 1, 6, 45. 76 MART. CAP. 6, 567 (vers.). *i. q. numerus septenarius*: MART. CAP. 2, 108 trias quaternario sociata -em (-en *trad.*) facit. 7, 738 quid ... te, -s, venerandam commemorem? *ibid.* -s ... quod nihil gignit, eo par virgini (pervirgo *var. l.*, *Dick*) perhibetur. 7, 740 -s. 7, 745 -s.

heptasēmus (-os *f.*: *l. 83*), -a, -um, ἑπτάσημος. *scrib. et* hep- *et* ep-. *i. q. septem tempora habens* (*cf. l. 79. 84*), ἑπτάχρονος: MAR. VICTORIN. gramm. VI 48, 1 epititri dicti ob adiectionem tertiae partis ∗ quam sunt paeones, meritoque a Graecis ita dicti ἐπίτριτοι: nam sunt -i (48, 15 epitriti, qui et hippii, ... sunt ... -i, id est temporum septem. MART. CAP. 9, 978 epitritus ab -o *pede* principium facit). 94, 29 ut praecedens colum *ionici minoris*, cum esse sena tempora in singulis coniugationibus oporteat, pentasemum fiat, sequens vero -o (*sc. pede?*) subsistat (*cf.* DIOM. gramm. I 506, 6 cum prior basis pentasemos fuerit ..., erit ... secunda -os, id est temporum septem).

[Groth-H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

AMM. 22, 16, 10 *Cleopatra* **heptastadium** ([ep- *V*]. *i. aggerem septem stadiorum*; *ἑπταστάδιον*) ... construxit (*cf. 11* septem diebus totidem stadia molibus iactis. *ad rem v. Puchstein, RE I 1379 sqq.*).

heptasyllabos, -on *et* heptasyllabus, -a, -um, *ἑπτασύλλαβος. *etiam pro subst. (sc. metrum).* *i. q. septem syllabas habens*: SACERD. gramm. VI 520, 7 dimetrum catalecticum Anacreontium -um ⟨fit⟩ hoc modo *eqs.* (*cf.* MAR. VICTORIN. *ibid.* 143, 24 -on A. primam habens longam). FORTVN. *ibid.* 297, 28 -um Pherecratium, qui constat ex spondeo et dactylo et spondeo (*cf.* MAR. VICTORIN. *ibid.* 74, 22. 119, 20. 152, 6 [152, 11]. 164, 35). 302, 20 -on choriacon ... esse dimetron catalecticon Euripidion (*cf.* MAR. VICTORIN. *ibid.* 168, 20). MAR. VICTORIN. *ibid.* 51, 4 alia *metra* a numero syllabarum *appellata*, ut -on.

heptateuchus, -ī *m.* (*? -um n.: infra l. 24. 34*), *ἑπτάτευχος (*sc.* βίβλος). *scribitur plerumque* (h)eptaticus (-um); *traditur vel editur* -teuch- (*sim.*): HIER. (*infra l. 22*) eptateucum, emptatheucum, pentateuchum *pars codd.* SIDON. (*infra l. 27*) -teuch- *codd.* CASSIOD. (*infra l. 29; bis*) -teuch- *Migne.* LEANDER (*infra l. 34*) -teuch- *Migne.* *tomus septem priores V. T. libros (i. Pentateuchum librosque Iosue et Iudicum) continens*: AMBR. in psalm. 118 serm. 21, 12 p. 480, 3 inveni -um. HIER. epist. 107, 12, 2 p. 303, 1 mandet memoriae ... -um. PS. HIER. expos. in Matth. p. 554^{A} per septem panes (*15, 36*) ostendit -um (*sic in interpr. alleg.: ibid.* p. 557^{D} mulier, id est synagoga, per septem viros [*22, 23 sqq.*] -um intellegitur. in Luc. p. 569^{D} vixerat cum viro ... annos septem [*sc. Anna prophetissa; 2, 36*], id est synagoga cum -o). SIDON. epist. 5, 15, 1 librum ... -i (*postea*: volumen ... prophetarum. *cf.* GREG. M. epist. 2, 38 p. 139, 17 codicem). ALC. AVIT. epist. 7 p. 38, 23 exemplum .. quod legitur in -o (CASSIOD. in psalm. 98, 7 p. 695^{C}. 98, 8 p. 696^{A}. *cf.* GREG. M. epist. 9, 138 p. 137, 2 in textu -i). GREG. M. epist. 12, 6 p. 352, 17 *loqui* de -o. BENED. reg. 42 *post completorium* legat unus ... Vitas Patrum ..., non autem -um aut Regum (*cf.* LEANDER reg. 7 p. 884^{C} merito a veteribus isti libri prohibiti sunt legere carnalibus, hoc est -um et Cantica Canticorum). GLOSS. V 413, 29 (*ad* BENED. reg. [*v. supra*]) -um: septem librorum vel septenarium.

heptaticus (*sim.*) *v.* heptateuchus.

heptēris, -is *f.* *a gr.* ἑπτήρης (*sc.* ναῦς). *scrib.* ep-: GLOSS., NOT. Tir. NOT. Tir. 110, 4. GLOSS.^{L} III Abstr. EX 113 (*cf. ibid.* EP 10. I Ansil. EP 95) hexeris: navis sex ordinum; ⟨-is: septem⟩.

i. q. navis septem remorum ordines habens (*ad rem v. Assmann, RE VIII 369; Miltner, ibid. Suppl. V 939. 958*): LIV. 37, 23, 5 regia classis (*sc. Antiochi*) septem et triginta maioris formae navium erat; in quibus tres -es, quattuor hexeres habebat (*cf.* 37, 30, 2 *hostium classis* maximae formae naves tres hexeres habebat, duas -es). 37, 24, 3 exterruit -is regia ... demersa. 37, 24, 9 -em captam.

hepthēmimerēs, *acc.* -ēn *et* **-ris,** *acc.* -in (*saepe pro subst. f., sc. tome sim.*), ἑφθημιμερής. *de scriptura* -pth- *v. Schulze, Orthographica (passim).* *formae rariores*: *nom. sg.* -is: FIN. METR. gramm. VI 240, 2. 5; -e: SCHOL. Hor. carm. 4, 7 pr. *acc. sg.* -in: *infra l. 59.* *abl. sg.* -e: *infra l. 75.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 121, 26 SERG. gramm. IV 480, 1. *nom. acc. pl.* -e: *p. 2614, 2. 3.* [*falso trad.: v. p. 2611, 83.*]

t. t. metr. (*nota def.: infra l. 56. 59*). *latine redditur per* semiseptenaria (*?* septenaria: *p. 2614, 2*): *infra l. 78.* *Prisc. gramm. III 420, 12. 459, 7. 460, 14. 474, 19.*

1 *generatim*: SERV. gramm. IV 457, 10 -en ... *esse*, cum tres pedes ... sequitur syllaba *quae partem terminat orationis* (*cf. infra l. 60*). 2 *speciatim*: **a** *caesura versus heroici*: TER. MAVR. 1681 hanc *caesuram* -in numeri de parte vocarunt, quia tres pedes et una septem dividunt (*definitur* [*cf. supra l. 56*]: MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 9 secundam divisionem -en [-em *AB*] Graeci dixerunt, quae tribus pedibus emensis adicit syllabam completque sensum quacumque orationis particula. EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 11. 19. AVDAX gramm. VII 333, 9 -es fit, si post tertium pedem *syllaba remanens partem terminat orationis.* FIN. METR. gramm. VI 240, 5 GRAMM. VI 638, 10. 645, 28). MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 22. 65, 26 -en disyllabo clausam. 65, 30 nonnumquam ... evenit, ut in eodem versu plures incisiones, id est penthemimeren et -en et eam ..., quam bucolicen Graeci dicunt, reperiamus (*enumerantur caesurae*: 114, 19. DIOM. gramm. I 497, 9 incisiones versus heroici sunt quattuor: ... tertia -es. EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 13 heroi versus quinque sunt ... caesurae: ... -es. AVDAX gramm. VII 333, 4 FIN. METR. gramm. VI 240, 2 FRG. Bob. gramm. VI 623, 15 GRAMM. VI 638, 6. 645, 25). 70, 23. 120, 12 de metris quae ex penthemimere et -e tome propagantur (*propagantur alia metra*: 121, 16 -es tome subdito sibi versu trimetro catalectico ... aptum tragicis choris metrum praestabit [*ad rem cf. p. 2611, 83*]. 121, 26. 128, 25). DIOM. gramm. I 497, 23 -es, Latina lingua translata semiseptenaria. SERG. gramm. IV 480, 1. EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 16 versus, qui non habet penthemimeren caesuram aut -en, non stat. GRAMM. VI 638, 8. SERV. Aen. 12, 144 versum hunc sine caesura esse: nam -es (-is *var. l.*), quam habere creditur, in synalipham cadit. SCHOL. Hor. carm. 4, 7 pr. (*rectius* penthemimere?). **b** *aliorum metrorum*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 79, 20 tomas ..., id est divisiones versuum, recipit *metrum iambicum* penthemimeren et -en, id est quinariam et septenariam. 105, 16 si anapaestica -e copulentur, fiet metrum quod παροιμιακὸν appellatur. 105, 19 ex duobus trochaicis, quae -e nuncupamus, fit metrum Euripidion (*cf.* SCHOL. Hor. carm. 2, 18 pr. prior versus trochaicum metrum habet et est -es, id est trochaicum dimetrum catalecticum. *ibid. iterum*).

deriv.: hepthemimericus.

hepthēmimericus, (-a), -um. *ab* hepthemimeres. *i. q. ad hepthemimeren pertinens*: SACERD. gramm. VI 538, 12 de -o antispastico Pherecratio. antispasticum -um Pherecratium fit hippio quarto, hippio primo, hippio tertio, spondeo vel trochaeo.

hepthēmimeris *v.* -res. *Groth-H. H.*

1. hera *v.* era.

2. (h)era, -ae *f.*, ἔρα. MART. CAP. 2, 160 a medietate ... aeris usque in ... terrae ... confinia ... heroes ... versantur, qui ex eo quod -am (*trad.* heram, eram, aeram; Heram *Dick*) terram veteres dixere, heroes nuncupati. GLOSS.^{L} Corp. H 59 -a terra (unde heroes *add. EE*). *litt. gr.*: SERV. auct. ecl. 4, 35 heroas quidam a terra dictos volunt, quod terra ἔρα (herba *L*, ἤρα *Daniel*) dicta sit.

hēracl- *v. Onom.*

(erba) scruvaria (serovaria, scrovarion; *sc.* scrobaria *Goetz*, scrofaria *Heraeus*): **heranisida** (*?, vel* hyramsida, hramsida) GLOSS. III 565, 26 (*al.; v. Goetz, Thes. gl. em. s. v. scrovaria*).

(h)ēranthemum CHIRON 387 (*nomen herbae*) *v. vol. V 2, 744, 36* (*ad rem cf. Wagler, RE I 2364*). *H. H.*

***herba,** -ae *f.* [*orig. inc.; sunt qui conferant* gramen *et* hordeum, *q. v. J. B. H.*] *de etymol.*: ISID. orig. 17, 6, 1 ab arvis. *scribitur* (*cf.* CASSIOD. gramm. *p. 2625, 52*): erb-: LEX Visig. 8, 3, 12 p. 326, 7 (*codd. R 1, E 2, V 2*). 8, 5, 5 p. 347, 18 (*codd. R 1, E 2*). LVX. anth. 369 *et* 372 tit. (*cod. Salm.*). (h)erv- (*v. et supra l. 28*): ANON. med. ed. Piechotta (*cod. s. VI*) *frequenter.* *litt. graecis*: PS. DIOSC. Vind. (*v. Wellmann, Ind. p. 352*). *de genere*: GRAMM. suppl. 163, 32. NOT. Tir. 94, 62. 104, 26. *de notione*: NIGID. Serv. auct. georg. 1, 120 (*v. vol. VI 1, 641, 54*). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 427, 9 B. -a pabulum. germen. gramen. cespes. faenum. pastio. muscus. GLOSS. βοτάνη, χλόη, φλόη, πόη. *legitur inde ab* ENN. (*p. 2620, 37*), PLAVT. (*p. 2616, 17. 2620, 38. 2621, 71. 2622, 21 sqq.*). *singularis saepissime sensu collectivo usurpatur.* *translate et proverbialiter usurpata (sim.) v. p. 2615, 33. 2616, 33. 2619, 67. 2621, 68 sqq. 2622, 61 sq.* [*val.* iarbă, *it.* erba, *francog.* herbe, *hisp.* hierba. *M.-L.*] [*falso trad.*: OV. Pont. 1, 3, 51 (*cf.* 1, 7, 13) *pro* 'uvas'. TAB. Peut. 9, 2 (*pro nomine* 'Rhebas'; *v. Miller, p. 637. 839*). *loco corrupto*: OV. Pont. 4, 16, 33. *e coni.*: CAES. civ. 1, 48, 5 tempus ... difficillimum, quo neque frumenta in hibernis (*trad.*; in -is *Ellebodius* [*cf. p. 2622, 63*]; in acervis *F. Hofmann, Klotz; al. al.*) erant neque multum a maturitate aberant (*sim.* LIV. 25, 15, 18 *p. 2622, 65*). SEN. nat. 4^{a}, 2, 3 ⟨-isque in⟩gentibus sparsus *Oltramare* (*ed. Paris 1934; cf. p. 2620, 44*). COLVM. 8, 17, 6 (*at v. vol. I 1542, 58*).]

I *i. q.* ***planta humilis et viridis*** *a terra procreata*:
A ***potiora*** *quaedam de* ***natura, qualitatibus, speciebus sim.***:
1 *quem locum teneat -a inter naturae partes*: **a** *opponuntur homo, animalia (eorumve partes, e. gr. infra l. 55 et l. 75), inanimata*: VARRO rust. 2, 9, 8 cibatus canis propior hominis quam ovis. pascitur enim ... ossibus, non -is aut fronde (*cf.* PLIN. nat. 8, 140. 9, 37 *testudines* in mari conchyliis vivunt ..., in terram egressae -is. 9, 62 *scarus* solus piscium dicitur ruminare -isque vesci atque non aliis piscibus. 10, 199). CIC. nat. deor. 2, 133 quaeret quispiam, cuiusnam causa tantarum rerum (*i. mundi*) molitio facta sit, arborumne et -arum ...; an bestiarum; *an hominis* (TERT. adv. Hermog. 33 p 163, 5 ex terra -a *facta est* et fructus et pecudes et figuratio hominis ipsius. AVG. civ. 1, 20 p. 34, 28 D. 5, 7 p. 200, 9. MACR. somn. 1. 14, 13 terrenorum corporum tertius ordo in arboribus et -is est). LVCR. 1, 885 *si revera omnibus omnes res inmixtae latitarent*, -is ... saepe decebat, cum lapidi in lapidem terimus, manare cruorem. 5, 790 tellus -as virgultaque primum sustulit, inde loci mortalia saecla (*i. animalia*) creavit (QVINT. decl. 350 p. 378, 13 *venenum* aliud ex radicibus -arum contrahitur, aliud ex animalibus ... reservatur. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 209, 9 B. *al.* AVG. civ. 10, 17 p. 430, 20 D. *pulchritudines* non solum in corporibus animalium, verum in -is etiam ... gignuntur. *et al.*). SEN. benef. 5, 19, 6 prodest ... et animal et lapis et -a (PETRON. 88, 3. PS. APVL. Ascl. 38 constat ... de -is, de l. et de aromatibus divinitatis naturam in se habentibus. AVG. civ. 10, 11 p. 420, 32 D. 21, 6 p. 499, 14). APVL. apol. 30 in maleficio ille ... -as et surculos *nominat*, tu squamas et ossa. TERT. spect. 2 p. 3, 11 tam ferrum dei res est quam -ae. BOETH. c. Eut. 6, 28 neque ... potest aes in lapidem mutari nec ... aes in -am. cons. 3, 11, 17 W. quid de -is arboribusque, quid de inanimatis ... consentiam rebus ... dubito. *et al.*

b *opponuntur alia plantarum genera*: CIC. nat. deor. 2, 98 terra ... vestita floribus, -is, arboribus, frugibus. div. 1, 13 (*opp.* radicum) quae sint animadversa a medicis -arum genera (LVCR. 1, 889 -arum genera et fruges frondesque. *et al. cf. infra l. 84*). LVCR. 5, 921 -arum genera ac fruges arbustaque laeta (SEN. benef. 4, 5, 2

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tot a. . . . frugifera, tot -ae salutares. nat. 3, 25, 2). VITR. 8, 3, 13 in Syria . . . in harundinibus et iuncis -isque omnibus . . . *sunt* odores. SEN. nat. 3, 25, 8 Cutiliarum insula et **arbores** habet et -as nutrit: tamen aqua sustinetur (COLVM. 2, 2, 14 -arum et a. proventum. TERT. adv. Marc. 2, 11 p. 350, 18 faenum et -ae et arborum fructuosa. *al.* SERV. Aen. 5, 81 p. 602, 10 PRAEDEST. 1, 46 p. 603ᴮ. *et al. v. etiam p. 2614, 60. 63. 78. 81. vol. II 420, 3. 14. 26 et cf. infra l. 15*). PLIN. nat. 12, 104 dicamus et de iunco, quamvis alio -is dicato volumine. 16, 178 in **fruticum** . . ., veprium cauliumve . . ., -arum aut alio . . . genere (*saepe; v. vol. VI 1, 1443, 39—50*). 18, 1 natura **frugum** . . . ac florum quaeque alia praeter arbores aut frutices . . . tellure proveniunt, vel per se tantum -arum immensa contemplatione. 27, 143 de -is . . . memoria digna hactenus accepimus. ITALA gen. 1, 11 (Tert. adv. Hermog. 22 p. 150, 15) produxit terra -am foeni (VVLG. -am virentem) . . . et **lignum** fructuosum (exod. 10, 15 [Monac.] omnem -am terrae et omnem fructum ligni. *inde*: AVG. civ. 11, 29 p. 503, 20 D. *et al. cf. etiam* CLAVD. DON. Aen. epil. p. 643, 3 -arum . . . et lignorum vocabula). *speciatim: indicatur, ad quod genus aliquid pertineat*: PAVL. FEST. p. 30 batus genus -ae (GLOSS.). p. 120 luma genus -ae vel potius spinae. FEST. p. 263 ruscum est, ut ait Verrius, amplius paullo -a et exilius virgultis fruticibusque. PLIN. nat. 12, 45. 13, 107 est . . . eodem nomine *loto* et -a et in Aegypto caulis. 13, 135 alga -arum maris vocabulum intellegitur, *phycos* . . . est frutex. 14, 101 ex loto arbore, frutice, -a. 16, 79 *folia* non decidunt oleae, lauro . . . et, quamvis -a dicatur, Sabinae. 21, 43 *saliunca* -a verius quam flos. 21, 177 *vesicaria* frutex est surculosus verius quam -a. 22, 55. 27, 69 conferva . . . spongea aquarum dulcium verius quam muscus aut -a. GAIVS dig. 47, 7, 4 non dubitatur, si adhuc adeo tenerum sit (*sc. arbor*), ut -ae loco sit, non debere arboris numero haberi (*cf.* ISID. orig. 17, 6, 1 *et v. p. 2622, 57*).

2 *spectatur ipsius natura et vita* (*aetas p. 2616, 15. 16; modi et tempora crescendi l. 40 sqq. p. 2616, 7. 15. 17. commemorantur partes -ae infra l. 82. proverbialiter l. 65. p. 2616, 16. singulariter de -ae viridi superficie p. 2616, 21*): LVCIL. 947 austerissimarum -arum sucos +exprimebat (*cf. p. 2617, 60*) *medicus ut videtur* (*sim. de gustu*: VERG. georg. 3, 395 salsas . . . ferat *agricola* praesepibus -as. PLIN. nat. 21, 104 etiam homini dulcis. 27, 25 androsaces est -a alba, **amara** [HIER. hom. Orig. in Ezech. 12, 1 p. 433, 14 B. *cf. infra l. 65 et* ISID. orig. 17, 9, 28]). CATO agr. 48, 2 simul -ae inceperint nasci (*cf. p. 2619, 69*), eximito. nam si -am duram velles, cupressos simul evelles (*sim.*: COLVM. 6, 17, 3 si hanc -am **viridem** tempus anni negat, semina eius . . . dantur [6, 38, 4. 11, 2, 48 *Kal. Iun.*, si iam defecit v. -a]. SCRIB. LARG. 60 -am urceolarem . . . cum iam in semine est. PLIN. nat. 21, 106 cum omnes -ae folium primum emittant, mox in caulem rotundentur. PALLAD. 7, 10). VARRO rust. 2, 11, 2 ex -is, quae sumptae perpurgare solent corpora nostra (*sim. de viribus*: SCRIB. LARG. 135 mollit . . . alvum -a Mercurialis. PLIN. nat. 24, 168 -a lanaria ovibus . . . data lactis abundantiam facit. 26, 131 sanguinis profluvia sistit -ae Paeoniae semen. *et al.*). 3, 10, 6 -am . . . teneram aliquam *pullis anserum des* (*sim. de qualitate*: CIC. div. 2, 68 corona ex asperis -is. OV. met. 15, 417 mollis . . . -a sub undis. PLIN. nat. 1, 21, 39 quae semper vireat. 1, 21, 64 quae intra se parit. 17, 33 *in terra amara* atrae degeneresque. 19, 26 sponte nascens [*aliter p. 2616, 5*] et quae non queat seri. 21, 91 spinosae. *ibid.* sine spinis. 27, 55 fruticosa. ISID. orig. 17, 9, 20 semper frondens. 17, 9, 102 acuta et durissima). 3, 16, 36 *prope apium stationem* apponendum bene olentium -arum (*de -is gratis apibus v. etiam l. 61. p. 2617, 30. 2622, 45*) maxime apiastrum et thymum (*sim. de odore*: VERG. ecl. 2, 49 **suavibus** [georg. 4, 200 PALLAD. 5, 7, 6]. PLIN. nat. 12, 34 praecipui odoris. 27, 131 odorata. PALLAD. 1, 37, 2 *apium curator nutriat* -as suavissimi odoris et floris [*v. l. 57*]. CASS. FEL. 20 p. 32, 12 putidam. *cf.* SCRIB. LARG. 185). SALL. hist. frg. 2, 10 in Sardinia . . . nascitur . . . -a, ut Sallustius dicit, apiastri similis. haec comesa ora hominum rictus dolore contrahit et quasi ridentes interimit (*cf.* VERG. ecl. 7, 41 Sardoniis videar tibi amarior -is). VERG. ecl. 4, 24 occidet et serpens et fallax -a veneni occidet ([SEN. Herc. f. 936]. Aen. 4, 514 nigri cum lacte veneni. PORPH. Hor. epod. 3, 3 venenatissima. AVG. gen. c. Manich. 1, 13, 19 venenosae). HOR. sat. 2, 4, 29 lapathi brevis -a (*sim. de magnitudine*: PLIN. nat. 22, 23 brevem . . . et latam. 27, 76 parva. 27, 83 humilis. 27, 98 quincuncialis fere). LIV. 21, 54, 1 *rivus* obsitus palustribus (*aliter p. 2617, 27*) -is (*sic de loco nascendi*: PLIN. nat. 18, 34 pratensis [24, 152 in pratis]. 24, 91 silvestris. 24, 104 in umidis. 25, 140 in vineis. 27, 125 in saxosis montibus. 31, 28 in labris fontis. SERV. auct. ecl. 7, 42 alga -a, quae in mari nascitur. VVLG. IV reg. 19, 26 virens -a tectorum. MART. CAP. 2, 141 rurestri [CASSIOD. inst. div. 31 p. 1146ᴰ agrorum. PALLAD. hist. mon. I 23 p. 304ᴮ agrestibus. *cf. et p. 2617, 1*]. GLOSS. III 588, 49 montana). SEN. epist. 84, 4 in nostris (*i. Italicis*) . . . -is vim eandem *esse* (*sim. de regione nascendi*: PLIN. nat. 16, 244 in Syria -a . . . cadytas. 27, 57 catanancen Thessalam -am. *al.* SERV. georg. 4, 31 -ae genus abundantis in Phrygia). COLVM. 6, 17, 3 -ae sucus vino mixtus (*sim.* [*v. supra l. 33*]: PLIN. nat. 1, 21, 60 differentiae -arum per folia. 15, 30 *oleum e* gramine -ae. 25, 3 fila. 26, 38 radix. *ibid.* superficies. 26, 104 semen. 37, 83 florem [AVG. civ. 5, 11 p. 211, 2 D. flosculum] PS. MAR. VICTORIN. phys. 13 p. 1303ᴬ comae. VVLG psalm. 36, 2 olera. CASS. FEL. 20 p. 32, 12 lac. DRAC. laud. dei 3, 28 frondibus -ae *vestiuntur* ISID. orig. 17, 10, 3 caulis . . . -arum vel olerum medius frutex. *et al.* [*v. etiam infra l. 35*]). PLIN. nat. 1, 25, 1 naturae -arum sponte nascentium (*aliter p. 2615, 54*). 1, 27, 118 de aetatibus -arum. 11, 18 *cum* mella -am eam (*sc. spartum*) sapiant. 11, 231 -ae . . . ab incisura augentur, . . . *pili* ab radice exeunt. 12, 72 a radice folia emittens (*sim. de forma*: 21, 183 convolutis foliis. 22, 161 spicam ferentis [ISID. orig. 17, 9, 3 spicosa]. 24, 152 capillamenti modo foliosam. 26, 59 a radice ramosae, pinguibus foliis, triangulis . . ., radice crassa. SERV. auct. georg. 1, 153 hirsutae. DIOSC. 3, 74 p. 408, 20). 14, 14 *in Africa vites* -arum modo vagantur per arva. 25, 15 nihil non -arum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas (*magica vis inesse creditur* [*cf. p. 2618, 30*]: 26, 18 Aethiopide -a amnes ac stagna siccari. *et al.*). 25, 109 ipsa -a incipit et desinit cum vite. 26, 26 condurdum . . . -a **solstitialis** (*per comparationem*: PLAVT. Pseud. 38 quasi s. -a paulisper fui: repente exortus sum, repentino occidi. AVSON. 196, 36 p. 55 P. s. velut -a). 31, 114. STAT. silv. 2, 1, 133 velabat amictu . . . *vel* -as imitante sinu (*sim.*: 2, 2, 91. MART. 5, 23, 1 -arum fueras indutus . . . colores. CLAVD. DON. Aen. 6, 304 p. 549, 18).

nota (*v. p. 2615, 34. dub.*: COLVM. 10, 246): VARRO rust. 1, 48, 3 *spicae* primitus cum oriuntur neque plane apparent, qua sub latent -a, ea vocatur vagina. PLIN. nat. 21, 89 *arachidne et aracos* nec folium nec -am aut quicquam aliud supra terram habent. 21, 93 mordacitas *urticae* non . . . cum ipsa -a gignitur, nec nisi solibus roborata (24, 100 *semen* auget et lacte . . ., item radix. ipsa -a strumis . . . inlinitur. 24, 179). 21, 152 *trifolii* seminis granis . . . potis vel foliis et tota -a decocta. 22, 147 per se imposita -a (*opp. folia*) . . . sanguinem cohibet. *cf.* 27, 47.

3 *species distinguuntur nomine proprio* (*exempla selectissima. nomen habet formam adiectivi e. gr. infra l. 35. 66; substantivi infra l. 52. 72. praecedit e. gr. infra l. 40; sequitur e. gr. infra l. 41. translate infra l. 57. saepius omittitur -ae vocabulum* [*inde a Varrone, ut vid.; e. gr. rust. 1, 42. 2, 1, 17 Medica*]): CATO agr. 70, 1 -ae Sabinae plantas tres (*sim. a regionibus nascendi*: CELS. 5, 27, 10 Vettonica vel Cantabrica. COLVM. 6, 25, 1 Santonica. PLIN. nat. 27, 93 Idaeae. 29, 55 quae Commagene vocatur. SERV. georg. 1, 215 *Medica* -a a Medis translata est in Graeciam. 4, 278 *iuxta Mellam fluvium* -a plurima nascitur; unde et amella dicitur. ISID. orig. 17, 9, 29 Dicta mons . . . ex quo dictamnum -a nomen accepit). agr. 158, 1 -ae Mercurialis non multum (SCRIB. LARG. 93 Apollinaris. PLIN. nat. 26, 151 Paeoniae [PS. APVL. herb. 65 l. 9 H.-S. peonia nomen auctoris retinet. *aliter p. 2617, 53*]. 30, 24 in -a Veneris labro appellata. PELAGON. 400 Heraclea. PS. APVL. herb. 35 l. 25 H.-S. Ciro centaurus has -as [*sc. Centaurias*] fertur invenisse. ISID. orig. 17, 9, 15 Hyacinthus. 17, 9, 45 Artemisia -a Dianae . . . consecrata est . . .; Graece enim Diana Ἄρτεμις dicitur [*aliter infra l. 79*]). MACER carm. frg. 11 inter praeteritas numerabitur ocimus -as. PAVL. FEST. p. 166 nautea -a granis nigris, qua coriarii utuntur: a nave ductum nomen, quia nauseam facit. CELS. 5, 27, 5ᴮ -ae solaris, quam heliotropion Graeci vocant (*sim. a natura*: PLIN. nat. 12, 46 hirculus vocatur a gravitate odoris. 24, 173 impia. 24, 176 philanthropon . . . Graeci appellant . . ., quoniam vestibus adhaerescat. 26, 62 lactariam. 27, 91 holosteon sine duritia est -a ex adverso appellata. PS. APVL. herb. 124 l. 1 H.-S. sempervivum). 5, 28, 18ᴮ *papula* murali -a tollitur (*cf.* MARCELL. med. 13, 6 parietalis. CASS. FEL. 2 p. 11, 4 parietariam. *transl.*: PS. AVR. VICT. epit. 41, 13 *Constantinus* **Traianum** -am parietariam ob titulos . . . aedibus inscriptos appellare solitus erat [AMM. 27, 3, 7 parietinam]). CELS. 6, 7, 4ᴬ -ae sanguinalis (ISID. orig. 17, 9, 79 sanguinariam . . . quod missa in naribus sanguinem moveat. *sim. ab effectu*: SCRIB. LARG. 8 pediculariam, quod pediculos necat. 150 ad calculosos -a . . . quam nos calcifragam appellamus. 181 altercum. PLIN. nat. 22, 59 *quod verrucas tollit sucus*, verrucariam -am appellavere. 22, 161 miliaria . . . quae necat milium. PS. DIOSC. herb. fem. 56 [55] lanariam . . . ex eo quod . . . lanam ex ea lavant. ISID. orig. 17, 9, 81 ab effectu -am salutarem). COLVM. 6, 17, 1 personatam ([persona *codd.*; *def. Svennung, Eranos 26, 1928, 183 sqq. qui fusius de -a personata scripsit*]. *sim. de forma*: SCRIB. LARG. 53 quinquefoliae [PLIN. epist. 5, 6, 11 trifolium. SER. SAMM. 813 quae nomen foliis de mille recepit. PS. APVL. herb. 117 l. 1 H.-S. septefolium]. PLIN. nat. 18, 155 securiclata, quam Graeci a similitudine pelecinum vocant. 21, 23 convolvulum. MARCELL. med. 28, 20 muris auricula. 31, 13 centenodiam. PS. DIOSC. Vind. 3, 7 p. 12, 12 μουλτιράδιξ. ISID. orig. 17, 9, 41 calicularis). SCRIB. LARG. 46 λυσιμάχιον -a (*sim. ab inventore*: PLIN. nat. 1, 25, 43 sqq. -ae quas gentes invenerunt [Scythice *eqs.*]. 1, 25, 50 sqq. -ae ab animalibus repertae [chelidonia, canaria *eqs.*]. 5, 16 Euphorbeam . . . ab inventore medico . . . appellatam. 25, 70 Clymenus a rege. 25, 73 *nomen dedit* Artemisia uxor Mausoli . . . -ae quae antea parthenis vocabatur [*aliter supra l. 46*]. 26, 88 Fulviana. PS. APVL. herb. 89 l. 16 H.-S. -am Achilles invenit, . . . quae ob id Achillea vocatur, de hac sanasse Telephum dicitur [*aliter p. 2617, 78*]). PLIN. nat. 14, 108 alii helenion, alii Medicam, alii symphyton, alii Idaeam, alii Orestion, alii nectariam. QVINT. inst. 8, 2, 2 *vitandi vulgaris nominis sparti causa quidam* in actione Hibericas -as . . .

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dicebat. GLOSS. III 561, 1 -a rustica (*cf. p. 2615, 76. 2622, 29*) rosa agrestis. *nota* (*cum gen. definitivo. ad rem v. Svennung, Unters. Pallad. 210 sq.*): SER. SAMM. 693 -a chelidoniae (-a *var. lect.*). PS. THEOD. PRISC. add. p. 307, 22 -am mandragorae. *al.* (*v. Svennung l. c.*). *aliter: p. 2615, 69. 2620, 49.* COLVM. 12, 8, 3.

B *loci generales:* **1** *quae sponte nascuntur quibuslibet locis:* **a** *in universum:* CATO agr. 54, 5 *boves* viride cum edunt, semper id exspectant, et fiscellas habere oportet, ne -am sectentur, cum arabunt. 113, 2 amphoras in sole ponito, ubi -a non siet. 161, 4 aliut stercus -as creat (*sim.*: VARRO rust. 1, 38, 3 *equinum stercus* multam facit -am. COLVM. 11, 3, 12 *al.* PALLAD. 1, 33, 2 recentia stercora proficient ad uber -arum. *et al.*). VARRO ling. 5, 166 lectica, quod legebant unde eam facerent, stramenta atque -am (*cf.* frg. Non. p. 11, 12. CLAVD. DON. Aen. 11, 67 p. 417, 7 agreste stramen est, quod -is agro detractis sternitur). rust. 1, 7, 10 *campus* in quo relicta pertica postridie non appareret propter -am. 3, 12, 3 lepores interdius delitiscant in virgultis atque -is (*cf.* PLIN. nat. 32, 75). LVCR. 5, 1417 strata cubilia sunt -is et frondibus aucta (*cf.* PAVL. FEST. p. 44 COLVM. 2, 1, 5 PLIN. nat. 28, 124. *cf.* PLIN. epist. 7, 27, 10 -as et folia concerpta signum loco ponit). CAES. civ. 3, 58, 5 postquam non modo hordeum pabulumque ... -aeque desectae, sed etiam frons ex arboribus deficiebat. OV. hal. 90 vada subnatis ... viridentur ab -is (*sim. de aquatilibus*: SEN. nat. 6, 8, 4 implicatae aquis -ae. PLIN. nat. 2, 227. 18, 190 AVSON. Mos. 74). MANIL. 5, 212 *aestu* viridis nemori sanguis decedit et -is (SEN. Oed. 41 deseruit amnes umor atque -as color). SEN. nat. 3, 27, 4 *aquā* tunc corruptis quae seruntur manu, palustris (*praedicative; aliter p. 2615, 71*) omnibus campis -a succrescit. COLVM. 6 praef. 2 arator abominetur, at contra pastor optet -arum proventum. 6, 31, 1. 8, 15, 3 *solum stagni* ne possit -as evomere. 9, 8, 13 *apiastrum* aliasque ... -as, quibus id genus animalium (*i. apes*) delectatur. 12, 15, 4 PLIN. nat. 8, 132. 18, 251 *dicit natura*: tibi *agricolae* inter -as tuas spargo *cicindelas*. 18, 293. 22, 95 tot -ae, tot arbores fruticesque ab emersu *serpentis* ... ad latebram usque vernantes (AMM. 18, 6, 14 *planities*, ubi nec a. nec frutecta nec quicquam praeter -as humiles visebatur. CLAVD. DON. Aen. 3, 142 p. 285, 2). 25, 8 *Graeci auctores* pinxere ... effigies -arum atque ... subscripsere effectus. 31, 52. APVL. apol. 88 marita cubet ... inter suboles -arum et propagines vitium et arborum germina. met. 2, 4. *et al.*

b *specialia:* α *medicamina:* (I) *medicinales -ae* (*v. et p. 2615, 35. 46.* *de medicina -arum scientia l. 47 sqq. 67 sqq.* *de rite colligendis p. 2618, 23; quomodo adhibendae p. 2618, 1; de precationibus p. 2618, 17.* *de -arum inventione p. 2618, 10.* *notantur vires effectusque l. 64. 70 sqq. 81. p. 2618, 12; de gloria -arum p. 2618, 14.* *accedunt deorum heroumve nomina infra l. 53 sqq.* *metonymice fere i. q. medela l. 77 sqq.*): CIC. nat. deor. 2, 161 remedia morbis et vulneribus ... ex ... stirpibus et -is, quarum utilitates longinqui temporis usu et periclitatione percepimus (*sim.*: VERG. Aen. 12, 396 scire potestates -arum. SEN. epist. 95, 15 medicina quondam paucarum fuit scientia -arum [IREN. 2, 32, 2]. PLIN. nat. 25, 27 peritis -arum medicis. *et al.*; *cf. infra l. 67. 69 et nota*: CLAVD. 7, 62 medicas [*cf. p. 2618, 12*] seu disceret -as [CASSIOD. inst. div. 31 p. 1146^C]). VERG. Aen. 7, 769 *Hippolytum* Paeoniis revocatum -is et amore Dianae ([*falso explicat* (*cf. p. 2616, 43 et infra l. 78*): CLAVD. DON. Aen. 7, 769 p. 105, 27 remedio -ae Paeoniae]. VERG. Aen. 12, 402 manu medica Phoebique potentibus -is. OV. Pont. 1, 3, 21 afferat ... sacras Epidaurius -as. HOMER. 351). HOR. epist. 2, 2, 149 si volnus tibi monstrata radice vel -a non fieret levius, fugeres radice vel -a ... curarier (*cf. l. 70. p. 2618, 7 et al.*). TIB. 1, 6, 13 sucos -asque dedi, quis livor abiret (OV. rem. 528 auxilium ... s. et -a fuit. PETRON. 88, 3 -arum omnium s. Democritus expressit *experiundi gratia* [*cf. p. 2615, 35*]. SIL. 5, 353. ARNOB. nat. 1, 43 p. 28, 30 *Christus* sine ulla vi carminum [*cf. p. 2618, 53*], sine -arum ... s. *miracula fecit. et al.*). TIB. 2, 3, 13 nec potuit curas (*cf. infra l. 74*) sanare salubribus -is (HIL. in psalm. 134, 1 p. 694, 10. *cf.* OV. rem. 45 terra salutares -as ... et nocentes nutrit [RVFIN. Orig. in lev. 8, 1 p. 394, 16. *cf. etiam p. 2615, 1. 2616, 66*]. STAT. Ach. 1, 117 nosse salutiferas dubiis animantibus -as [*nota enallagen*: silv. 1, 4, 99 salutifero ... Chironis in antro -a]. *adde*: OV. trist. 2, 270 *medicina* quae ... iuvet, monstrat quaeque sit -a nocens). OV. epist. 5, 147 quaecumque -a potens ad opem radixque medendo utilis (met. 1, 522 -arum ... potentia. PLIN. nat. 1, 25, 53 potentissimae. ISID. orig. 4, 10, 3 potestas -arum, id est vis et possibilitas. *cf. etiam supra l. 48. 55. p. 2618, 19. 29. 58 sqq.*). epist. 5, 149 (*sim.* met. 1, 523) me miseram, quod amor (*cf. supra l. 64*) non est medicabilis -is (*cf.* met. 10, 188 animam admotis fugientem sustinet -is. LIV. 29, 32, 11. STAT. Ach. 2, 162 quae ferro cohibenda lues, quae cederet -is. *cf.* [*v. supra l. 45*]: OV. rem. 313 curabar propriis aeger Podalirius -is. CLAVD. carm. min. 22, 46 [*cf. etiam supra l. 53*] sanus Achilleis [*aliter p. 2616, 80*] remeavit Telephus -is). epist. 11, 39 quas mihi non -as, quae non medicamina nutrix attulit (RVFIN. hist. 1, 13, 6 p. 87, 8 *sanitates* sine medicamentis aut -is [*gr.* βοτανῶν]). met. 15, 534 fortibus (*cf. p. 2618, 77*) -is atque ope Paeonia. fast. 5, 401 lectas Pagasaeis collibus -as (*cf.* PLIN. nat. 25, 49 *et p. 2618, 44*). CELS. 1 prooem. 1 etiam imperitissimae gentes -as ... in auxilium vulnerum morborumque noverunt. 3, 22, 13 *utile est* -am sanguinalem ex aceto *edere* (*sim.* [*v. p. 2617, 41*]: 4, 13, 3 epota ex aqua -a trixago [*cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 C 1 p. 446 (La) *prodest* elefantiosis hec -a potata. *al. v. Svennung, Unters. Pallad. 527 sq. et cf. infra l. 72*]. SCRIB. LARG. 12 -a ebrio data ... in crapula. 39 sucus tepens ... in foramen auris dolentis infusus. *al.* PLIN. nat. 21, 116 suffitum ... excipientes ore. 27, 44 -a ... tusa cum foliis et inlita. *et al.*). SCRIB. LARG. praef. antiquos -is ac radicibus earum corporis vitia curasse, quia timidum genus mortalium ... non facile se ferro ... committebat (ISID. orig. 4, 9, 4. *cf. etiam p. 2617, 76. infra l. 28*). PLIN. nat. 1, 25, 7 nobilium -arum inventores (25, 22 -am invenire, vitam iuvare. 25, 86 nostra aetas meminit -am in Marsis repertam. *al. cf. etiam p. 2616, 75*). nat. 2, 155 *tellus* medicas fundit -as (CARM. poet. min. V 108, 109. *v. etiam p. 2617, 51*). 20, 241 marrubium ... inter primas -as commendavere (*sim.* [*loci selecti*]: 25, 1 ipsa ... nunc dicetur -arum claritas, medicinae tum gignente eas Tellure. 25, 10 *Homerus* gloriam -arum Aegypto tribuit. 25, 80). 22, 61 magi heliotropium ... adligari iubent ab ipso aegro precarique eum, soluturum se nodos liberatum, et iacēre non exempta -a (PREC. herb. 1 nunc vos potentes omnes -as deprecor *eqs.* terr. 25 MARCELL. med. 25, 13. PS. APVL. app. 119, 3 p. 296 H.-S. -a apium, te deprecor per inventorem tuum Aescolapium *eqs.* *cf.* PLIN. nat. 8, 3). 22, 119 medicinas ... *ex* hortensiis, quaeque mandantur -ae persecuti, quonammodo frugum omittimus? 24, 170 -a in capite statuae nata collecta in vestis ... pannum ... capitis dolorem confestim sedare traditur (*ibid.* -a ... e rivis ... ante solis ortum collecta ita, ut nemo colligentem videat. 25, 167. 171 cavendum, ne vulsa -a terram tangat. 26, 11 PS. APVL. herb. 18 l. 13 H.-S. *et al.*). STAT. Theb. 3, 399 Epidaurius ... nunc velox ferro, nunc ille tepentibus (*cf. supra l. 5*; potent- *var. l., v. p. 2617, 70*) -is mitior (*cf.* MART. 9, 17, 1). *et al.*

(II) *praeditae magica vi et quarum usus in re magica* (*cf. et p. 2616, 14. supra l. 18.* *-a per se magicam vim habet infra l. 82; notantur vires effectusque infra l. 58 sqq. 64. 77. 78. 80.* *regiones celebres -is infra l. 44; -ae a mythicis hominibus nominantur infra l. 66.* *et -ae et aliae res simul adhibentur infra l. 38; bibuntur infra l. 69.* *metonymice fere i. q. incantamentum, medicamen magicum infra l. 73 sqq.* *vox plerumque pluraliter usurpatur; nonnunquam sing. sensu collectivo*): LAEV. carm. frg. 27 (*potio amatoria paratur*) taeniae, radiculae, -ae, surculi, saurae *eqs.* (*sim.* [*v. supra l. 34*]: VERG. Aen. 4, 514. HOR. sat. 1, 8, 49 -as atque incantata ... vincula. epod. 5, 67 nec -a nec ... radix fefellit me. SEN. epist. 9, 6 [*Hecaton frg. 27 Fowler*] amatorium sine medicamento, sine -a, sine ... carmine. APVL. apol. 31 vim -arum et radicum ... et lapillorum. AVG. civ. 10, 11 p. 419, 10 D.). VERG. ecl. 8, 95 has -as atque haec Ponto ... lecta venena (*sim. de regione nascendi*: Aen. 7, 758 cantus somniferi et Marsis quaesitae montibus -ae. HOR. epod. 5, 21 quas Iolcos atque Hiberia mittit. TIB. 2, 4, 56 Thessala terra gerit. PROP. 1, 12, 10 lecta Prometheis [*i. Caucasis*] ... iugis. 2, 1, 61 Cressis. 4, 5, 11 Collinas [*i. a Collina porta*]. OV. met. 7, 224 SEN. Herc. O. 465). georg. 2, 129 (= 3, 283) novercae miscuerunt ... -as et non innoxia verba (LVCAN. 6, 768 nec v. nec -ae. *cf.* TIB. 1, 2, 62 amores cantibus aut -is solvere [PANEG. in Mess. 62 OV. epist. 12, 167 GRATT. 405 LVCAN. 6, 492 STAT. Theb. 9, 735. *v. etiam supra l. 45. infra l. 59*]. 1, 8, 17 carminibus ... *et* pallentibus [poll- *dett.*, *cf. infra l. 60*] -is [1, 8, 23 OV. met. 10, 397. 14, 21. 357. 15, 327 fast. 2, 426 LVCAN. 6, 683. 822 SIL. 8, 497. *v. etiam p. 2617, 62. l. 42. 61*]. OV. am. 1, 14, 39 cantatae ... paelicis -ae [met. 7, 98]. TERT. cult. fem. 1, 2 p. 703, 9 Oe. -arum ... et incantationum. *v. et l. 67. p. 2619, 1*). Aen. 7, 19 quos hominum ex facie ... potentibus -is induerat Circe in *feras* (OV. met. 4, 49 cantu ... *et* p. -is. LVCAN. 9, 893 par lingua *Psyllorum* p. -is. *sim.*: OV. met. 7, 196 magos, Tellus, pollentibus instruis -is [fast. 2, 425 *nec* p. -is nec ... magico carmine. LVCAN. 6, 685 vox ... pollentior -is. *v. etiam supra l. 53*]. met. 14, 14 quanta sit -arum ... potentia [PLIN. nat. 25, 11]. CLAVD. 3, 151 potestas. *cf. p. 2617, 70 sqq.*). HOR. sat. 1, 8, 22 *magae* ossa legunt -asque nocentes (LVCAN. 6, 438). TIB. 1, 2, 53 *saga* tenere malas (*cf. p. 2619, 1*) Medeae dicitur -as (*cf.* ELEG. in Maecen. 1, 112 Colchidos. OV. ars 2, 101 Medeides -ae mixtaque cum magicis naenia Marsa sonis. rem. 263 *Circes* Perseides [*i. patris sui*] -ae. met. 6, 139 sucis Hecateidos -ae. *cf. etiam* MACR. Sat. 5, 19, 9). 2, 4, 60 *Nemesis* mille ... -as misceat ..., bibam (LEX Sal. 19, 1 [*cf.* 19, 2 *var. l.*] si quis alteri -as dederit bibere, ut moriatur. *cf.* GREG. TVR. vit. patr. 6, 7 p. 686, 9 de qua caespite [*sc. ex sancti viri sepulchro*] infirmi ... bibentes -am sanabantur). PROP. 2, 4, 17 non hic -a valet, non hic nocturna Cytaeis (*sim.* [*v. supra l. 35*]: 3, 6, 25 non me moribus illa, sed -is improba vicit. OV. epist. 6, 93. met. 7, 149 -is sopire draconem. LVCAN. 6, 610 medios -is praerumpimus annos. 6, 715 [*v. vol. V 2, 1191, 64*] licet has exaudiat -as). 4, 7, 72. OV. medic. 35 fortibus (*cf. p. 2617, 81*). met. 13, 942 *quae* has ... vires habet -a? (14, 22 operosae viribus -ae. 14, 69. *sim.*: 7, 327 purum laticem et sine viribus -as). met. 14, 299 spargimur ignotae sucis -ae (NEMES. ecl. 4, 69). SEN. Med. 270 letales ... aufer -as, libera cives metu (*cf.* Phoen. 149 quae ferunt letum). LVCAN. 4, 555. PLIN. nat. 10, 40 *adactos* cuneos admota quadam ... -a elabi, creditur vulgo (*sim.* [*v. supra l. 31*]: 18, 160 a milio ... sturnorum ... agmina scio abigi a in ... angulis segetis defossa. 25, 14. 26, 19. *et al.*)

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

COMM. apol. 8 Marsus paene fui factus -as incantando malignas (*cf. p. 2618, 65*). SERM. Caspari anecd. p. 222, 11 -as nolite vobis ... adpendere (*sc. pro phylacterio*). *et al.*

(III) *reliqua medicamina*: CIRIS 370 (*cf. Wünsch, RhM. 57, 1902, 468*) -as incendit olentes (*sim. de suffimentis*: CVLEX 404 -a ... turis opes priscis imitata Sabina [PROP. 4, 3, 58 OV. fast. 1, 343. 4, 741]). OV. ars 3, 163 femina canitiem Germanis inficit -is. VITR. 7, 14, 2 -a, quae luteum appellatur, caeruleum inficiunt (*cf.* SEN. Herc. O. 668 quaelibet -ae tinxere colus, quas ... nevere manus [PLIN. nat. 22, 3. 22, 4 -is tingui parietes. SERV. ecl. 4, 45 PRVD. ham. 299 ISID. orig. 17, 9, 98]. PLIN. nat. 33, 161. *accedunt conchae*: TERT. cult. fem. 2, 10 p. 728, 7 Oe. [CYPR. hab. virg. 14 p. 197, 17]). PLIN. nat. 12, 43 adulteratur *nardum* et pseudonardo -a (*sim. de odoramentis*: 21, 35 omnium ... odoramentorum atque adeo -arum differentia est in colore et odore et suco. SCHOL. Iuv. gloss. 6, 465 W. CLAVD. DON. Aen. 1, 403 p. 87, 16 MART. CAP. 2, 110 ISID. orig. 17, 9 tit.). 14, 68. 24, 175 notia -a coriariorum officinis familiaris est (*cf.* HIER. in Ier. 1, 30, 1 p. 28, 17 -am fullonum, quae ... ad lavandas sordes ... vim habet [VVLG. Mal. 3, 2. *cf.* ITALA Aug. civ. 20, 25 p. 472, 14 D. -a lavantium]. *adde p. 2616, 65*). 27, 101 limeum -a ..., qua sagittas in venatu tinguunt *Galli venenandi causa* (*cf.* AMM. 23, 6, 38 *in comparandis malleolis*).

β -ae esculentae (*cibus fame sitique [infra l. 47] laborantium, praecipue militum infra l. 40 sqq. hominum priscorum, piorum sim. infra l. 33 sqq. 56. 61. incultarum gentium infra l. 48 sqq. usurpatur nonnumquam sensu collectivo*): VERG. Aen. 3, 650 *me Achaemenidem* volsis pascunt radicibus -ae (*sim.*: OV. met. 14, 216 *Achaemenides* glande [*cf. infra l. 32*] famem pellens et mixta frondibus -a. PLIN. nat. 37, 107 praedones fame et tempestate fessi ..., cum -as radicesque foderent. *cf.* OV. met. 8, 800). TIB. 1, 5, 53 *lena* fame stimulante furens -as ... sepulcris quaerat. PROP. 3, 12, 27. OV. am. 3, 10, 10 ante ... terris area nomen *ignotum* erat, sed *glans* (*cf. supra l. 28*) ... et teneri caespitis -a cibus (*sim.*: ars 2, 475. met. 15, 97 [*Pythagorae verba*] aetas aurea quas humus educat, -is fortunata fuit nec polluit ora cruore. fast. 2, 293 *Arcades* pro domibus frondes norant, pro frugibus -as [*cf.* met. 15, 393]. 4, 369 lacte mero veteres usi ... et -is, sponte sua si quas terra ferebat. 4, 395. 767. *cf.* VERG. georg. 3, 528 *de bove*). met. 15, 78 (*Pythagorae verba*) sunt -ae dulces, sunt, quae mitescere flamma mollirique queant. LIV. 23, 19, 13 ad id ventum inopiae est, ut *milites* ... nec muribus ... abstinerent et omne -arum radicumque genus aggeribus infimis muri eruerent ([23, 30, 3 coriis -isque et r. SEN. dial. 5, 20, 3 epist. 17, 7. LVCAN. 6, 113 vellere ab ignotis dubias r. -as. SPART. Sept. Sev. 16, 1 -arum (culp- *P, cf. app. crit.*) r.]. CVRT. 7, 4, 24 pisce et -is. LVCAN. 4, 414 IVV. 15, 99 TAC. hist. 4, 60 RVFIN. hist. 3, 6, 10 [*gr.* λαχάνων ... ἀγρίων καὶ πόας]. CORIPP. Ioh. 6, 383. *adde*: LVCAN. 4, 316 *sitientes* -as frondesque terunt *roscidas*). PAVL. FEST. p. 172 *Nomades appellantur*, quod -is ut pecora aluntur (*cf.* LVCAN. 9, 438 *Libya* raras ... exserit -as, quas Nasamon, gens dura, legit. TAC. Germ. 46 *Fennis* victui -a, vestitui pelles. AMM. 14, 4, 6. 31, 2, 3 *Huni* neque igni neque saporatis ... *indigent* cibis, sed radicibus -arum agrestium [*cf. infra l. 58*]). SEN. epist. 110, 12 tibi persuaseris -am ... non pecori tantum, sed homini nasci. PLIN. nat. 21, 86 -ae sponte nascentes, quibus pleraeque gentium utuntur in cibis *eqs.* 26, 82. SVET. Iul. 68, 2 *genus* panis ex -a, quo sustinebantur *Caesariani*. PANEG. 11 (3), 23, 1 *in Fortunatorum insulis* ad -arum vicem olus vulgo est. CLAVD. DON. Aen. 5, 40 p. 430, 7 *in epulis rusticis* ova atque -as agrestes (VVLG. IV reg. 4, 39. PAVL. MED. vita Ambr. 1 p. 40, 8 et hortorum amoena mirantibus -ae a. *placent. al.*). VVLG. Iob 30, 4. SVLP. SEV. dial. 1, 16, 3 *anachoreta ibici* fasciculum -arum, quem ... adtingere non audebat, obiecit: sed bestia ... innoxia ... eligebat. ita vir sanctus ... et periculum famis ... et -arum venena vitavit. *et al.*

γ i. q. herba mala, inutilis, odiosa (*cf. et p. 2620, 46. vox plerumque nude posita; sing. et plur. promiscue. nascuntur locis desertis neglectisve infra l. 84; in pratis p. 2620, 21. de seminibus p. 2620, 10; de radicibus p. 2620, 12. per comparationem p. 2620, 27*): CATO agr. 91 *aream amurca conspargito.* si ita feceris, neque formicae nocebunt neque -ae nascentur (*sim. de crescentibus*: 128 -a nascetur. VERG. georg. 1, 180 ne subeant -ae. COLVM. 2, 11, 3. 2, 11, 6 *ne* satis -a proveniat. 4, 14, 2 vites *solum* inumbrent nec patiantur -am subcrescere. *et al.*). 151, 2 *terram* depurgato ab -a (*cf.* [*loci selecti*]: 161, 2 -as ... purgato [OV. Pont. 1, 8, 59]. VARRO rust. 1, 30 -am ... expurgari. VERG. georg. 1, 155 -am insectabere. PAVL. FEST. p. 105 extirpandas. COLVM. 2, 9, 13 -is liberentur. 10, 149 augentem sulcis exterminet -am. 11, 3, 13 prosequuntur -as. 11, 3, 35 saritionibus -ae tollantur. 11, 3, 46 -ae ... eximendae [*v. et p. 2615, 40*]. PLIN. nat. 17, 70 evelli [*v. et p. 2620, 24*]. 18, 146 excludi. PALLAD. 4, 10, 12 runcetur. 5, 12 -a mundetur). VARRO rust. 1, 51, 1 *amurca* -arum et formicarum ... venenum. 1, 55, 7. CIC. orat. 48 segetes fecundae ... non solum fruges verum -as etiam effundunt inimicissimas frugibus (*cf.* PAVL. FEST. p. 331). phil. frg. I 12 (*Xen. oecon. 16, 14* ὕλη) -as arescere et interfici. VERG. Priap. 3, 7 assidua colens diligentia ut -ae asper aut rubus a meo sint remota sacello (*sim.*: PROP. 2, 6, 36 velavit aranea fanum et mala [*cf. infra l. 46*] desertos occupat -a deos. OV. epist. 1, 56. fast. 3, 728 in gelidis -a reperta focis. LVCAN. 5, 404 piger Apulus arva ... inerti tradidit -ae. *v. etiam p. 2621, 14*). georg. 1, 69 officiant ... no frugibus -ae (*cf.* PALLAD. 12, 1, 3 adversantibus). 2, 411 bis segetem densis obducunt sentibus -ae. SEN. dial. 1, 3, 6 cenat ... radices et -as, quas in repurgando agro ... vulsit *Fabricius*. epist. 90, 21 collectas manu -as (*cf.* COLVM. 5, 6, 7 manibus -as carpemus). CVRT. 4, 1, 21 *hortum* steriles -as eligens Abdalonymus repurgabat. COLVM. 2, 4, 1 *campi* cum omnes -as ediderint, neque adhuc earum semina maturuerint (*cf.* 2, 14, 7 ut -arum s. ... putrescant. PLIN. nat. 18, 300. 19, 182 *aquae* -arum s. invehunt. PALLAD. 5, 2, 4). *ibid. vomere* radices -arum perruptae necantur (11, 3, 11. PLIN. nat. 18, 172 *cuspis* acie laterum r. -arum secans. 18, 176 inverso caespite -arum r. necantur. 19, 107 exstirpatis r. PALLAD. 2, 10, 1). 2, 10, 27. 2, 11, 5 *lupinus* adeo non *infestatur* ... -is, ut ipse -as perimat ([PALLAD. 2, 9, 2 lupinus ... -as praeter auxilium cultoris affligit]. *sim.*: PLIN. nat. 17, 250 -ae aqua ... *agri Fabiani* necantur ... et riguus pro sarculo est. PALLAD. 10, 13, 2 *capparis* -as sponte persequitur). 2, 14, 9 *stercus vetustum* -as non creat (PLIN. nat. 18, 162 nec terra ipsa -as gignit). 2, 17, 1 *ne* spinas validiorisque incrementi -as pratis inesse patiamur *eqs.* (*cf.* 2, 17, 4 PALLAD. 10, 10, 2 *al.*). 4, 4, 3 humus nullis -is irrepentibus humorem *satis praebet.* 11, 3, 38 *ruta* ne -is enecetur (PLIN. nat. 18, 155). PLIN. nat. 18, 147 si evicerint -ae (18, 159). 18, 185 evolsis inutilibus -is. 18, 242 STAT. Theb. 7, 275 VLP. dig. 19, 2, 15, 2. *nota* (*per compar.*): OV. Pont. 2, 1, 15 nos quoque (*Ovidius*) frugiferum sentimus inutilis (*cf. supra l. 24*) -a numen (*i. Iovem pluentem*) ...; gaudia *Caesaris* ... pro parte virili sunt mea.

2 *quae nascuntur in pratis*: a *sensu strictiore* (*exempla selecta. de crescentibus -is infra l. 60; de soli fertilitate p. 2621, 3; de varia -arum qualitate infra l. 40 sqq. 46 sqq. mutantur diversis temporibus diei et anni: vere nascuntur p. 2621, 23 [? inde '-ā' i. q. 'verc' p. 2621, 26]; aestate arent infra l. 81; pruinosae p. 2621, 22; roscidae infra l. 54; mane vesperique iucundae infra l. 58. de faeno p. 2621, 18; i. q. viride pabulum, pastio pecoris e. gr. l. 64 sqq. p. 2621, 8 sqq. morientes mordent -am infra l. 51*): ENN. scaen. 155 -is prata convestirier. PLAVT. Pseud. 812 (*v. p. 2622, 21*). Trin. 31 mores mali quasi -a irrigua succrevere uberrime (CLAVD. 22, 469). CATO agr. 37, 2 circum salicta -am altam ulvamque (*sim. de qualitate*: VERG. georg. 3, 494 laetis ... in -is. OV. am. 2, 16, 6 fertilis. met. 1, 681 fecundior. COLVM. 6, 27, 2 mollibus potius quam proceris. CYPR. Demetr. 7 p. 355, 23 ieiunas et pallidas. PALLAD. 6, 7, 3. AVIEN. orb. terr. 999 luxuria⟨ns⟩. CLAVD. DON. Aen. 3, 221 p. 296, 14 ingentes [*cf. p. 2614, 47*]. SVLP. SEV. dial. 1, 3, 5 raram atque hispidam. *v. etiam p. 2621, 34 et al.*). agr. 50, 1 cum prata defendes, depurgato -asque malas ... effodito (PLIN. nat. 18, 258. VLP. dig. 19, 2, 19, 1 si saltum pascuum locasti, in quo -a m. nascebatur, ... si pecora ... deteriora facta *sunt*, quod interest praestabitur. *aliter supra l. 1. cf.* PLIN. nat. 18, 259 -a optima in prato trifoli, proxima graminis, pessima nummuli). MAT. carm. frg. 6 ille hietans -am moribundo contigit (tenit [*sim.*] *codd.*) ore (*sim.*: LVCAN. 6, 86 *equus* ore novas poscens moribundo labitur -as. HOMER. 371 carpit virides m. dentibus -as). VARRO rust. 1, 47, 1 -a in pratis ad spem faenisiciae nata. 2, 2, 10 -a roscida meridianam ... *aridam* iucunditate praestat (LVCR. 2, 319 gemmantes [*cf. infra l. 73*] rore recenti [5, 461]. 2, 361 -ae rore vigentes. VERG. ecl. 8, 15 ros in tenera pecori gratissimus -a [= georg. 3, 326]. OV. fast. 3, 880 MANIL. 2, 53. *et al.*). 2, 2, 11 *vesperi* iucunditas in -a redintegrabit (*cf.* OV. fast. 3, 711 aurora refecerit -as). 2, 2, 14 oritur -a imbribus ... evocata (*sim.* [*v. supra l. 30*]: VERG. georg. 3, 353 -ae ... apparent. PROP. 3, 13, 36 alta ... nativo creverat -a toro. OV. am. 2, 16, 9 per ... resurgentes ... -as ... caespes obumbrat humum [LVCAN. 7, 865]. FEST. p. 190 obherbescere: -am increscere. COLVM. 2, 17, 6 quotiens -a prosiluerit. LEX Visig. 8, 3, 12 p. 326, 7). 2, 5, 12 *tauros* -a ... facio pleniores (*cf.* 2, 5, 17. 2, 7, 7 equinum pecus pascendum in pratis ... -a, in stabulis ... faeno [PAVL. FEST. p. 100 herbilis anser -a pastus. PLIN. nat. 19, 56. 28, 230. LEX Quinctia (Frontin. aq. 129) 32 pascere -am, fenum secare]. COLVM. 7, 3, 13 *agnos* -ae ... expertes [PLIN. nat. 28, 220 vituli, qui nondum -am gustaverit. *al.* IVV. 11, 66 inscius -ae]. 8, 13, 2). LVCR. 2, 33 anni tempora conspergunt viridantes floribus -as (5, 1396. CVLEX 88 floribus agrestes -ae variantibus adsunt. OV. met. 5, 266. *cf.* VERG. ecl. 9, 19 florentibus -is [georg. 3, 126 OV. fast. 3, 253]. CVLEX 70 florida ... tellus gemmantes [*cf. supra l. 55*] picta per -as. OV. met. 14, 267 MART. 8, 28, 3. APVL. met. 5, 25 super ripam florentem -is. *in imag.*: SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4). CALV. carm. frg. 9 virgo infelix (*i. Io*) -is pasceris amaris (*sim.* OV. met. 1, 632). VERG. ecl. 5, 26 *bos* graminis attigit -am (*cf. p. 2622, 8 et v. vol. VI 2, 2166, 46. 2167, 17. 2168, 25*). 6, 54 *taurus* pallentes ruminat -as (OV. am. 3, 5, 17 revocatas r. SER. SAMM. 610. GREG. M. in Ezech. 1, 51 p. 821^c [*in imag.*]. *cf.* CALP. ecl. 3, 17 matutinas revocat palearibus -as). 7, 57 vitio moriens sitit aeris -a (georg. 4, 402. OV. fast. 4, 299 sitis usserat -as. *sim.*: VERG. georg. 1, 107 exustus ager morientibus aestuat -is [CYPR. Demetr. 20 p. 365, 15]. 4, 427 arebant -ae. TIB. 1, 7, 26 arida ... pluvio supplicat -a

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Iovi. CALP. ecl. 2, 76 siccus ager languentes excoquat -as. 5, 88). 8, 2 *iuvenca* immemor -arum (*sim.* georg. 3, 216. 3, 498). georg. 2, 185 frequens -is *campus* (AETNA 267 -is dignissima tellus. HOR. epist. 1, 7, 42 *locus* multae prodigus -ae. OV. am. 3, 5, 30 -ae fertilioris humum. CVRT. 5, 4, 8 gignendae ... -ae *fluvius aptus*. MELA 3, 53 *regio* luxuriosa -is. AVIEN. orb. terr. 939 -ae viduus *caespes*. 1147 *glebas* ieiunas -ae. SIDON. epist. 4, 8, 2 ager -is abundans). 3, 295 *in stabulis* ... -am carpere oves (3, 465 summas [*cf. infra l. 16*] c. ignavius -as *ovem*. TIB. 2, 5, 55 carpite ..., tauri, de septem montibus -as, dum licet. SEN. Oed. 134. VVLG. num. 22, 4 [*cf. Itala: vol. V 2, 390, 45*]). Aen. 5, 330 *sanguis* virides ... madefecerat -as (OV. met. 3, 86 adspergine tinxerat. 10, 210 cruor ... signaverat -as. STAT. Theb. 5, 590). PROP. 4, 1, 2 qua maxima Roma est, ante ... Aeneam collis et -a fuit (*sim.* OV. fast. 5, 93. 5, 639. *cf. p. 2619, 34. supra l. 10. p. 2626, 7*). EPIST. Sapph. 147 caespitis -as (*v. vol. III 110, 51 sqq. 112, 17. 36 et al.*). OV. ars 3, 694 *impulsa vento* -a ... summa (*cf. supra l. 8*) tremit (*cf.* STAT. Theb. 10, 99). rem. 191 *rusticus* temporibus certis desectas alligat -as (*sim. de faeno*: met. 6, 457. COLVM. 2, 18, 3 si quis humor -is inest, ... excoquatur in acervis. SYMPH. 165 GREG. TVR. Franc. 2, 37 p. 99, 18). met. 2, 792 *Invidia* exurit ... -as (PLIN. nat. 8, 78 *basiliscus*. *cf.* OV. met. 7, 105 STAT. Theb. 5, 527). 4, 82 pruinosas ... -as (COLVM. 7, 3, 25). SEN. Phaedr. 12 Zephyrus vernas evocat -as (Oed. 650 CARM. de mens. 2, 12 CLAVD. rapt. Pros. 2, 90. *adde*: PLIN. nat. 25, 94 quoniam *vere* ... sucis -ae turgeant. CHIRON 15 *equi* depleantur -arum tempore [*al. cf.* 14 castratos ... numquam deplere debemus -ā (*v. p. 2620, 33 et cf. Oder ad l.; Svennung, Unters. Pallad. 521*)]. 959 primo vere ante -am novam. *cf. etiam p. 2620, 71*). COLVM. 6, 23, 2 ut laetior -a consurgat, ... incenditur (LVCAN. 9, 183 renovare parans hibernas ... -as *eqs.*). PLIN. nat. 10, 116 -ae pabulo (ITALA gen. 1, 12 [Aug. gen. ad litt. 5, 4 p. 143, 15] -am pabuli [*gr.* βοτάνην χόρτου; VVLG. -am virentem]. PRISCILL. tract. 4, 80 p. 61, 2 -arum pastuus).

b *subest sensus localis* (*sing. et plur. promiscue usurpantur. accedunt adi.* mollis, tener, viridis *passim; indicantes regionem crescendi v. infra l. 42 sq. 56. 63* [*cf. 46*]): α *cum praeposit.*: in (*c. abl.*): CIC. de orat. 1, 28 ut se abiceret in -a (OV. epist. 7, 1. *cf.* SIL. 14, 468 proiectus). 2, 287 recubuisset (*cf.* TIB. 2, 5, 95 pubes discumbet. COLVM. 10, 283 tenerā decumbere). LVCR. 6, 785 iacuit prostratus in -is. VERG. ecl. 3, 55 in molli consedimus. 3, 93 latet anguis. *al.* LYDIA 66 laedere ... flores. CVLEX 115. 159 lentus ... pressos somno mandaverat artus. HOR. carm. 3, 23, 11 crescit Albanis in -is victima (*v. supra l. 34. cf.* OV. fast. 1, 539 Latia stetit exul in -a. 4, 67 Aventinis ... in -is). epist. 1, 14, 35 PROP. 4, 8, 35. OV. ars 1, 315 exsultet *vacca*. *al.* met. 3, 23 latus submisit. 3, 438 fusus (PLIN. nat. 24, 157 *sucum* effusum). 4, 341 ut vacuis et inobservatus in -is. *al.* fast. 1, 429 iam iam finitimā corpus librabat (IVV. 12, 12 nutritus). SEN. Herc. f. 145. BVC. Eins. 2, 26 pecus errat. SIL. 15, 705 laetus in -a. CIL XI 5357 viridi requiesce, viator, in -a. *et al.* per: LVCR. 1, 260 *grex* per -as ludit. VERG. georg. 2, 527 fusus (Aen. 1, 214 *al.* HOMER. 731). 3, 162 pascuntur ... armenta. 3, 436 iacuisse (OV. ars 3, 727 fast. 3, 525). 4, 121. Aen. 3, 221 pecus nullo custode. *al.* CORN. SEV. carm. frg. 11 strati (CVRT. 8, 10, 17). OV. met. 4, 635 armenta ... errabant (15, 14 HOMER. 501). 7, 836. fast. 1, 409 vestes trahit. STAT. Theb. 7, 67. in (*c. acc.*): OV. met. 2, 669 bracchia movit. LVCAN. 6, 506. PETRON. 127, 9 (vers.) humus Venerem molles clamavit in -as. STAT. Theb. 3, 290 Illyricas (*v. supra l. 34*). *et al.* super: PORPH. Hor. carm. 2, 15, 17 recumberet. CHIRON 758 *si equa* mixerit. VVLG. deut. 32, 2 *al.*

β *liberius*: LVCR. 5, 816 -a cubile praebebat (OV. epist. 5, 14 torum. *cf.* STAT. Theb. 1, 583). VERG. ecl. 7, 45 somno mollior -a. HOR. carm. 4, 2, 55 *vitulus* qui largis iuvenescit -is. epist. 1, 10, 34 *cervus equum* communibus -is pellebat. OV. am. 3, 13, 14 (= fast. 1, 84 = Pont. 4, 4, 32) iuvencae, quas aluit campis -a Falisca (*v. supra l. 34*) suis. epist. 4, 98 sustinuit ... -a duos. met. 3, 12 qua *bos* requieverit -a. *al.* EPIST. Sapph. 150 lacrimas conbibit -a. CALP. ecl. 5, 43 longinquas procul a praesepibus -as. 6, 71 melior viret -a tapetis. *et al.*

c *usus notabiliores*: α -am do (porrigo: *v. infra l. 74 et 81. ad rem v. Otto, Sprichw. 161; Borchling, Rechtssymbolik i. germ. u. röm. Recht [Vortr. Bibl. Warburg 3] 247*): PLAVT. frg. inc. 63 -am do. AFRAN. com. 145 (Non. p. 317 -am veteres palmam vel victoriam dici volunt) fit opus luculentum hoc. vici (dici *trad.*): -am det. SYMM. epist. 3, 44, 2 cum sim tibi dicto audiens atque -am dederim voluntati tuae. 7, 61 veluti -am porrigens (-a moriens *VMF*) cum veniae petitione. *explicatur res*: PAVL. FEST. p. 99 -am do, cum ait Plautus (*v. supra l. 71*), significat 'victum me fateor'; quod est antiquae ... vitae indicium. nam qui ... contendebant, cum superati erant, ex eo solo, in quo certamen erat, decerptam -am adversario tradebant (*cf.* GLOSS.[L] IV Ps. Plac H 17). PLIN. nat. 22, 8 summum apud antiquos signum victoriae erat -am porrigere victos, hoc est terra et altrice ipsa humo et humatione etiam cedere, quem morem etiam nunc durare apud Germanos scio. SERV. Aen. 8, 128 (*ex Varronis aetiis*) -am do, i. e. cedo victoriam (*fusius de origine proverbii. sim.*: MYTHOGR. 2, 119 p. 115, 16).

β *de corona victoris*: ACC. (Non. *p. 2621, 71*) trag. 444 (*ad rem v. Ribbeck, Röm. Trag. 510*) -am conferunt, ... pro se quisque cum corona clarum conestat caput. FEST. p. 190 obsidionalis corona (*v. vol. IV 981, 51. sim.*: PLIN. nat. 22, 14). γ -a pura (*i. sagmina. ad rem cf. Borchling l. c. 247; Wissowa, Rel. u. K.*[2] *551; Pischel, SBBerl. 1908 I 462 sq.* [*448 sqq.*]): LIV. 1, 24, 5 *in foedere feriundo* 'sagmina' inquit *fetialis* 'te rex posco'. rex ait 'puram (-ra *dett. alqq.* [*Conway-Walters*]) tollito'. fetialis ex arce graminis -am puram attulit *eqs.* 30, 43, 9 -ae id genus (*i. sagmina*) ex arce sumptum fetialibus dari solet. FEST. p. 321 sagmina vocantur verbenae, id est -ae purae, quia ... legatis proficiscentibus ad foedus faciendum bellumque indicendum *dabantur* (*sim.* SERV. Aen. 12, 120 [*cf. ad l. Wissowa l. c. 551, 7*]). MARCIAN. dig. 1, 8, 8, 1. δ *in re militari (pro signo)*: *v.* manipulus.

3 *sativae* (*nascuntur in horto infra l. 32; in tecto infra l. 38. apibus gratae infra l. 45. seruntur, quae alioqui sponte nascuntur infra l. 43. de holeribus et -is [v. Armini, Eranos 23, 1925, 132 sqq.] infra l. 46. coquuntur per se infra l. 27; pro condimento sunt infra l. 22. 30 sqq. 54; condiuntur ipsae infra l. 51 sqq. species nominantur infra l. 37 sqq.*): PLAVT. Pseud. 812 *alii coci* boves ... convivas faciunt -asque (*v. p. 2620, 29*) oggerunt, eas -as -is aliis ... condiunt: indunt coriandrum, feniculum *eqs.* 823 homines tam brevem vitam colunt, quom hasce -as ... *edunt* formidulosas dictu, non essu modo. quas -as pecudes non edunt, homines edunt. LVCIL. 1076 pulmentaria ut intubus aut aliquae id genus -a. 1188 hic sunt -ae, quas sevit Iuppiter ipse. CIC. epist. 7, 26, 2 fungos helvellas, -as omnis ita condiunt, ut nihil possit esse suavius (*cf.* HOR. epod. 3, 7 num viperinus his cruor incoctus -is me fefellit? APIC. 3, 101 -ae rusticae [*cf. p. 2615, 76. 2617, 1*]). VERG. ecl. 2, 11 *Thestylis* alia serpullumque -as contundit olentes (*cf.* MORET. 97 dictas [*i. apium, rutam sim.*] super ingerit -as. 104. HOR. sat. 2, 4, 67 *ius* ubi confusum sectis inferbuit -is). MORET. 62 hortus ... fertilis -is (*cf.* OV. met. 14, 690 quas h. alit cum sucis mitibus -as. fast. 2, 703 h. odoratis ... cultissimus -is. ANTH. 86, 1. *cf. etiam infra l. 37. 44. 47. adde*: MART. 11, 18, 8 *rus*). HOR. epist. 1, 12, 7 in medio positorum abstemius -is vivis et urtica. OV. ars 2, 422 bulbus et ex horto quae venit -a salax ([MART. 10, 48, 10 menta ... *et* -a salax]. *sim.* [*v. supra l. 20*]: FEST. p. 343 -am quam Opillus ... sesuvium vocari ait eamque in tegulis seri. COLVM. 2, 10, 25 -a Medica ... semel seritur *decem annis*. 10, 124. PLIN. nat. 20, 33 Syria in hortis operosissima ... -am serit, quam ... gingidion vocant. 21, 68 *vicapervica* topiaria -a [22, 76]. *v. et supra l. 29*). MANIL. 4, 110 mortiferas ... -as, quod non arbitrio veniunt, sed semine certo (*sim.*: LVX. anth. 369 tit. de horto domni Oageis, ubi omnes -ae medicinales plantatae sunt. PALLAD. 1, 37, 3 -as ... *apibus aptas* conseremus). COLVM. 9, 4, 5. 9, 4, 7 *mel* villaticum, quod nascitur in holeribus et stercorosis -is (*sim.*: FRONTO p. 225, 21 N. hortus ... -as et holuscula nihili procreat. TREB. Claud. 14, 3 *in salario* aceti, holeris, -arum quantum satis est [VOPISC. Aurelian. 9, 6]. RVFIN. Orig. in gen. 1, 17 p. 20, 19 hist. mon. 7, p. 411[D]. *ibid.* p. 413[D]. *cf. etiam p. 2616, 2. 2619, 57*). 12, 7, 1 circa vernum aequinoctium -as ... colligi et reponi oportebit (*cf.* 12, 7, 3. 12, 8, 1. 12, 13, 2 -ae quas appropinquante vindemia condire possis. PS. GARG. MART. p. 210, 1 *ex piscibus et* -is odoratis aridis cum sale compositio). PLIN. nat. 15, 16 *olivae* -arum ... viridium sapore condiuntur. 19, 54. 144. MART. 2, 90, 8 *me fumosa* tecta iuvant et fons vivus et -a rudis. CHAR. gramm. p. 128, 3 B.

II ***tenera satorum gramina, prima quae exit ex terra viriditas, praecipue frumenti*** (*vox plerumque nude ponitur; raro accedunt adi.; sing. et plur. promiscue. de modo crescendi p. 2623, 11; de luxurie infra l. 78. praeter frumenti -ae p. 2623, 1; in universum p. 2623, 24. per comparationem infra l. 71 [adde infra l. 77. 81. p. 2623, 6. 7]; proverbialiter dicta infra l. 70. p. 2623, 6. 7*): CATO or. frg. 65, 1 nunc ita aiunt, in segetibus, in -is bona frumenta esse (*sim.* [*v. et p. 2614, 45*]: LIV. 25, 15, 18 ad frumenta ..., quae iam in -is [in hibernis *trad.*; *cf. p. 2614, 44*] erant, corrumpenda. OV. met. 5, 482 primis segetes moriuntur in -is. GERM. frg. 4, 3. COLVM. 1, 2, 1 sive in frondibus et -is, sive iam maturis frugibus. LABEO dig. 18, 1, 78, 3. *in comparatione v. infra*). *ibid.* saepe audivi, inter os atque offam multa intervenire posse; verumvero inter offam atque -am, ibi ... longum intervallum est. CIC. Cael. 76 *cupiditas gloriae et impetus animi* in adulescentia ... tamquam in -is significant, quae virtutis maturitas et quantae fruges industriae sint futurae (*cf.* [*v. supra l. 61*] fin. 4, 37 *natura non* quod facit in frugibus, ut, cum ad spicam perduxerit ab -a, ... pro nihilo habeat -am, idem facit in homine, cum eum ad rationis habitum perduxit. TAC. dial. 9 FRONTO p. 102, 23 N. AMBR. Noe 2, 5 p. 416, 18 tamquam in -is). de orat. 2, 96 *in oratione*, ut in -is rustici solent dicere, in summa ubertate inest luxuries quaedam, quae stilo depascenda est (*sim.*: 3, 155. VERG. georg. 1, 112 ne gravidis procumbat culmus aristis, luxuriem segetum tenera depascit in -a. PLIN. nat. 18, 161 SERV. georg. 2, 253). Lael. 68 *in novis amicitiis si* tamquam in -is non fallacibus fructus *apparet* (TIB. 2, 1, 19. *cf.* OV. fast. 4, 645 saepe Ceres primis dominum fallebat in -is). VERG. georg. 1, 134 frumenti ... -am (*sim.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 100 p. 74, 17). 2, 251.

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MACER carm. frg. 12 quales aget intubus -as (*cf.* PLIN. nat. 22, 132 *sesima inhibet vomitiones.* eadem efficit et dum in -a est). OV. am. 3, 7, 31 carmine laesa Ceres sterilem vanescit in -am (*cf.* fast. 3, 854 seminibus tostis [*cf. infra l. 15*] ... fraude novercae sustulerat nullas ... -a comas). epist. 16, 263 nimium properas et adhuc tua messis in -a est (met. 8, 290 crescentes segetes proculcat in -a. PERS. 6, 26 occa, et seges altera in -a est. PLIN. nat. 18, 52 frumenta hieme in -a sunt, verno tempore fastigantur in stipulam. 18, 152. 186. 33, 89. *cf. etiam p. 2622, 80. supra l. 2. infra l. 20*). rem. 84. met. 15, 202 -a nitens et roboris expers turget et insolida est (*cf.* fast. 1, 680). fast. 1, 154 prodit ... in summum seminis -a solum (*sim.*: 3, 240. 4, 127 *vere* -ae rupta tellure cacumina tollunt. trist. 3, 12, 11. PLIN. nat. 18, 51 ex hordeo alterum caput grani in radicem exit, alterum in -am). fast. 4, 911 aspera Robigo, parcas Cerialibus -is (*cf.* COLVM. 10, 342 mala Rubigo viridis ne torreat [*cf. supra l. 4*] -as). LIV. 23, 48, 1 altae in segetibus -ae pabulum praebere poterant. SEN. epist. 121, 15 *alia est* -a quae in segetem frugemque ventura est, ... tenera et vix eminens sulco, *alia* ... cum convaluit et molli ... culmo, sed quo ferat onus suum, constitit, ... *alia* cum flavescit et ... spica eius induruit. 124, 11 *triticum* in -a lactente (*cf.* NEMES. cyn. 291). LVCAN. 7, 851. PLIN. nat. 16, 98 *gemina germinatio* magis in -is segetum evenit. TAC. hist. 5, 7. VVLG. Matth. 13, 26 (*gr.* χόρτος. Marc. 4, 28). EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909^C primum est in generatione nascentium germinatio, deinde, cum paulisper emerserit, -a fit, et cum creverit, pabulum habetur. eadem ... pubescens articulatur et ita usque ad ... maturitatem seminis coalescit ([*gr. p.* 96^A βοτάνη]. *sim. [cf. etiam p. 2615, 29]: ibid.* 2 p. 910^D [*gr. p.* 97^A χλόη]). ISID. orig. 17, 3, 14 GLOSS. III 265, 28.

deriv.: herbaceus (herbacium), herbago, herbanus, herbarius, herbaticus, herbesco (obherbesco), herbeus, herbidus (herbido), herbilis, herbitum, herbo (herbans), herbosus, herbula, herbuscula. *comp.*: herbifer, herbigradus, herbipotens; exherbo. *Kornhardt.*

herbacanthus, -i *m.* [*ex gr.* ἑρπάκανθα *priore membro ad v. q. e.* herba *assimilato. J. B. H.*] *i. q.* acanthus (*v. vol. I 248, 2 sqq.*): SERV. Aen. 1, 649 *acanthus* genus virgulti flexuosum, quod vulgo -um (*sic L*, -achanthum *B*, -achantum *HM*) dicunt, in cuius imitationem arte vestis ornatur. PASS. coron. 3 p. 328, 26 W. coeperunt cavare concas ex lapide porphyretico cum sigillis et herbacantis (*sic codd. 3. 4* [erb-], harbacantis *codd. 1. 2*, herba canitas *Bern.*, herba acantu *B*). 4 p. 330, 1 W. conca ... cum malis et herbacantis (harb- *codd. 1. 2*, herbacantaris *Bern.*; herba ac cantaris [*cf. 2 p. 327, 5* concas et lacus cum sigillis et cantaris] *Petschenig, SBWien 97, 1880, 770*).

herbāceus, -a, -um. [*ab* herba, *cf.* rosaceus *sim. J. B. H.*] *scrib.* -cius: *l. 48. 62.* *nonnisi ap.* PLIN. nat.

1 *i. q. herbae similis*: **a** *i. q. herbae colorem habens* (*cf.* herbidus *p. 2625, 16*; herbosus *p. 2626, 34*): PLIN. nat. 12, 48 secunda bonitas pallido *amomo*; -um (-atium *var. l.*) peius, pessimumque candidum (*sic de herbis, floribus sim.*: 19, 110. 20, 14. 21, 25. 128. 26, 55). 20, 6 *elaterium* pallidum ... -o ... melius. 33, 90 *chrysocollam* attritam, quam et -am vocant. -us color (*excepto loco l. 54 allato non legitur nisi gen. sing.*): PLIN. nat. 20, 184 -i ... coloris foliis (*sic de herbis sim.*: 26, 58. 27, 92. 122. 124. 125). 37, 156 chloritis -i coloris est (*sic de lapidibus*: 37, 191 colos appellavit drosolithum -us). **b** *de statu*: PLIN. nat. 16, 149 helicis plura genera reperiuntur ...: -a ac virens (*cf. Theophr. hist. plant. 3, 18, 8* χλοερὰ καὶ ποιώδης) ..., altera candido folio, tertia versicolori (*sic de hederae genere* [*cf. s.* helix *2 b*]: 149. 150).

2 *i. q. herbae proprius (l. 60) vel ex herba confectus (l. 62)*: PLIN. nat. 19, 125 *lactucae* folium ... paulo maius -o (*sc. folio*) et angustissimum. 23, 95 Selgiticum *oleum* nervis utile esse diximus, sicut -um (-ium *Vd*, -eum *E*) quoque (*cf. 15, 31*).

herbācium, (-ī) *n.* [*neutr. subst. adi.* herbaceus (*fort. sec. gr.* χλωρόν *vel* χλοερόν, *sc.* πότισμα) *esse videtur. J. B. H.*] erb-: *l. 69.* *nomen potionis medicatae (l. 66) vel collyrii (l. 68 sq.)*: PELAGON. 375 item alia potio, -um (*Hippiatr. I 397, 7* προπότισμα ἐπὶ χλόης. *cf. Ihm p. 187*). *in signaculis oculariorum*: CIL XIII 10021, 78 Gentiani -um ad clarit(atem). *ibid.* (*in planitie sup. litteris malis incisum*) erbac 10021, 142 Natalini Victorini herbaci(um). *cf.* herbidum (*collyrium*).

herbāgo *f.* *ab* herba *ad exemplum vocis* plantago. *nomen herbae* (*i. q.* ποταμογείτων): PS. DIOSC. Vind. 4, 100 p. 256, 18 ποταμογείτων ἕτερος: ... οἱ δὲ πλαντάγω (πλαντάγονις *N*), οἱ δὲ ἑρβάγω (πλαντάγινις ἑρβάγω *dubitanter Wellmann*).

herbāns *v.* herbo.

herbānus, -a, -um. *ab* herba. *qui herbis pascitur, herbaticus* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbarius [*p. 2624, 33*], herbaticus). *nonnisi subst.* herbanae, -arum *f.* (*sc. ferae vel bestiae. an* -i, -orum *m.* [*sc. feri; v. l. 81*]?): CIL X 6012 (Dessau 5062. *a. 249*) *gladiatorum* paria tria cum ursis ⌊et⌋ (II *lapis*) herban(is). *ibid.* herban(as) univers(as) in dies sing(ulos) occidit ⌊quaternos⌋ (*errore lapidarii pro* -nas?). *ad rem v. Friedländer, Sittengesch. IV*[9] *271.*

herbārius, -a, -um. *ab* herba. erb-: *p. 2624, 20 (in tit.). p. 2624, 31.* NOT. Tir. 104, 27. GLOSS. βοτανικός.

1 *i. q. ad herbarum scientiam pertinens*: **a** *masc.* -us: *i. q. medicus herbarum peritus* (*cf.* DIOM. gramm. I 326, 14 omnis ... appellatio primae positionis a littera terminata casu nominativo acceptis syllabis 'ri' et 'rus' significat eum, qui eam rem aut praestat aut vendit ..., veluti ... herba '-ius'. *app.* medicus: *l. 10*): PLIN. nat. 20, 191 Dalion (*cf. Wellmann, RE IV 2022, 13*) -us parturientibus ex eo *aneso* cataplasma imposuit. 21, 144 scelus -orum aperietur (26, 24). 22, 147 nostri, qui nunc sunt, -ii (25, 174 n. -ii strumum eam *herbam* vocant. 27, 67). 27, 117. FIRM. math. 3, 3, 11 in terrenis *signis* ... -os faciet *Iuppiter* (3, 9, 2 -os, medicos et per quos hominibus sanitas compararetur. 8, 13, 3 qui herbas ... ad medelas laborantium pecorum servent). **b** *fem.* -a: *subst.* (*i. ars -a*): PLIN. nat. 7, 196 volunt repertam ... -am et medicamentariam a Chirone. *adi.* (ars -a): SCHOL. Stat. Theb. 3, 453 Melampus -ae artis peritissimus fuit. **c** *neutr.* -um: *i. q. liber in quo herbae notantur, depinguntur, describuntur*: CASSIOD. inst. div. 31 p. 1146^D habetis -um Dioscoridis qui herbas agrorum ... disseruit atque depinxit. ISID. orig. 4, 10, 4 botanicum -um (*sic cod. C*, herbarum *cett.* [*Lindsay*]) dicitur quod ibi herbae notentur.

2 CIL III 3498 (= Dessau 3560) Silvano erbario Septimia Constantina v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). *'dem Schützer des Gartens' vertit Klotz, RE III (A) 121, 31; v. et Peter, Roscher s. v. 'Silvanus' p. 852.*

3 REG. urb. p. 13, 2 (= CVRIOS. urb. reg. 8 p. 12, 2) elephantum -um. *cum foro holitorio (cf. p. 2622, 17) conectit post alios Armini, Eranos 23, 1925, 129 sqq. ('elephantum ob mercaturam herbarum -um cognominatum opinor ut Apollinem sandaliarium, Herculem olivarium' p. 135); de explicat. priorum v. Armini l. c.*

4 *subst.* **herbāria**, -ae *f.* (*sc. res?*). *i. q. pabulum,* βοτάνη: CHIRON 503 observandum erit, ut quodcumque iumentum potionabitur, deduci ei et de -a (erb- *trad.*) debebit. 526 ad -am non accedit *iumentum aegrum.*

5 *subst.* **herbāriae**, -ārum *f.* (*sc. ferae vel bestiae*). *i. q. animalia herbis pascentia, herbatica* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbanus, herbaticus): CIL VI 10209 p(rae)p(ositus) -arum (*cf. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten*[2] *288*). X 7295 ⟨omni⟩ genere -arum. INSCR. Dessau 5063^a feris n(umero) IIII, ursis XVI, noxeis IIII et ceteris -is. *ad rem v. Friedländer, Sittengesch. IV*[9] *271.*

herbāticus, -a, -um. [*ab* herba, *cf.* aquaticus *sim.; v. Stolz-Leumann 230. J. B. H.*] GLOSS. βοτανικός. *qui herbis pascitur, herbanus* (*in enumerandis bestiis. cf.* herbanus, herbarius [*supra l. 33*]): SOL. 27, 27 inter ea, quae dicunt -a (*sc. animalia*), eadem Africa onagros habet. *agitantur in venationibus* (*cf. Friedländer, Sittengesch. IV*[9] *271*): VOPISC. Prob. 19, 4 damae, ibices, oves ferae et cetera -a animalia. CIL VIII 7969 (Dessau 399) venat(ionem) vari gen(eris) dentatar(um) ferar(um) et mansuet(arum), item herbat(icarum).

herbēsco, -ere. [*ab* herba, *cf.* viresco *sim. J. B. H.*] DIOM. gramm. I 344, 17 ex appellationibus ... sic: ... ex herba '-it' (CHAR. gramm. p. 330, 24 B.). *i. q. herbam (cf. s.* herba *II) fieri*: CIC. Cato 51 *terra* elicit -entem ex eo *semine* viriditatem (AMBR. hex. 3, 8, 34 p. 81, 24). AVG. civ. 5, 7 p. 200, 28 D. multa grana ... simul germinant, exorta segete simul -unt, pubescunt, flavescunt. *de campis fere i. q. herbis vestiri, virescere* (*cf.* BEDA gramm. VII 274, 24 -it ager, cum herbam generat): AMM. 31, 2, 19 ibi campi semper -unt (AMBR. hex. 3, 9, 42 p. 87, 12 primo germinare, deinde -ere). *comp.*: obherbesco.

?**herbētum** *v.* herbitum.

herbeus, -a, -um. *ab* herba. *i. q. herbaceus* (*q. v. sub 1 a*): PLAVT. Curc. 231 (*cf. 232* de colore non queo novisse) quis hic est homo cum ... oculis -is?

herbido, -āre. [*ab* herbidus. *J. B. H.*] *i. q. herbaceum (s. 1a), herbidum (s. 2a) reddere*: MART. CAP. 1, 75 qui lapides coloribus suis terras ... -bant.

×herbidus, -a, -um. [*ab* herba, *cf.* floridus; *v. Leumann, Die lat. Adj. auf -lis 68. J. B. H.*] CASSIOD. gramm. *de aspirat.*: *v. p. 2625, 52.* PRISC. gramm. II 137, 13 haec ... in '-dus' supra dictae formae nomina demonstrant habere ea in se, ex quibus derivantur, ut '-us', qui habet herbas. GRAMM. suppl. 68, 3 alia in '-idus' *desinunt* ... ut herba '-us'. NOT. Tir. *v. p. 2625, 67.* *plur.* -a *pro subst.*: *p. 2625, 24.* *de notione: v. l. 76 sqq. p. 2625, 16 sqq.* *inde a* VARRONE. [*e coni.*: CALP. ecl. 4, 3 iuvat -a (*sic Schenkl* [*cf. p. 2625, 11*]; algida *Baehrens*; humida *codd., Giarratano*) ... ripa ...? *dub. interpr.*: ALC. AVIT. hom. 22 p. 141, 1 demerso in quoddam -um clavo *crucis dominicae* (*cf. Peiper ad l.*).]

1 *de campis, agris, montibus sim. (speciatim de segetibus: p. 2625, 7)*: *i. q. herbis plenus, herbis vestitus, herbosus sim.* (AGROEC. gramm. VII 123, 5 [= BEDA gramm. VII 274, 15] -um locum [*cf. p. 2625, 1*] ... in quo herba est ..., herbosum qui herbam facile generat [*sim.*: ISID. diff. 1, 287 diff. app. 134. *cf.* DIFF. ed. Beck p. 62, 1]. GLOSS.[L] V Aa H 98 -us locus: in quo herbae sunt [? II Abav. HE 3 *p. 2625, 64*]. GLOSS. -um [*scrib.* -bed-, herv-]: herbosum. *v. etiam supra l. 68*): VARRO rust. 2, 1, 16 pascas ... capras in montuosis potius locis [quam] fru[c]ticibus quam in -is campis (LIV. 9, 2, 7 *app.* aquosus. CVRT. 6, 6, 24. COLVM. 6, 27, 3 *app.* laetis). OV. met. 8,

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

282 Epirus. LIV. 1, 7, 4 Herculem ... memorant ... loco -o, ut ... pabulo laeto reficeret boves, ... procubuisse (PLIN. nat. 18, 164 [*at Cato agr. 35, 1* herbosus]). 23, 19, 14 quidquid herbi⟨di⟩ terreni ... erat (*cf.* TAC. ann. 15, 5 vis locustarum ambederat quidquid -um aut frondosum). 29, 31, 9 *mons* (*app.* aquosus. COLVM. 2, 2, 1). SEN. epist. 79, 3 regio (*app.* laeta). COLVM. 1, 6, 22 ut ... graminum semina intereant nec in agrum exportata segetes -as (*i. herbis permixtas*) reddant. 8, 11, 3 ager (*app.* silvestris. 8, 14, 2 *app.* palustris). *al.* PLIN. nat. 18, 164 aquoso -oque (*aliter Cato agr. 35, 1* herbosis locis) *solo* (TAC. hist. 5, 3). SIL. 16, 42 pondera (*i. caespes*). CYPR. GALL. Ios. 418 vallis (*app.* laeta). AMM. 14, 3, 4 ripas. *et al.* (*in imagine*: PHOC. carm. de Verg. 51 terra ... -a supposuit puero fulmenta virescens. RVFIN. Basil. hom. 2, 6 p. 1741^{D} thori). *accedit abl.*: PLIN. epist. 8, 20, 5 innatant insulae, -ae omnes harundine et iunco. CYPR. GALL. num. 773 gramine multo -a *tellus*.

2 *i. q. herbae similis*: **a** *respicitur color* (GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. H 10 [*ad Plaut. Curc. 231 p. 2624, 59 refert Lindsay*] -is [-us *var. l.*]: herbae colore, id est luridis [viridis *var. l.*]. *cf.* herbaceus *p. 2623, 46*, herbosus *p. 2626, 34*): PLIN. nat. 12, 56 folio *arboris* ... -i coloris (13, 60 pomum ... colore -o [16, 88]). TIBERIAN. carm. 1, 2 amnis ... flore pictus -o (PRVD. psych. 863 lux. CLAVD. 5, 109 velamina [MART. CAP. 1, 71 palla]. SIDON. epist. 2, 10, 4 vers. 14 crusta *marmoris*. ENNOD. carm. 1, 7, 50 coronam. 2, 10, 3). **b** *spectatur status* (*pro subst.*: TERT.): TERT. pall. 3 p. 929, 8 Oe. lini -a (*i. partes herbidae; cf. p. 2616, 21*) post virorem lavacro nivescunt. SOL. 27, 48 virgulto *laserpicii* -o magis quam arbusto. LACT. ira 13, 4 sol ... facit, ut ... -ae fruges maturitate durentur. AVG. civ. 4, 8 p. 155, 27 D. (*cf. s.* herba *II*) quamdiu seges ab initiis -is usque ad aristas aridas perveniret.

3 *i. q. ex herbis factus, ex herbis constans sim.*: *de cibo*: PLIN. nat. 24, 28 lactis -os per montium aestiva potūs (*i. lactis ex herbis recentibus geniti* [*cf. 25, 94*]). TERT. ieiun. 4 p. 278, 7 *deus* in primordio ... -um solummodo et arbor⟨e⟩um homini pabulum adixerat. *de tecto*: SYMM. or. 2, 14 *regionem* virgeis domibus et tectis -is indecoram.

collyrium: CIL XIII 10021, 108 Titi Iuli Victoris lene herbidum. *cf.* herbacium.

deriv.: herbido.

herbifer, -a, -um. [*ab* herba *et* ferre, *cf. gr.* ποηφόρος. *J. B. H.*] *i. q. herbas* (*magicas*: *l. 41*; *medicas*: PLIN.) *ferens*: OV. met. 14, 9 -os adiit colles atque atria Glaucus ... Circes. fast. 4, 468 praeterit *Ceres* ... ripas, -r Aci, tuas. PLIN. nat. 25, 94 -um esse ... Pelium montem ... tradunt.

herbigradus, -a, -um. [*ab* herba *et* gradi. *J. B. H.*] *qui per herbas ingreditur*: CIC. (?) carm. frg. 38 M. (Cic. div. 2, 133 cocleam) terrigenam, -am, domiportam, sanguine cassam (*cf. Morel ad l. et Marx ad Lucil. 1377*).

herbilia *v.* ervilia.

herbilis, -e. [*ab* herba, *cf. Leumann, Adj. auf -lis 68. J. B. H.*] *de aspiratione*: CASSIOD. (*ex Eutyche*) gramm. VII 201, 24 'e' vocalis 'r' sequente leviter effertur ..., nisi post 'r' 'b' sequatur ...: tunc ... graviter enuntiatur, ut 'herba', 'herbidus', '-is', 'herbosus'. *i. q. herba pastus* (*cf. l. 54*): LVCIL. 1106 anseris -is virus (*cf.* PAVL. FEST. p. 100 -is anser herba pastus, qui gracilior est quam frumento altus).

herbipotēns, (-entis) *adi.* *ab* herba *et* potens. *fere i. q. herbarum peritus*: BOETH. cons. 4 carm. 3, 9 (*nota enall.*) -s manus *Circes*.

[**herbitōsus** *v. l. 77.*]

herbitum, (-ī) *n.* [*ab* herba; *cf. Sofer, Lat. u. Roman. aus ... Isid. p. 8. J. B. H.*] -tium: *infra l. 66*. ISID. orig. 17, 7, 55 -um (erbutum *K*, erbitum *DT* [*non C*]) vocaverunt pastores eo quod vice herbae praebeatur pecoribus, ubi pascua desunt (*'Kräuterwerk' vertit post alios Sofer l. c.*). GLOSS.^{L} II Abav. HE 3 -um (-bēt-?, *cf. et p. 2624, 81; fort.* herbidus, *v. p. 2624, 80*): locus in quo herbae sunt (*inde*: GLOSS. V 601, 9 herbitium: l. i. q. h. nascuntur). NOT. Tir. 94, 63^{a}. 104, 28 (-bidum *var. l., Schmitz* [*Comm. p. 89*]).

herbo, -āre. [*ab* herba *sec.* gemmare *ut vid. J. B. H.*] *nonnisi part. praes.* *i. q. herbas emittere, virere*: APVL. met. 7, 15 pratis -antibus.

herbola *v.* herbula. *H. H.*

***herbōsus**, -a, -um. *ab* herba. GRAMM. suppl. 68, 6 alia in '-osus' desinunt, ut ... herba '-us'. *de scriptura* (*de aspirat. v. supra l. 52*): erb- *e. gr. infra l. 84. p. 2626, 3. 31*; herv- DIOSC. 4, 168. CASSIOD. (*ex Papiriano*) gramm. VII 160, 13 formosus sine 'n' ... scribendum est, ut ... '-us'. *superl.*: -issimus *p. 2626, 26*; maxime -us *p. 2626, 15*. NOT. Tir. 93, 63^{b}. 104, 29 (herbitosum *K*). *de notione*: *de differentia inter -um et* herbidum *v. p. 2624, 78*. GLOSS. χλοώδης. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG. [*vul.* ierbos, *it.* erboso, *francog.* herbeux, *hisp.* herboso. *M.-L.*]

1 *i. q. herbis abundans, herbis uberrimus*: **a** *generaliter* (*de agro, terra, flumine sim. c. ablativo*: *p. 2626, 11. apponitur* pinguis: *p. 2626, 11. 14. 20 bis. neutr. pl. pro subst.*: *p. 2626, 22*): CATO agr. 34, 2 quae loca sicca et non -a (erb- *PAc*) erunt (35, 1 *bis* [*cf. etiam p. 2625, 3. 9*]. APVL. met. 5, 1 Psyche teneris et -is locis ... recubans. PALLAD. 2, 9, 1. DIOSC. 3, 148 p. 436, 24 *antilios* nascitur locis -is [*scrib.* erb- *exc. Bern.*] et solanis). VARRO rust. 1, 6, 5 prata ... -a. VERG. georg. 2, 199 flumine (*cf.* PROP. 1, 3, 6 in -o ... Apidano. SIDON. epist. 2, 2, 18 lacus). HOR. carm. 3, 18, 9 ludit -o pecus ... campo (CORIPP. Iust. 4, 30 per -os errant examina c.). TIB. 2, 5, 25 pascebant -a Palatia vaccae (*cf. p. 2621, 14*). PROP. 4, 11, 8 ubi portitor *Charon* aera recepit, obserat -os (umbrosos *var. lect.*) lurida porta rogos (*i. tumulum*; locos *coni. Markland*). OV. met. 2, 689 -a ... pascua Nelei. 10, 128 terra (AMBR. hex. 1, 8, 28 p. 27, 9 toris -a riparum. HEGES. 3, 6, 2 p. 195, 18 t. pinguis, -a [*gr. 3, 42* εὔβοτος]). met. 14, 445 aggere. 15, 574 e caespite factas ... -as ... aras. fast. 1, 423 humo. hal. 118 harena (AVSON. Mos. 85). PLIN. nat. 18, 146 umidum solum -umve (18, 175 pingue -umque. *al.* AVIEN. ora 231 regio ... maxime -o solo est. CLAVD. DON. Aen. 6, 192 p. 535, 2). 33, 77 caespite (EVG. TOLET. carm. 33, 7 *al.*). IVV. 3, 173 dierum festorum -o colitur ... theatro maiestas ([*Schol. ad l.* quoniam post longum tempus celebrantur ludi. *cf. et Friedländer ad l.*]. *sim.*: SIDON. epist. 7, 6, 8 *armenta* -a ... altarium latera depasci). PALLAD. 6, 3, 1 pingues agri et -i (SERV. georg. 1, 43 pinguem et -um. CORIPP. Iust. 4, 199). *et al.* (*nota de gramine*: CYPR. GALL. gen. 1119 *Iosepus* servabat ... -o in gramine fetas). *neutr. pl. pro subst.* (*cf. infra l. 28*): PLIN. nat. 26, 72 nascitur in montosis asperis, aliquando et -is (et in -is *a*). DRAC. Romul. 8, 33 fuerant -a tribunal *Paridis*. **b** *singularia* (*i. q. multis herbis permixtus*): CATO agr. 54, 2 cum stramenta condes, quae -issima erunt, in tecto condito ...; ea pro faeno dato. OV. fast. 4, 367 -um ... moretum.

2 *i. q. herbae similis* (*n. pl. pro subst.* [*cf. supra l. 23*]: SEN. nat.): SEN. nat. 5, 5, 2 muscum ... innasci aquis et -a quaedam videmus summo innatantia. DIOSC. 4, 168 p. 84, 10 *chamaeacte* brevior est et -a ([erb- *P*]. *gr. 4, 173, 2 p. 323, 2* βοτανωδεστέρα). EVSTATH. Bas. hex. 5, 1 p. 909^{C} (*cf. p. 2622, 57*) -a viridisque species omnibus *plantis nascentibus* est communis (*gr. p. 96^A* τὸ χλοερὸν καὶ ποάζον). *spectatur color* (*i. q. viridis*): AVIEN. orb. terr. 1324 *pars Indorum* -i lapidis venas fodit. MART. CAP. 1, 66 calceos ... smaragdinae fluctu viriditatis -os. SIDON. carm. 5, 39 marmoris -i (22, 139 -is ... vernant marmora venis).

3 *i. q. constans ex herbis*: EVSTATH. Bas. hex. 9, 5 p. 962^{B} leonis ... et similium ferarum, quibus -a non sunt alimenta (*gr p. 200^C* οὐκ ἐκ τῆς πόας ... ἡ τροφή).

herbula, -ae *f.* *ab* herba *deminutive*. *scribitur* -bol-: GREG. TVR. *infra l. 59 sqq.* *de forma*: DIOM. gramm. I 326, 21. [*e coni.*: PETRON. 88, 3 *Buech.*] *i. q. herba parva, vilis* (*v. l. 47. 56*), *nonnumquam grata* (*v. l. 48. 53*) *sim.*: CIC. nat. deor. 2, 127 *cervae* perpurgant se quadam -a (*cf.* herba *Plin. nat. 8, 112*), quae seselis dicitur (*sic de medicinalibus*: APVL. met. 2, 28. 3, 23 quam parvis quamque futtilibus tanta res procuretur -is [herc- *trad.*]). SEN. dial. 7, 9, 2 in arvo ... aliqui flores internascuntur, non tamen huic -ae, quamvis delectet oculos, tantum operis insumptum est. QVINT. inst. 1, 3, 5 quae summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt et imitatae spicas -ae inanibus aristis ante messem flavescunt. VLP. dig. 32, 55, 5 *lignorum appellatione in Aegypto* et -ae quaedam vel spinae ... continebuntur. APVL. met. 3, 29 praeter ceteras gratas -as rosae ... florebant (*sim.* 4, 2). 10, 30 *capellae* tondebant -as. PS. AVG. comm. 3 p. 980, 19 *in* cucumeribus ... et porris et quibuscumque vilissimis -is (herbis *S*) eqs. (*sim. de herbis, quarum usus in culina*: PALLAD. hist. mon. I 19 p. 298^{B} -as ... conditas, quas lapsanas vocant. DIONYS. EXIG. vita Pachom. 43 p. 260^{D} parvas escas, id est olivas et -as). GREG. TVR. Franc. 7, 12 p. 297, 18 -ae (-bol- *B 2, C 1*) ... collectae altarioque *ornandi gratia* locatae. 9, 6 p. 363, 8 resperso *pavimento* ... -is (-bol- *codd. praeter A 1, D 5*) odoratis. vit. patr. 6, 7 p. 686, 20 (-bol- *codd.*).

herbulum, -ī *n.* [*orig. inc., nisi est demin. ab* herba (*neutr. sec.* serpyllum?) *vel ab* ervum. *J. B. H.*] *scribitur* herv-: ANON. *nomen herbae* (*cf. Stadler, RE VI 449, 28*): ANON. med. ed. Piechotta 98 ad splenem -um decoces. PS. DIOSC. Vind. 4, 96 p. 254, 14 ἠριγέρων, ... Ῥωμαῖοι ἑρβουλουμ (-λον *N*), οἱ δὲ σενεκίων.

herbum *v.* ervum.

herburgius, -ī *m.* *de etym. et re v. Geffcken, Lex Sal. p. 231 sq.* *maledictum*: LEX Sal. 64 tit. de -um (*cf. app. crit.*). 64, 1 si quis alterum -um (*cf. app. crit.*) clamaverit, h. e. strioporcium aut illum qui hineo (*sc. aeneum*) portare dicitur, ubi strias coccinant, ... culpabilis iudicetur.

herbus *v.* ervum.

herbuscula, -ae *f.* [*ab* herba, *cf.* arbuscula *sim. J. B. H.*] *i. q. herba parva, herbula*: MART. CAP. 2, 100 dum flores ... decerperet praeelectis quibusdam -is *Philologia*. *Kornhardt.*

hercantilla *f.* *nomen herbae*: MISC. Tir. p. 65, 21 ad gutta frenitica herba panalea et agrimonia et -a cum piper bibere facias (*cf. adn.*). 65, 23 herba agrimonia et -a. *cf.* GLOSS. **apiata** (app-): argentilla, ercentilla, arcantilla, erceltella.

hercēus *v. Onom.* **hercinia** (*nomen avis*) *v. Onom.* Hercynius.

hercīsco (hercīscundus) *v.* erc-. **hercius** *v. Onom.*

herclānia (*nomen herbae*) *v. Onom.* **hercle** *v. Onom.* Hercules.

[*H. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

herctum *v.* erc-. **hercul-** *v. Onom.* **here** *v.* heri.

hereceddy. BOETH. herm. sec. 1, 2 p. 59, 23 sqq. nomen ... per se nihil designat, ut cum dicimus 'scindapsos' vel 'hereceddy' (-cethi *T*). haec per se nihil ... significant, sed si ad subiectae alicuius rei significationem ponantur, ut dicatur vel 'homo scindapsos' vel 'lapis hereceddy' (-ceddin *SF*, -cethin *T*, -ceddyn *E*), tunc hoc ... positione et secundum ponentis quoddam placitum designabit.

hērēdēs *v.* heres. *H. H.*

hērēdifico, -āre. [*ab* hereditas (?) *et* facere, *cf. gr.* κληρονομέω *et* heredito. *J. B. H.*] *i. q. hereditate accipere, hereditare* (*cf.* heredito *2*): IREN. 4, 22, 1 hic est ... finis humani generis -antis deum: ... omnes ... in vitam ... dei *veniunt*.

hērēdiolum, -ī *n.* [*ab* heredium *demin.*, *cf.* praediolum. *J. B. H.*] *de notione et origine*: NON. p. 61 -i proprietatem indicat Varro ...: *citatur rust. 1, 10, 2* (*v. s.* heredium). GLOSS.[L] IV Ps. Plac. H 12 -um: possessiunculam. GLOSS. *infra l. 30.* *i. q. heredium (praedium hereditarium) parvum* (*laxius fere i. q. praediolum, possessiuncula: infra l. 21*): COLVM. 1 praef. 13 Quinctius Cincinnatus ... fascibus depositis ... ad ... quattuor iugerum avitum -um *rediit.* GELL. 19, 7, 1 Iulius Paulus poeta ... -um tenue possidebat. APVL. apol. 101 (*v. supra l. 17*) exiguum -um LX milibus nummum *emptum* ([*ibid. iterum*]. *opp.* pulcherrimum praedium; *syn.* agellum). flor. 11 p. 42 -um sterile[m] et agrum scruposum. AVSON. 320, 1 p. 16 P. -um, maiorum regna meorum, quod proavus, quod avus, quod pater excoluit (320, 9 p. 16 P. parvum).

hērēdipeta, -ae *m.* [*ab* heredium (hereditas?) *et* petere, *cf.* agripeta *sim. J. B. H.*] NOT. Tir. 51, 98. *de notione*: SCHOL. *l. 36.* GLOSS.[L] I Ansil. HE 117 -ae: qui hereditate⟨m⟩ petunt (*cf. s.* honoripeta *et v. Heraeus, Spr. d. Petron. 26*). GLOSS. qui alienam hereditatem desiderat. est qui hereditatem petit; hinc herediolum, parva hereditas. *qui hereditates captat, captator* (*ad rem v. Friedländer, Sittengesch. I*[9] *246 sqq.*): PETRON. 124, 2 incidimus in turbam -arum (124, 4 -ae muneribus gratiam Eumolpi sollicitant. *cf.* *125, 3* captator). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 191 hic heres non legitimus, sed -a. SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 1 sqq. *quater* (*nota*: 2, 5, 1 artem -arum). SCHOL. Pers. 6, 52 poeta -as tangit, qui, quamvis nulla cognatione testatoribus adhaereant, se tamen propinquos vel heredes videri volunt. SCHOL. Iuv. 3, 129. 4, 22. 6, 39. 10, 202. 12, 111. HIER. epist. 117, 8, 2 parasitum ... impostorem ... -am. [MART.] 5, 39 (*scrib.* -dep-). 11, 44. 12, 90 lemma (*v. Landgraf, ALL 12, 1902, 456*).

*hērēditārius, -a, -um. [*ab* hereditas. *v. Stolz-Leumann*[5] *212. J. B. H.*] *litt. gr.*: GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A]. *formae graeco adaptatae*: THEOPHIL. inst. Iust. (*v. Psichari, Lexique des mots lat. dans Théoph. p. 260*). *notatur* (h: NOT. laterc. gramm. IV 307. 320. 341): hereditar: CIL VI 13267 XIV 4862. NOT. Tir. 52, 1. *de notione*: GLOSS. κληρονομιαῖος. κληρονόμος. GLOSS. iurispr. cod. Paris. gr. 1357[A] ὑπόχρεος. *legitur inde a* CIC., LIV. *omnes dedi locos praeter nonnullos apud* GROM. (*p. 2629, 40*), ICTOS. [*locus mutilus*: CIL XII 5873.]

I *quod spectat ad hereditatem* (*sed non est in hereditate*) *ut successionem vel ius heredis vel universitatem bonorum quae mortis causa transit*: A *generalia*: 1 *proprie* (*app.* iustus: *l. 60*): CIC. Quinct. 76 cum eo tu voluntariam societatem coibas, qui te in -a societate fraudarat ...? Caecin. 18 auctio (APVL. met. 9, 31). BRVT. Cic. ad Brut. 1, 6, 4 controversia, quam habet cum Dyrrhachinis -am (COD. Theod. 2, 22, 1. *cf.* QVINT. inst. 3, 10, 2 in -is litibus [SCAEV. dig. 17, 1, 62 pr. *al.*]. HIER. epist. 50, 2, 2 -ae vel centumvirales causae [LEX Burg. Rom. 31, 1. *aliter p. 2628, 5. 2629, 67*]. COD. Theod. 16, 7, 3, 1 quaestiones). LIV. 32, 10, 4 *civitatium* -a ac iusta possessione non excessurum *Philippum.* IVLIAN. Vlp. dig. 10, 2, 18 pr. tabulas -as interlevisse (*al. cf.* GAIVS dig. 10, 2, 5 cautiones. SCAEV. dig. 35, 2, 95, 2 instrumentorum -orum et pupillarium rationum [*al.*]. VLP. dig. 10, 2, 16, 5 rationes [*aliter p. 2629, 12*]). GAIVS dig. 3, 5, 21 negotia (*al. cf.* PAPIN. dig. 29, 5, 20 res -as urguentes ordinare [COD. Iust. 2, 58, 1, 1. *aliter p. 2629, 26*]). SCAEV. dig. 29, 2, 89 contractu. VLP. dig. 18, 4, 2, 17 (*ex Labeone*) impensa. 19, 1, 10 *heres debet* ante aditam hereditatem proprium venditorem convenire, deinde adita hereditate -um (*i. hereditati obligatum*). 44, 4, 4, 11 molestiis. MOD. dig. 36, 1, 47 metu. COD. Iust. 3, 36, 8 (*a. 243*) successione. 2 *per imaginem* (*antecedit* velut: *l. 75. 76*): TERT. cult. fem. 1, 3 p. 705 Oe. No ... -a traditione ... meminerat de proavi sui penes deum gratia. RVFIN. Basil. hom. 6, 2 p. 1785[B] unigenitas ... omnia pariter quae patris sunt in semetipso complectitur, dum inter plures -a divisio non habetur. FAVST. REI. grat. 1, 2 p. 12, 21 velut quodam -o ordine. SEDVL. op. pasch. 1, 14 p. 185, 18 *Elias* velut -a largitate propriae virtutis munus transtulit in amicum.

B *structurae speciales* (*fere t. t. iuridicales*): 1 actio (*aliter p. 2629, 68*): *heredi data*: POMPON. dig. 29, 2, 99 (*ex Aristone*) actiones -as ... daturum ... ei, quae ad hereditatem ... accesserat. PAPIN. dig. 34, 4, 22 -ae ... actiones ei non denegabuntur. VLP. dig. 37, 10, 5, 1 actiones -as quis exercebit? *al.* *in heredem (hereditatem) data*: GAIVS inst. 2, 255 in utrumque actiones -ae ... dantur. MARCIAN. dig. 36, 1, 73 *heredes* exonerentur actionibus -is. MOD. dig. 31, 34, 6 (*infra*: an ... petitiones ... -ae in utrumque heredem creditoribus dari debeant). *al.* *et heredi et in heredem data*: GAIVS inst. 2, 258 actiones -ae ei et in eum transferuntur qui receperit hereditatem (DIG. 36, 1, 85 dantur).

I *i. q. vir fortis, egregius, magnis virtutibus praecellens:* **A** *sensu originario i. q. bellator, vir strenuus antiquitatis, praecipue aetatis Homericae:* **1** *personae agentes in epicis (rarius lyricis sim.) carminibus (de imitatione inferioris aetatis v. p. 2664, 6):* **a** *indicantur nominibus:* α *nomine proprio -is:* Ⓘ *sine epithetis:* VERG. Aen. 1, 196 *vinum Acestes* ... dederat ... abeuntibus -s. 6, 103 incipit Aeneas -s. ANTH. 392, 5 Clonus -s. DRAC. Romul. 8, 253 quos suscipit -s hospitio Telamon. Ⓘⓘ *cum epithetis:* VERG. Aen. 6, 649 magnanimi -es, ... Ilusque Assaracusque et ... Dardanus. HOR. sat. 2, 3, 193 Aiax -s ab Achille secundus. SIL. 13, 38 fortissimus -s ... narrabat ... Diomedes. DRAC. Romul. 10, 41 callidus -s solus Iason ... prosilit. β *patronymico sim. (exempla selecta. adi. trahitur ex nomine patris: infra l. 23. 31. 34. 38 al., sive maiorum cuiusdam: infra l. 22. 32 al.; matris: infra l. 25. 28. 29 al.; patriae, terrae sim.: infra l. 24. 26. 30 al. singulariter 'Mavortius' [i. Mars]: infra l. 46. accedit proprium -is nomen: infra l. 40. 44. ponitur -s in finiente versu praeter infra l. 24. 34. in prosa oratione: infra l. 33*): -s Aeacides: STAT. Ach. 2, 42. Aeetius (*Absyrtus*) -s: VAL. FL. 8, 379. Aesonius: OV. met. 7, 156 (*in initio vers.*). Aetolius (*Diomedes*): OV. met. 14, 461 HOMER. 556. Autonoeius (*Actaeon*): OV. met. 3, 198. Calydonius: (*Meleager*) OV. met. 8, 324; (*Diomedes*) HOMER. 399 *al.* STAT. Ach. 1, 500 *al.*; (*Tydeus*) STAT. Theb. 2, 476. Cycneius: *v. Onom. II 784, 51.* Cythereius (*Aeneas*): OV. met. 13, 625 *al.* HOMER. 895. Danaeius: OV. am. 3, 6, 13 *al.* Daunius (*Turnus*): VERG. Aen. 12, 723. Gortynius (*Minos*): CIRIS 114. Ismenius: (*Polynices*) STAT. Theb. 1, 673; (*Eteocles*) 2, 307. Laertius: OV., STAT., AVSON., DRAC. Laomedontius: VERG. Aen. 8, 18 (CLAVD. DON. *ad l.*). Larissaeus (*Achilles*): TERT. pall. 4 p. 933, 7 Oe. Narycius (*Aiax Oilei*): OV. met. 14, 468 (*in in. vers.*). Neptunius (*Theseus*): OV., STAT. Theb. Nereius (*Achilles*): LAVS Pis. 176 HOMER. 938 *al.* Nonacrius (*Euander*): OV. fast. 5, 97. Perseius (*a Persa nymphe i. Adrastus*): STAT. Theb. 3, 441. Philyreius (*Chiron*): OV. met. 2, 676 fast. 5, 391. Poeantius: OV. rem. 111 *al.* MART. 2, 84, 1. Priameius: (*Hector*) LAVS Pis. 174; (*Paris*) HOMER. 271. Priamides: VERG. Aen. 3, 345 -s P. multis Helenus comitantibus *se* adfert (*cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. HE 172). Thessalus: (*Admetus*) STAT. Theb. 6, 442; (*Achilles*) DRAC. Orest. 480 (er- *B*; heres *A*). Thetideius: HOMER. 690. 892. Tirynthius: (*Hercules*) OV., VAL. FL., STAT.; (*Fabius*) SIL. 8, 217. Troezenius: OV. met. 8, 567 T. -s ... Lelex. Troius: (*Aeneas*) VERG., CLAVD. DON.; (*Aesacus*) OV. met. 11, 773; (*Paris*) PETRON. 108, 14 vers. 2 (hostis *var. l.*). *adde* (*v. supra l. 20*): Mavortius -s: CARM. c. pag. 20.

b *vox certos viros indicat nomine non apposito* (*sing. nom. voc. semper in fine versus praeter l. 61. nonnunquam subest sensus latior: fere i. q. bellator, vir strenuus e. gr.* VERG. *l. 54. 56.* PROP. *l. 59; vir adultus e. gr. l. 67*): α *sine epithetis:* CATVLL. 64, 23 o nimis optato saeclorum tempore nati -es, salvete, deum genus. 64, 343 (*verba Parcarum*) non illi (*i. Achilli*) quisquam bello se conferet -s. VERG. ecl. 4, 35 quae vehat Argo delectos -as. Aen. 5, 289 quo se ... -s ... tulit (*cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. HE 165 sq.). 5, 389 Entelle, -um quondam fortissime frustra. 5, 684 *in incendio* nec vires -um infusaque flumina prosunt (STAT. Theb. 5, 373 robora ... semideum -um). *al.* CVLEX 296 vos sede piorum, vos manet -um contra manus (PROP. 1, 20, 21 manus -um ... litora fronde tegit. VAL. FL. 3, 691. 4, 325 m. omnis -um *Argonautarum*). OV. met. 7, 863 haec lacrimans -s memorabat. *al.* VAL. FL. 4, 311 labentem propulit -s. *al.* HOMER. 3 *Achillis ira* animas fortes -um tradidit Orco (*sim.:* SIL. 13, 799. STAT. Theb. 3, 363 -um inmanibus umbris). STAT. Ach. 1, 709 segnes -es eunt *per campum.* 1, 754 -es et arma. Theb. 10, 784 intra muros ... receptum ... -a ferunt. *al.* MACR. Sat. 2, 1, 1. MART. CAP. 9, 904 tam puellarum ... quam -um populus ... properabat. 9, 906 numerus -um crinitorumque sapientum, qui *canebant eqs.* 9, 996 Harmonia intentis tam divis quam -um populis *canebat.* DRAC. Romul. 8, 268 germanam *Hesionen* regis *Priami* ut, -s *Telamon,* ... in pace refundas. *al.* β *cum epithetis* (*iunctura plerumque in fine versus*): VERG. Aen. 6, 169 Aeneae sese fortissimus -s addiderat socium (OV. met 10, 207 f. -s *Aiax.* CLAVD. DON. Aen. 10, 315 p. 334, 19). 6, 192 tum maximus -s (*Aeneas*) maternas agnoscit aves (OV. met. 8, 573 tum m. -s ... inquit. 13, 644 non falleris, -s maxime. HOMER. 566. 668. 1000). STAT. Ach. 1, 698 tunc providus -s (*Ulixes*) ... iubet (STAT. Theb. 4, 197 [*Amphiaraus*]. 8, 681).

2 *generaliter:* **a** *proprie* (*in pictura sim.: l. 82. p. 2663, 20; in scaenico ludo: p. 2663, 14. inter familiae nobilissimae maiores: p. 2663, 39. eximia corporis magnitudine: p. 2663, 28*): CIC. de orat. 2, 194 non -um veteres casus fictosque luctus velim imitari *in iudicio.* nat. deor. 2, 166 principibus -um Ulixi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli. CATVLL. 64, 51 vestis priscis hominum variata figuris -um mira virtutes indicat arte (MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 15 Homerus -um virtutes est persecutus. *cf. aliter* [*de qualitate animi*]: SIL. [*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

15, 276 gloria lausque magnorum -um celebrataque carmine virtus. APVL. Plat. 1, 2 Plato non solum -um virtutibus praestitit, verum etiam aequiperavit divum potestatibus). 64, 385 ante domos invisere castas -um ... caelicolae ... solebant. VERG. ecl. 4, 16 deum vitam accipiet divisque videbit permixtos -as. 4, 26 -um laudes et facta parentis ... legere (QVINT. inst. 1, 10, 10 inter regalia convivia l. -um ac deorum ... canebantur. PORPH. Hor. ars 83 [*cf.* SCHOL. Hor. ars 83. 86]). georg. 4, 476 (= Aen. 6, 307) matres atque viri ... *et* corpora magnanimum -um, pueri innuptaeque puellae *apud inferos.* LYDIA 75 quod deus atque -s ([ha]eros *trad.*) *fecerunt*, cur non minor aetas? (*cf.* FRONTO p. 212, 11 N.). HOR. carm. 1, 12, 1 quem virum aut -a lyra ... sumis celebrare, Clio, quem deum? (*cf.* STAT. Theb. 1, 41). ars 114 intererit multum, Davusne (*sic K¹ς, v. Porph. ad l.*; div- *rell.*) loquatur an -s, maturusne senex an *iuvenis* (*sim. in scaena*: ars 227. MANIL. 5, 482 magnos -as aget *eqs.* SVET. Nero 21, 3 cantavit personatus, -um deorumque ... personis effectis ad similitudinem oris sui). PROP. 1, 14, 17 *Venus* potest magnas -um infringere vires. 3, 11, 27. OV. am. 2, 1, 35 -um clara valete nomina! MANIL. 5, 13 ratis -um (*i. Argo*). PAVL. FEST. p. 74. PLIN. nat. 35, 72 *Parrhasius* superatus a Timanthe ... in Aiace armorumque iudicio -is nomine se moleste ferre dicebat, quod iterum ab indigno victus esset (*cf.* 35, 74 pinxit -a absolutissimi operis. 35, 94. 107. 128 Euphranor primus ... *expressit* dignitates -um. QVINT. inst. 12, 10, 5). SIL. 11, 450 formabat ... canendo -um mentes *Chiron* (*cf.* STAT. Ach. 1, 118 monstrare lyra veteres -as). STAT. Ach. 1, 5 ire per omnem ... -a (*i. Achillis vitam*). silv. 5, 3, 25 concilia -um iuxta manesque beatos. 5, 3, 236 pandere facta -um bellique modos (*apud* GRAMM.). QVINT. inst. 8, 4, 24 ex instrumento ... -um illorum magnitudo aestimanda nobis datur (*cf.* SVET. Aug. 72, 3 ferarum ... membra praegrandia, quae dicuntur ... arma -um. ARNOB. nat. 2, 75 p. 109, 15). decl. 306 p. 201, 25 *carmina*, ubi ... primi -es canebantur (*cf.* FRG. Bob. gramm. VI 623, 6). SVLPICIA sat. 1 -as et arma. TERT. anim. 32 p. 352, 13 *Empedocles* dedignatus aliquem se -um recordari. ITIN. Alex. 8 p. 5, 9 diis -busque apud Ilium litans *Alexander* (*cf.* IVST. 11, 5, 12 ad tumulos -um [eor- *τπι, Seel; cf. p. 2661, 83*], qui Troiano bello ceciderant. *sim.*: AVSON. 217 p. 72 P. epitaphia ... -um, qui bello Troico interfuerunt). AVSON. 419, 36 p. 362 P. non possum fidei causa ostendere imagines maiorum meorum, ut ait apud Sallustium (*85, 29*) Marius, nec deductum ab -bus genus ad (vel *Peip.*) deorum stemma replicare (*cf.* MEROB. carm. 4, 17). SERV. auct. Aen. 3, 593 cum -es (er- *trad.*) non fuerint soliti tondere barbam. SIDON. carm. 2, 35 -um fertilis ora. *et al.; huc spectare videtur et* VARRO Men. 45 (*Bimarcus*) τρόπων τρόπους qui non modo ignorasse me clamat, sed omnino omnes -as negat nescisse (*ad rem cf. frg. 60 et v. Vahlen, Coniect. 129 sqq. Ribbeck, RhM. 14, 1859, 121 sqq. Norden, Observ. [Diss. 1891] 278 sqq.*; *-as pro subi. habet Ribbeck, ceteri pro obi.*). **b** *quasi metonymice* (*subst. pro adi.*): PERS. 1, 69 res grandes nostro dat Musa poetae. ecce modo -as (-os ς) sensus adferre videmus nugari solitos Graece.

B *transfertur vox ad viros fortitudine, sapientia, magnitudine animi antiquis similes -bus* (*ad mulierem: p. 2664, 19; ad philosophos maximos: infra l. 58; ad Romanos priscos: l. 65 et 67. familiariter: infra l. 53 sqq.*): **1** *generalia*: CIC. Att. 1, 17, 9 erat dicturus *in senatu* ... -s ille noster Cato (*sim.*: 4, 3, 5 *Clodiani* ignari, quantum in illo -e *Milone* [-ro Ω] esset animi, quantum ... consili. 14, 6, 1 -bus nostris [*de interfectoribus Caesaris ut*: 14, 11, 1 nostri illi non -es sed di futuri. 15, 12, 2 *Octavianus* erga nostros ἥρωας ..., ut nos vellemus, animatus]). rep. 3, 12 illorum fuit -um (*i. Platonis et Aristotelis*), *iustitiam* ... in illo divino solio ... conlocare (*sim. de sapientibus*: APVL. Plat. 2, 7 ille -s *Plato.* MART. CAP. 6, 576 tot gymnasiorum ac tantorum -um matrem Philosophiam. *cf. supra l. 2. p. 2664, 66 et v.* ISID. orig. 1, 39, 9 -es ... viri ... caelo digni propter sapientiam et fortitudinem [8, 11, 98. 10, 2]). MORET. 59 ergo aliam molitur opem sibi providus (*cf. p. 2662, 75*) -s (aeris *var. l.*) *Simylus* (*v. quae exposuit Lenz, PhW. 1937, 231 sq.*). CVLEX 359 *apud inferos* hic alii se dant pariles virtutis honore -es (*i. Fabii, Decii eqs.*). HOR. sat. 2, 2, 93 rancidum aprum antiqui laudabant *eqs.* hos utinam inter -as natum tellus me prima tulisset! FIRM. math. 6, 31, 89 hoc decretum -em, virum fortem homicidamque perficiet. PRVD. apoth. 236 (*de prophetis test. vet.*) -um ... priscorum. MEROB. poet. 119 *Aetius* tanti *patris* sibi conscius -s sanguinis. AVG. civ. 10, 21 p. 434, 23 D. martyres nostri -es nuncuparentur, si ... usus ecclesiastici sermonis admitteret, ... quod ... daemones, id est aerias vincerent potestates et ... ipsam ... Iunonem *sc. Heram* (*cf.* p. 434, 16. 435, 16). EXC. barb. p. 280, 18 Fr. in chronica deos et -es (ir- *trad.*) vocatos reges. ENNOD. dict. 4, 5 p. 437, 4 Antoninus vetusti -a (*Bᵃ*; -os *b et m. rec. in B*) saeculi. 16, 7 p. 473, 4 -a (er- *B²*) magnanime (*ironice*). 22, 4 p. 494, 14. opusc. 1, 20, 87 p. 285, 10 quis credat -as (er- *var. l.*) tuos (*sc. milites Theodorici*) ... non respuere ... formidinem. VITAE patr. Iurens. 1, 9 p. 136, 8 -am (-a *2*) Christi Romanum (1, 19 p. 143, 4). CASSIOD. var. 8, 9, 3 p. 238, 13 crescebat visendi studium eois populis -am (-eam, -oem, -oa *varr. ll.*) nostrum *i. Theodoricum regem.* IORD. Get. 79 *proceres, quos Gothi semideos et Ansis vocant*; horum ... -um ... primus fuit Gapt. CONSTANT. vita Germ. 12 p. 259, 11 -es devotissimi *Germanus et Lupus* susceperunt *negotium.* 42 p. 281, 5 fessum -am (erum *var. l.*) laboribus *Germanum.* *i. q. vir adultus* (*paene evanuit notio originaria, cui inerat semper laudandi vis*): PRVD. ham. 283 (*ironice*) *non modo femina, sed etiam vir* solvitur in luxum. cernas mollescere cultu -as vetulos. perist. 6, 149 circumstet chorus ex utroque sexu: -s, virgo, puer, senex, anulla. *cf. p. 2662, 51.*

2 *in imitatione priscorum carminum epicorum* (*v. p. 2662, 8*): **a** *de scripturae sacrae viris*: CYPR. GALL. gen. 380 *Nembrodus* -um de more ferox. iud. 146 bellator, Ceneza satus, Gothozelus -s. 585 coniugis esse dolos confestim noscitat -s (-es *L*) *Samson.* PRVD. cath. 10, 70 sancti sator ille Tobiae, sacer ac venerabilis -s. PAVL. NOL. carm. 24, 573 *Samson* praepotens -s dei hostes ruinae miscuit. ALC. AVIT. carm. 4, 222 visu ... perterritus -s *Noe* (*cf.* 4, 285). 5, 67 virgam ... gestabat legifer -s (aer- *L*) *Moses.* **b** *de sanctis viris, martyribus sim.*: PRVD. cath. 6, 114 sopore iustus mentem relaxat -s (*i. Johannes evangelista*). perist. 10, 52 Romanus *martyr* acris -s excellentiae. 10, 457 (*de eodem*) *carnifices* diffluunt sudoribus, cum sit quietus -s (hae- *B*), in quem saeviunt. ALC. AVIT. carm. 6, 527 *Eugenia* quamvis exterius carnem compulsa fateri, interiore tamen servato permanet -s. VEN. FORT. carm. 2, 14, 12 *martyres* alter in alterius caede natavit -s (*APGBLF Ven.*; -rus *D*; erus *CMR*). Mart. 3, 83 dum pede tardat -s (er- *PN*; erus *MS*) *i. Martinus.* **c** *de ducibus, regulis sim.* (*cf. etiam infra l. 78*): CORIPP. Ioh. 1, 468 tibi nos, Guenfeius -s Antalas (*regulus Libycus; cf. p. 2662, 21*), haec ferre iubet. 2, 335 Recinarius -s edidit (*i. adiutor Iohannis*). 4, 290 placidis iam vultibus -s (er- *T*; *i. Iohannes*) respicit. 4, 720 (5, 76 Petsch.) hunc maximus -s excipit. 6, 682. 8, 630 *Carcasan regulum* vidit -s magnanimus *Iohannes.* **d** *singulariter*: PRVD. psych. 509 stupuit Luis improba castis -um iugulis longe sua tela repelli.

epitheta notabilia ad I: callidus: *p. 2662, 16.* fortissimus: *p. 2662, 15. 71 sq.* legifer (*Moses*): *supra l. 13.* magnus (maximus): *p. 2662, 73 sqq. 2663, 1. 15. supra l. 26*; magnanimus: *p. 2662, 13. 2663, 9. 76. supra l. 27.* praepotens: *l. 11.* primus: *p. 2663, 31.* priscus: *p. 2663, 69.* AVSON. 211, 16 p. 67. 393, 38 p. 246 P. providus: *p. 2662, 75 sq. 2663, 63.* vetus *sim.*: *p. 2663, 25. cf. l. 4.*

II *i. q. mortuus* super humanam naturam *elatus, numen propitium infestumve, divina quadam potestate praeditum, certi incertive nominis, qui colitur in fano, sacello sim.* (*de re v. Eitrem, RE VIII 1119; Rohde, Psyche⁸ I 246, 4 et passim [v Ind.]; Wilamowitz, Glaube d. Hell. II 9 sqq.*): TERT. anim. 49 p. 380, 16 Aristoteles -em quendam Sardiniae notat incubatores fani sui visionibus (*i. somniis*) privantem. AMM. 22, 8, 35 visis *in Leuce* ... templo ... et donariis eidem -i (er- *V*; *sc. Achilli*) consecratis. SERV. ecl. 5, 40 -um animae habitant vel in fontibus vel in nemoribus (*cf.* Aen. 6, 673). PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 1 p. 806 (ed. Bas. 1524) *virorum fortium* manes ... se bonos ac propitios -as videndos offerunt posteris suis (*gr. 6, 47* δαίμονες δ' ἀγαθοὶ καὶ ἥρωες εὐμενεῖς). PRVD. c. Symm. 1, 191 tot templa deum Romae, quot in orbe (urbe *BPE*) sepulcra -um numerare licet, quos fabula manes nobilitat. MACR. Sat. 5, 19, 22 *in sterili anno* Siculi -i cuidam sacrificium celebraverunt et revertit ubertas.

III *i. q. daemones, manes, lares, semidei, numina aeria sim.* (*in variis virorum doctorum opinionibus, definitionibus, interpretationibus; ad rem v. Wissowa, Rel.² 169. 174*): VARRO frg. Arnob. nat. 3, 41 p. 139, 8 Varro ... nunc esse *Lares* ... Manes ..., nunc aerios ... deos et -as pronuntiat appellari (*cf.* PS. APVL. Ascl. 33 -as ... inter aeris purissimam partem ... et aethera *commorari credo.* AVG. civ. 7, 6 p. 282, 16 D. *aerias animas* vocari -as et Lares et genios. 10, 21 p. 434, 21 [ISID. orig. 8, 11, 98]. MART. CAP. 2, 160 a medietate ... aeris usque in montium terraeque confinia Hemithei -esque versantur. *cf. etiam p. 2663, 72*). SERV. Aen. 1, 196 -s, vir fortis, semideus plus ab homine habens, ut ait Hesiodus (*op. 159*). 6, 129 'diis ... geniti', quia corporibus se infundebant potestates supernae, unde -es procreabantur. SCHOL. Hor. sat. 2, 2, 93 ex terra generati traduntur -es (*adde locos p. 2614, 14 laudatos*). AVG. civ. 2, 14 p. 69, 29 D. Platonem Labeo inter semideos commemorandum putavit sicut Herculem, sicut Romulum. semideos autem -bus anteponit (*sim.* p. 69, 31). *cf. etiam p. 2661, 79.*

IV *in inscriptionibus*: *loci dub. plerumque interpr.: vox incisa in statuae basi titulus honorarius, ut videtur (de re v. Guarducci, Atti del III Congr. Stud. Rom. 4, 1935, 328 sqq.); in cippo fortasse i. q.* μακαρίτης (*de re v. Eitrem, RE VIII 1134; Rohde, Psyche passim [v. Ind.]; Wilamowitz, Glaube d. Hell. II 18 sq.; Kleberg, Eranos 27, 1929, 149*). *vide ne hic illic sit nomen proprium.* CIL III 6850 (= Dessau 7777) Ti. Claudio Paullino philosopho hero (*i.* ἥρωι *ut vid., cf. Inscr. RevA. VI 2, 1933, 438 n. 267 [cf. Wiegand, Abh. Berl. 1932, 39 sqq.]* Τι Κλαυδιωι Παυλεινωι ηρωι). INSCR. christ. Diehl 66, 1 (*de viro nobili quodam; cf. locos supra l. 22 sqq. allatos*) hic decus Italiae tegitur Constantius -s. 744 ⟨causarum no⟩bilis actor, ... ⟨...⟩nius -s (*fort. nomen propr.*). 1062 adn. primum quae gesseret -s. 1097, 5 s(an)c(tu)s et inlustris -s (-us *scriptum*) Leo.

cf. Onom.

***hērōus**, -a, -um, ἡρῷος. *scribitur* here-, er- *nonnumquam in codd.* *neutr. sg.* -on: MAR. VICTORIN. gramm. VI 145, 16.

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

legitur inde a CIC. (*infra l. 25*), PROP., OV., PLIN. nat.; *frequentant* GRAMM. (*inde a* BASS.). *saepe pro subst.: i. q. 'hexameter, versus epicus' v. (certa exempla) infra l. 17—20. 22. 33—34.* PS. PROSP. carm. de prov. 96 *et apud* GRAMM. *passim; i. q. pes dactylicus infra l. 46. 47.* [*confunditur saepe c.* heroicus.]

A *i. q. epicus:* 1 *spectatur genus, argumentum, verborum delectus sim.* (*alludunt ad notionem q. e. 'heroicus, ad heroas pertinens' loci infra l. 9 sqq. laudati*): PROP. 2, 1, 18 si ... fata dedissent, ut possem -as ducere in arma manus, ... bellaque resque ... memorarem Caesaris (*sim.* [*v. supra l. 7*]: STAT. silv. 1, 3, 102 seu tibi Pindaricis animus contendere plectris, sive chelyn tollas -a ad robora. 4, 7, 2 diu lato sociata campo fortis -os [-is *M*], Erato, labores differ atque ingens opus in minores contrahe gyros). PROP. 3, 3, 16 quis te carminis -i tangere iussit opus? (QVINT. inst. 1, 8, 5 sublimitate -i [ici- *BP*] carminis animus adsurgat. SERV. Aen. 1, 474 hoc [*i. argumentum humile*] quasi indignum -o [-ico HC^2] carmine mutavit poeta. 2, 14. 4, 254). OV. trist. 4, 10, 47 Ponticus -o, Bassus quoque clarus iambis. MART. 3, 20, 6 lascivus elegis an severus -is ([-eis C^A]. *cf.* QVINT. inst. 10, 1, 88 lascivus ... in -is [-icis *MPV*] ... Ovidius). PLIN. epist. 7, 4, 3 expertus sum me aliquando et -o (-ico *a i Cat.*). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 250 -o (herbo *trad.*) coturno par ... ingenium. SIDON. epist. 9, 16, 3 vers. 33 praeter -os ioca multa ... texui. BOETH. mus. 1, 12 p. 199, 16 -um poema legimus ... *non* continuo cursu ut prosam.

2 *sensu metrico* (*legitur inde a* CIC., OV., PLIN. nat.; *cf.* heroicus *p. 2659, 68*): **a** *generalia:* CIC. leg. 2, 68 -is versibus, quos longos appellat Ennius. OV. am. 2, 17, 22 apte iungitur -us cum breviore modo. fast. 2, 126 quid volui demens elegis imponere tantum ponderis? -i (-ici *DB*) res erat ista pedis. PLIN. nat. 7, 205 versum -um Pythio oraculo debemus. STAT. silv. 5, 3, 99 -os (*Domitius*; oroos *M*) gressu truncare tenores (*Dom.*; leones *M*). AMM. 21, 2, 2 imago ... visa *in somnio* ... hos ... versus -os ... edixit (*sim.* 29, 1, 31). PAVL. NOL. carm. 10, 14 *convicia* graviore vindicis -i sunt agitanda sono. interea levior ... praecurret iambus. 21, 104 sit caput -us fundamentumque libelli. PS. PROSP. carm. de prov. 96. **b** *in doctrina, descriptione, definitione* (*exempla selecta. de usu in prosa oratione: infra l. 42 sqq.; de pentametro: infra l. 53; fere i. q. dactylicus sive spondeadeus: l. 42 sqq. 60. 62; distinguuntur genera hexametri: infra l. 55 sqq.; nota commuta, quae constant ex parte quadam hexametri sive componuntur ex pedibus dactylicis spondeisve: infra l. 71 sqq.*): CIC. de orat. 3, 182 sq. *in clausulis Aristoteles* primum ad -um *numerum* nos ... invitat; in quo impune progredi licet duo ... pedes aut paulo plus *eqs.* 'altae sunt geminae quibus' hi tres [-i] pedes in principia continuandorum verborum satis decore cadunt (*sim.*: 3, 191. 193. orat. 192 *Aristoteles* iudicat -um numerum grandiorem, quam desideret soluta oratio [QVINT. inst. 9, 4, 88 -us, qui est idem dactylus, Aristoteli amplior *videtur*]. QVINT. inst. 9, 4, 89 -o aut paeane ... uti licebit). QVINT. inst. 1, 5, 28 iambum ... non recipit versus -us. BASS. gramm. VI 258, 18 *hendecasyllabum* partem habere ex -o, partem ex iambo, cuius exemplum 'castae Pierides meae Camenae'. 260, 19 adeo totus ... *Priapeius* ex -o venit hexametro, ut ... apud Homerum nullo immutato verbo complures inveniantur Priapei. 264, 8 pentametrum -um ... velut hunc 'unde meus veniat mollis in ore liber' (*cf.* 264, 11. 268, 14. *sed v. infra l. 81*). FORTVN. gramm. VI 283, 27 sq. volunt ... -um illo distare a dactylico, quod dactylicus ex dactylo solo sit, -us et ex spondeo (*sim.* [*v. supra l. 38*]: MAR. VICTORIN. gramm. VI 65, 1. 151, 20 *Priapeius* quod genus hexametri adeo abhorret ab -i lege, ut *eqs.* 209, 16 *inter hexametri genera* est hexameter dactylicus tantum, est hexameter dactylicus -us, est hexameter iambicus). MAR. VICTORIN. gramm. VI 149, 18 si duobus -is quattuor pedes coniungas, erit versus hexameter. 167, 17 dimoeron epicon ideo quod duos pedes -os accipiat, dactylum et spondeum. 169, 19 epos -um hexametrum. 210, 14 versus hexameter dactylicus sive -us (er- *A*; eroicus *C*). DIOM. gramm. I 494, 29 versus -us senarius diversis vocabulis appellatur. 516, 17 hexametrum -um plerique ita adcumularunt, ut facerent talem rhythmum, 'et mediis properas Aquilonibus ire per aequora, litus ama'. SERV. gramm. IV 467, 7 reciprocum -um in Sotadicum est, quotiens a fine scansus Sotadicum facit. EXPLAN. in Don. gramm. IV 523, 31 iambicus -us (*opp.* spondiadius) scanditur *sic.* GELL. 18, 15 tit. quod M. Varro in -is versibus observaverit rem nimis .. curiosae observationis. *nota* (*v. supra l. 39*): BASS. gramm. VI 268, 30 *Archilochus* tetrametro -o phallicum metrum iunxit (FORTVN. gramm. VI 300, 14 [*Hor. carm. 1, 7*] primus -us, secundus item -us, sed tetrameter. MAR. VICTORIN. gramm. VI 166, 28. 172, 16. DIOM. gramm. I 506, 28 tetrameter -us ex inferiore parte *hexametri.* 512, 9 ex superiore. 519, 29 arctico). MAR. VICTORIN. gramm. VI 124, 1 -o penthemimeri si phalaecii colon ... iunxeris, prosodiacum metrum efficies. 145, 16 dimetron -on (DIOM. gramm. I 511, 35 -um ex superiore parte hexametri. *al.*). DIOM. gramm. I 506, 24 trimeter -us ex inferiore parte hexametri (516, 23 *al.*). 506, 31 pentameter -us ex inferiore parte. huius exemplum est 'sparsaque luminibus polus indicat astra' (517, 24. *aliter supra l. 53*). 512, 15 heptametrum -um fieri solere ..., ridiculum quibusdam videbitur.

?**B** *i. q. heroicus, magnus, grandis:* PAVL. NOL. carm. 16, 141 quo vasta gigantum robora? quo Pharii reges? ubi magna Hierico? omnibus exitii sua gloria, qua tumuerunt, causa fuit, neque -is (vero suis *trad.*) virtutibus ista, sed magis infirmis divina potentia fregit (*vide ne* 'hērōicis' [*cf. Liddell-Scott s. v.* ἡροικός]).

subst. **hērōum,** -ī *n.,* ἡρῷον. *scribitur* er- *infra l. 22* (*at v. infra l. 24*). *masc. infra l. 22 ex lapidarii errore, ut videtur.*

1 *i. q. sacellum memoriae causa mortuo exstructum:* PLIN. nat. 10, 18 *aquila a virgine educata, illa* defuncta ... in rogum accensum eius iniecisse sese et simul conflagrasse. quam ob causam incolae, quod vocant -um (-oeum *Fau*) in eo loco fecere, appellatum Iovis et virginis. 2 *i. q. sepulchrum, monumentum mortuo positum* (*ad rem v.* heros *II et IV*): CIL V 4057 (= Dessau 8230) secundum mandatum ... Alexandriae, quae cum adviveret testamento suo praecepit, hunc praetoriolum cum hortulo et -o libertis libertabusque posterisque eorum cedi. VI 1479 (= D. 8093) L. Ovinius Curius ... -um coeptum in honorem Claudianae ... perfecit. VI 8511 (= D. 8094) -um maceria cinctum cum superficio insulae comparavit. VI 8513 deustum huius her⟨oi ad nos⟩ pertinentem restit⟨uimus⟩. VI 12405, 10 *maritus et uxor* hoc -um se vivi fec⟨erunt⟩. 32308 (= D. 1921) praetoriolum pertinens ad ⟨her⟩oum. X 563, 5 a solo sumptibus suis se vibi fecerunt et consummaverunt hunc eroum (ir- *leg. Accursius*) sive monomentum. *ibid. l.* 10 item ... fratri meo locum unum sibi concessi -um Decentianum. XIII 1571, 8 -um instituerunt. INSCR. Dessau 9518 Domitia Athenais fratri et Ianuarius cognatus ex collegio -i Corbulonis et Longinae p. (*de re v. Dessau ad l.*).

Kornhardt.

herpēn, *acc.* -ēna *m.,* ἑρπήν (*cf.* herpes). *genus morbi* (*i. q. herpes*): PS. DIOSC. herb. fem. 29 *strychnos* -a quoque, qui se papulis rubris per corpus ostendit, ... sanat (*cf. Diosc. gr. 4, 70, 1* ἕρπητας, *Diosc. lat. 4, 66 p. 38, 5* herpetas). *cf. l. 41. 48. 50. 51 et v. Kaestner, Krit. u. Exeget. zu Ps. Diosc. p. 34.*

***herpēs,** -ētis *m. et* herpēta, -ae *f.,* ἕρπης (*cf.* herpen). *scribitur etiam* erp- (PS. APVL., DIOSC. 4, 51 *al.*), (h)aerp-, arp-, herb-, -pit- (DIOSC. 3, 168 p. 445, 22 *al.; cf. l. 41*), -ped-, -pent-. *litt. gr.:* SCRIB. LARG. 63 zonam, quam Graeci ἕρπητα dicunt (247). *de formis: abl.* -e: *l. 57. a nom.* herpeta: MARCELL. med. 11, 29 -am *PL* ('*quod fortasse servandum erat' Niedermann, Ind. p. 302;* ἕρπητα *Scrib. Larg. 63*). DIOSC. 4, 87 p. 48, 13 *aizoum* -is et igne agro ... adponitur (*gr. 4, 88, 2* ἕρπητας). [*dub.:* GLOSS. III 600, 23 erpinas ('= *derbitas' Goetz*) i. aranea. 600, 30 erpitas (herpetas? *Goetz*): derbitas (*v. vol. V 1, 626, 46*).]

1 *genus morbi* (*syn.* zona: *supra l. 36*; serpusculus: *infra l. 50. 52*; aranea: *infra l. 50. 54*): PLIN. nat. 26, 145 aizoum -as (haerp- *V*, herb- *E*) quoque ac nomas ac putrescentia *cohibet.* 27, 130 *rhecoma bibitur contra* singultus, tormina, -as (d^1T, herb- *VR*, hesperit- *E*, esp- *r*, asperitates d^2*vulg.*) *eqs.* PS. APVL. herb. app. 117 l. 5 (erpenas *γ Vind.*, arpenas *Oribas.*). l. 6. DIOSC. 3, 47 p. 398, 26 (*gr. 3, 45, 4* ἕρπητας). *al.* CASS. FEL. 24 p. 42, 3 ad -as (erpetas *p*, herbenas *g*, hertenas *c*) hoc est serpusculos. 25 p. 42, 5 araneas Graeci a serpendo quod herpin dicunt -as (*em. Simon*, herpenas *g*, herpepēticos *p, om. c*) dicunt, nos vero ... serpusculos nominamus. *ibid.* p. 42, 9 est et aliud genus -is (erpetis *c*, herpentis *gp*), quem Graeci cenchrias vocant ...: quam Latini vulgo araneam verrinam vocant. ORIBAS. eup. 2, 1 A 6 rec. Aa (erpedas *cod. Ab*; aerpetas A 7 rec. La; *gr. 2, 1 A 10* ἕρπητας). 2 *genus animalis:* PLIN. nat. 1, 30, 8—53 p. 102, 7 (*medicinae in animalibus*) -e I. 30, 116 -s (perpes *x*) quoque animal a Graecis vocatur, quo praecipue sanantur quaecumque serpunt (*glossema putat Mayh. dubitans*).

herpēsticus, -a, -um, ἑρπηστικός (*cf.* -στικός). LVCIL. 53 (*transl., ut vid.*) serpere uti gangrena malo (-li *Deubner*, -la *Dousa, Terzaghi*) atque[m] -a posset. '*id est quae serpit* νόσος' *Marx, i. 'herpes' (probat Terzaghi, Lucilio 1934, 279, 2), sed fort. seq. subst. (v. Cichorius, Unters. 229, 2). de toto loco v. s.* gangraena *p. 1691, 63.*

herpēta *v.* herpes.

herpeton *n.,* ἑρπετόν. SCHOL. Ter. Bemb. Ad. 715 ⟨r⟩eptare ... Graece di⟨citur⟩ σέρπειν (*sic*), unde erpeton serpens ⟨dici⟩tur.

herpex *v.* hirpex.

DIOSC. 3, 40 p. 395, 11 quod Graeci **herpī** dicant ambulat ([*gr. 3, 38, 1* ἀπὸ τοῦ ἕρπειν]. *cf.* CASS. FEL. 25 p. 42, 5 a serpendo quod herpīn [*c*, -en *g, om. p*; erpem *Simon*] dicunt *Graeci*).

GARG. MART. cur. boum 14 (*verba magica ad glandulas iumentorum sanandas*) utriculum cossia **herpiosum** arbor fuit manu humana haec ipsa concisa est *eqs. vox obscura; vocab. q. e.* herbosus *latere putat Schuch, Curae boum ex corpore Garg. Mart. 1856, 10.*

herpit- *v.* herpes.

herpyllus (-os), -ī *m. et f.,* ἕρπυλλος *et* **-um** (-on), -ī *n.,* ἕρπυλλον (*om. Liddell-Scott, sed v. e. g. p. 2667, 20. 25*) *et* **-ion** *n.,* ἑρπύλλιον (*cf.* serp-). *de scriptura:* erp-: *e. g.* PS. APVL. (*v. p. 2667, 14*, ORIBAS., GLOSS. -pyll-: *e. g.* CAEL. AVR. -pull-: PS. DIOSC. herb. fem. 7. -pill-: *e. g.* PS. APVL. herb., DIOSC., ORIBAS., GLOSS. -pil- (*cf. Hippiatr. I p. 241, 27* ἑρπύλον): DIOSC. 1, 28 p. 69, 20. *var. l.:* SERV., CASS. FEL., ORIBAS. *de formis* (*de* DIOSC. *et* GLOSS. *cf. infra*): -us: PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 50 GLOSS. *cf. et*

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

l. 2. -os: ? PS. APVL. (*v. l. 21*). PS. DIOSC. herb. fem. 7 ISID. orig. 17, 9, 51 (-us *var. l.*). -um: GLOSS. *cf. et infra l. 20.* -on: PS. APVL. (*infra l. 14; cf. infra l. 21*). ? CASS. FEL. (*infra l. 33*). -ion: ORIBAS. *cf. et infra l. 33.* *nom. ambiguo: acc.* -on (*infra l. 11. 33?*), -um (*infra l. 23. 31. 32*), *abl.* -o (*infra l. 8. 11. 27. 30. 32*), *gen.* -i (*infra l. 24*). *de genere vocis q. e.* -us (-os): *fem.*: PS. DIOSC. herb. fem. 7 ISID. orig. 17, 9, 51. *masc. vel fem.*: DIOSC. 3, 40.

nomen herbae, i. q. serpyllum (*describitur*: DIOSC. 3, 40 de -o et PS. DIOSC. herb. fem. 7 [*gr. 3, 38, 1* ἕρπυλλος]; *de re v. Olck, RE VII 790. 802 et cf.* serp-): SERV. ecl. 2, 11 serpyllus herba est, quam Graeci -on (*de scriptura v. app. crit.*) dicunt (*ibid.* est pro -o 'serpyllum' [*inde* ISID. orig. 3, 3, 3]. *cf.* PS. APVL. *l. 14.* PS. DIOSC. herb. fem. 7. ISID. orig. 17, 9, 51 eadem et matris animula [*cf. l. 25*]). PS. APVL. herb. 100 l. 12 (*herba serpullum*) a Graecis dicitur erpillon (serpillon, serpullum *varr. ll.*; *Ps. Diosc. Vind. 3, 38* ἕρπυλλος), alii **zigis** (*i.* ζυγίς. *cf.* DIOSC. 3, 40 -u [*eadem forma ibid. bis*] aut zois, qui dicitur. *ibid.* est et agrestis -is [*sic*], quem zigium vocant), . . . alii **cicer erraticum** (*cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 E 8 rec. Aa ⌊epillion. erpillion⌋, quem Romei c. e. bocant [⌊ ⌋ erpilion *cod. Ab*; E 15 rec. La erpillion. erpillum; *gr. E 19* ἕρπυλλον]). herb. interp. 106 l. 7 (*herba sisimbrium*) alii -on megan (mega *duo codd.*; *cf. Diosc. gr. 3, 41* οἱ δὲ ἕρπυλλον ἄγρι⟨ον μέγ⟩αν [*v. app. crit.*] καλοῦσιν, *Ps. Diosc. Vind. ε̃.* μέγαν, DIOSC. 3, 43 quae -um vocant maiore agreste). DIOSC. 1, 28 p. 69, 20 *helenium habet virgas* -i similes (*gr. 1, 29* ὥσπερ τὸ ἕρπυλλον). GLOSS. III 538, 61 -o id est **matris animula** (561, 3 -um i. animola. *cf. supra l. 13*). 562, 65 eredentin (ἐρέβινθον ? *Goetz*) i. -us. *de usu*: PS. THEOD. PRISC. simpl. med. 50 [de -o.] -us in tantum calidae virtutis est, ut et menstrua et urinam provocet (*Galen. XI p. 877 K.* ἕρπυλλος). CAEL. AVR. chron. 1, 1, 45 fomenta probaverunt ex oleo rosaceo (*eqs.*) . . . et -o (*cf. 2, 1, 59* cum -o). 3, 5, 75 qui . . . -um dari probaverunt. CASS. FEL. 1 p. 4, 16 quod *oleum* recipit -um (erpillum *gp* [serp- $g^c p^c$], et pilum *c*). 33 p. 69, 19 -o (-a *p*, *om. c*). 62 p. 155, 10 hederae folia (*eqs.*) . . ., -on (heripilion *c* ['*id est* erpillon' *Rose p. 238*], serpillō *p*, *deest g*; *antea p. 155, 6* serpillum), herbam papaveris hortini (*eqs.*) . . . dormire faciunt freneticos.

hērūca *v.* eruca. **herūdo, herūgo** *v.* hirudo.
hērūicus *v.* heroicus. **hervilia** *v.* erv-. **herus** *v.* erus.
hervum, hervus *v.* ervum.

? GLOSS. III 606, 22 (*inter morbos*) templas i. **hesnas.** ⟨en⟩terocelas (*nisi* [t]empias *i.* ἐμπύας) i. hern⟨i⟩as ? *Heraeus.*

hespegeton *v.* hypogeson. *Ehlers.*

DIFF. ed. Beck p. 88, 5 vespera a Graecis accepit nomen, quod illi **hesperan** (asperan *trad.*) appellant (ἑσπέραν).

hesperis *f.*, ἑσπερίς. *nomen herbae* (*cf. Theophr. caus. plant. 6, 17, 3*): PLIN. nat. 21, 39 -s noctu magis olet, inde nomine invento.

hesperus (*sim.*) *v. Onom.* *H. H.*

***hesternus, -a, -um** (*de productione v. infra*). [*ab* heri, *cf. got.* gistra-dagis 'αὔριον' (*theod.* gestern), *gr.* χθεσινός, *sanscr.* hyastanah 'hesternus'. *J. B. H.*] *de origine*: PRISC. gramm. II 81, 3 'heri' alternitatis causa '-us' *habet.* *de scriptura*: **hestiernus** (*sec.* hodiernus, *v. Rönsch, Coll. phil. 112*): ITALA act. 7, 28 (cod. g). *inferiore aetate scrib.* **externus** (ISID. diff. app. 81 multi imperitorum 'externa dies' dicunt, quod non admittitur; *nota originationem l. 61*): *e. g.* ITALA cod. d (act.), ACT. Petr., GLOSS., *passim var. l.* *grammatici differentiam statuunt*: EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 26 'hodie heri -o': dicimus sine aspiratione 'externus' 'extraneus'. GRAMM. suppl. 293, 4 'externus' 'extremus' per e et x. '-us' dies praeteritus per h et e. ISID. orig. 5, 30, 20 '-um' (ext- *codd.*, '*et Isid.*' *Linds.*) est pridie; et dictum '-um' ab eo quod iam dies ipse sit a nobis extraneus et praetereundo alienus. diff. 1, 178 inter 'externum' et '-um': '-um' dicimus pridianum, 'externum' autem extraneum, hoc est alienum (*cf.* diff. app. 81). *de productione*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 15, 15 '-um' producte dici debet: nemo enim est, qui latine modo sciat loqui, qui aliter quam producta syllaba '-um' dixerit. *dubium est, utrum* hēst- (*Buecheler, Kl. Schr. II 479 sq.*; *resp.* crāstinus, *opp.* ĕxternus, *quod monent Niedermann, Heraeus*) *an* hestĕrn- (*Stolz-Leumann*⁵ *147*) *intellegendum sit.* *de notione*: GLOSS.ᴸ II Philox. HE 11 -us χθεσινός. Abav. EX 118 externi: pridiani vel extranei (= V Aa E 1040). V Aa E 1039 externus: praeteritus seu [rex] extraneus. *legitur inde a* PLAVT., TER., CIC. [*confund. c.* externus (*v. supra*), extremus. *e coni. probab.*: ANTH. 370, 2 *pica* docto (*Burm.*, -tas *cod.*) -um (*C. F. W. Müller in notis margini lexici sui adscriptis, i.* '*quod heri didicit*'; ternum [*vel potius* sternum *adsumpta antecedente* s] *cod.*, externum *Riese*) perstrepit ore melos.]

i. q. **χθιζός:** *usurpatur tam de tempore loquenti proximo i. q.* '*heri factus*' *sim.* (*in or. indir.*: LIV. 1, 51, 3. 4. 3, 48, 1 *al.* APVL. flor. 16 p. 66 IVST. 1, 6, 6) *quam de tempore factis proximo i. q.* '*pridie factus*' *sim.*, '*pristinus*' (*inde a* TER. *v. p. 2669, 3*; *ap. scriptores inde a* LIV. 1, 51, 7 *v. Weissenb.-Müller ad l.*).

I *sensu strictiore: spectat ad diem proxime praeterlapsum*: **A** *generatim: significat ea, quae heri fuerunt vel facta sunt*: **1** *de temporibus*: **a** -us **dies** (lux: *infra l. 27*): PLAVT. Pseud. 731 neque Athenas advenit umquam **ante** -um diem *Simia* (ITALA exod. 4, 10 [Lugd.; *cf.* Aug. loc. hept. 2, 20 quaest. hept. 2, 7] non sum dignus ante -am vel nudustertiam diem *i.* '*prius*' [πρὸ τῆς χθὲς οὐδὲ πρὸ τῆς τρίτης ἡμέρας, *Vulg.* ab heri et nudiustertius. *sim.* Lugd.: 21, 29 deut. 19, 4. 6 (*Vulg.* prius)]). CIC. Phil. 8, 20 quam -us dies nobis . . . turpis inluxit. de orat. 3, 81 disputatione -i et hodierni diei. LIV. 44, 39, 8 dilatae pugnae ex -o die in hodiernum. SEN. epist. 65, 1. ITALA (Psalt. Cas. *al.*) *et* VVLG. psalm. 89, 4 (ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθές). AMBR. epist. 22, 15. AVG. in epist. Ioh. 2, 5 non ponunt illum (*sc. sempiternum*) diem in medio -us et crastinus: -o enim die finito incipiens hodiernus venturo crastino finietur (*cf.* serm. coll. Morin 1930 p. 338, 14 *al.*). serm. 188, 2, 2 *dies hodiernus* cras fit -us (*cf.* serm. coll. Morin 1930 p. 551, 18 [ext- *cod.*]). *al.* -o (-a) **die** (d. -o [-a]: SIDON. epist. 5, 20, 1 GREG. TVR. dorm. 7 p. 766, 9 K.-L.) *i. q.* **heri** (NOT. Tir. 44, 83. GLOSS. ἐχθές. τῇ χθὲς ἡμέρᾳ): CIC. Quinct. 33 Catil. 2, 6 *al.* Balb. 2 *al.* har. resp. 1 *al.* Planc. 37 Phil. 1, 11 *al.* or. frg. A IX 6 Sch. de orat. 2, 15 *al.* nat. deor. 2, 73 CATVLL. 50, 1 LIV. 1, 51, 4. 7, 35, 5. 25, 38, 9 *al.* PETRON. 131, 2. 139, 3 APVL. apol. 59 met. 3, 16. 9, 21 INTERLOC. praef. vig. (CIL VI 266) 8. ITALA exod. 2, 14 (Lugd.; χθές, *Vulg.* heri; = act. 7, 28 [cod. d (ext-) g]). 5, 7 (Lugd.) -a et nudustertiana d. (χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν, *Vulg.* prius. *cf.* deut. 4, 42 [Lugd.; πρὸ τῆς χθὲς καὶ τῆς τρίτης, *Vulg.* ante unum et alterum diem]). act. 16, 35 (cod. d [ext-]; *gr.* ἐχθές, *om. plur. codd. gr. et Vulg.*). *et ap.* CHALC., AVG., PS. AVG. serm. ed. Mai, SVLP. SEV. (epist. 1, 1), CONC.ˢ, EVSTATH., SIDON., BOETH., ACT. Petr. (ext- *cod.*). *cf.* -a **luce**: PRIAP. 12, 8 (nocte *coni. Buecheler*). OV. am. 2, 2, 3 MART. 1, 68, 5. 4, 15, 1 (ext- *var. l.*). **b** -a **nox** (lucernae: *l. 31*) *i. q.* *nox modo praeterlapsa* (*nos* '*die heutige*'): OV. epist. 18, 193 -ae confundor imagine noctis. *cf.* PROP. 3, 8, 1 dulcis ad -as (ext- *DV*, hext- *L*) fuerat mihi rixa lucernas. -a **nocte** (n. -a: *l. 35*; noctu: *l. 37*): TIB. 2, 1, 12 discedat ab aris, cui tulit -a (ext- *y dett.*) gaudia n. Venus. 3, 4, 2 (ext- *vel* extrema *dett.*). SVLPICIA Tib. 3, 18, 5. PROP. 2, 29, 1 (*v. Rothstein I 491 sq.*; extrema *Heins.*, *quod probat Enk 170*). OV. epist. 18, 72 n. . . . -a. MART. 1, 27, 1 -a tibi n. dixeramus . . ., cenares hodie . . . mecum. GELL. 8, 1 tit. '-a (ext- *vel* estrema *recc.*) noctu' rectene an cum vitio dicatur (*sc. pro* '*-a nocte*').

2 *de variis rebus* (*n. pl. pro subst.: infra l. 63*): CIC. Mur. 81 -a **contione** (Mil. 3. 71). Phil. 1, 11 querar de -a M. Antoni **iniuria** (PETRON. 131, 10). or. frg. A VI 1 Sch. -a ex potatione oscitantes (*cf.* Tusc. 5, 91 **cenula** [*inde* VAL. MAX. 4, 3 ext. 3 cena. *cf.* MART. 2, 72, 1 cena. *aliter p. 2669, 7. 22*]. HOR. sat. 2, 2, 78 corpus onustum -is vitiis [*sc. edendi*]. LIV. 40, 14, 2 convivium. STAT. Theb. 2, 161 mensas [silv. 4, 6, 16]. silv. 2, 4, 4 -as [*Itali*, ext- *codd.*, extremas *Markland*] . . . dapes [*cf. p. 2669, 23*]. CHALC. transl. p. 17ᴬ epuli [*gr.* χθές]). de orat. 2, 40 -o **sermone** (rep. 3, 24 ac. 2, 10 *al.* PLIN. epist. 3, 16, 2). Tusc. 2, 10 -a **disputatione** (2, 66 *al.* CHALC. transl. p. 17ᶜ [*gr.* χθές] *al.*). LIV. 1, 28, 4 -um (ext- *var. l.*) . . . proelium (*cf.* 10, 35, 11 pugna [*in enallage*: 2, 51, 7 -a felicitate pugnae]. HOMER. 637 -ae [et- *MN*] . . . caedis. CORIPP. Ioh. 7, 86 Marte). 1, 51, 3. 1, 51, 7 **oratio** (CHALC. transl. p. 19ᴬ [*gr.* χθές]). 3, 48, 1 (*v. app. crit.*). 25, 38, 20. 27, 13, 12 ne prius -ae fugae quam hodiernae victoriae fama Romam perveniat. 27, 14, 2 Poenis ad obtinendum -um decus adnitentibus. 44, 38, 4. VAL. FL. 3, 288 neque -os agnovit in hospite vultus (*Iason in Cyzico*). APVL. flor. 16 p. 66 imbrem. met. 2, 15. IVST. 1, 6, 6 -i (ext- *var. l.*) laboris an praesentium epularum (*infra*: -o . . . labori . . . hodiernis epulis). AVG. serm. 239, 2, 2 **lectione** (246, 4). CONC.ˢ IV 2 p. 171, 29. DRAC. laud. dei 1, 424 revocata fovent -a (ext- *var. l.*) in gaudia mentes. BOETH. trin. 4, 58 in Porph. comm. pr. 2, 1 p. 85, 2 *al.* *singulariter* **cras** -um *i. q.* '*dies heri crastinus dictus*': PERS. 5, 68 cum lux altera venit, iam c. -um (ext- *P*) consumpsimus. *subst.* **hesterna, -ōrum** *i. q.* **heri facta** (*cf. p. 2669, 67*): QVINT. inst. 11, 2, 6 non haec varietas mira est, excidere proxima, vetera inhaerere? -orum immemores acta pueritiae recordari? AVG. conf. 1, 6, 10 p. 8, 5 Sk. (*de deo*) omnia crastina atque ultra, omniaque -a (ext- *var. l.*) et retro hodie facies, hodie fecisti.

3 *transfertur ad homines, qui heri aliquid egerunt*: APVL. met. 2, 26 uxor . . . cum -is (ext- *cod.*, *corr. in marg. al. manu*) testibus introrumpit (*i.* '*cum iis, qui heri testes fuerunt*'; *cf. 24*). AMM. 14, 6, 13 hortatore illo -o.

B *speciatim de iis, quae quomodocumque sub specie -i diei spectantur*: **1** *in univ. i. q. heri adhibitus, expertus*: VERG. Aen. 8, 543 Herculeis sopitas ignibus aras excitat, -umque (ext- *MR Serv. var. l.*) larem parvosque penates . . . adit *Aeneas* (*Serv.*: cui pridie sacrificaverat. *cf.* OV. met. 8, 642 ignes suscitat -os *Baucis* [*i.* '*qui heri arserunt*']. fast. 5, 506 ignis in -o [ext- *vel* extremo *recc.*; '*heri ad ignem in foco apposito*' *Forcellini s. v.*] stipite parvus erat). *i. q.* '*qui usque ad -um diem* (*vel* '*noch gestern*') *adhiberi potuit*': CATVLL. 64, 377 non illam (*novam nuptam*) nutrix orienti luce revisens -o collum poterit circumdare filo (*de re v. edd. ad l. et Wilamowitz, Hell. Dicht. II 302, 3*).

2 *accedunt notiones secundariae*: **a** *i. q. ex -o die servatus, relictus; fere c. notione antiquitatis* ('*noch von*

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

yestern'): α *sine negatione*: (I) *de cibo integro reservato*: PLAVT. Persa 77 (*loq. parasitus*) nunc huc intro ibo, visam -as reliquias. TER. Eun. 939 quo pacto ex iure (*cf. l. 14*) -o panem atrum vorent *meretrices* (*cf. Don.*: ex antiquitate mucidum). HOR. sat. 2, 6, 105 ubi ... multa ... de magna superessent fercula cena, quae procul exstructis inerant -a canistris. CELS. 1, 3, 24 pane -o. IVV. 9, 44 -ae occurrere cenae. 14, 129 -um solitus ... servare minutal *avarus*. *inde fere i. q. immundus, profanus* (*sec. legem Iudaicam monentem, ne quid -i cibi relinquatur, v. exod. 12, 10*): ITALA Ezech. 4, 14 (Rufin. Orig. in lev. 5, 8 p. 348, 20) neque caro -a introivit in os meum (ἕωλον, *Vulg.* immunda, *hebr.* פִּגּוּל. *quid sit* caro -a, *Rufinus l. c. fusius explicat, nota* p. 348, 25 -is, id est veteribus, carnibus. *cf. infra l. 67*). HIER. in Is. 65, 4/5 p. 633^A (*ad Vulg. Is. 65, 4* ius profanum) ius -um, quod Graeci vocant ἕωλον, avidis faucibus devorabant *Israelitae*. (II) *de cibo heri consumpto, quem stomachus non concoxit* (*acc. neutr. pro adv.*: *infra l. 30*): VERG. ecl. 6, 15 *Silenum* inflatum -o venas ... Iaccho (NEMES. ecl. 3, 62 [ext- *G*]. *cf.* PAVL. FEST. p. 75 -o [*dett.*, ext- *codd.*] vino languentem, quod ἕωλον vocitant Graeci [MART. 1, 87, 1 SCHOL. Pers. 3 praef. PAVL. NOL. epist. 22, 2 p. 156, 6 nec -o inflati vino, sed hodierno abstemii]. MART. 1, 28, 1 mero [IVST. 24, 8, 1]). COLVM. 8, 5, 17 ne quid -i (*cibi*) habeant in gutture *pulli*. PLIN. paneg. 63, 3 -a ... cena redundantes (*cf.* SIDON. epist. 3, 13, 6 esculenta ructatio de dapibus -is. *an ad p. 2668, 41 sqq.?*). *transl. de crapula*: SEN. dial. 10, 14, 4 -a (*dett.*, *vulg.*, ext- *A*) crapula semisomnes (epist. 122, 2 oculos -a graves crapula. *in imag.*: AVG. vera relig. 3, 5 quid adhuc oscitamus crapulam -am [*i.* '*errorem veterem*'] et in mortuis pecudibus divina eloquia perscrutamur *eqs.*?). *inde audacius usurpatur acc. n.* hesternum *pro adv.*: PERS. 3, 59 stertis adhuc laxumque caput ... oscitat -um dissutis undique mālis? ('*oscitat propter -am crapulam*' *Némethy coll.* AVG. *l. 27*). (III) *de floribus*: PROP. 2, 34, 59 me iuvet -is (ext- *NF*², et- *LF*, aeternum *DV*) positum languere corollis (*cf.* MART. 9, 61, 17 -is ... coronis). OV. am. 3, 7, 66 *membra* -a languidiora rosa. (IV) *de crinibus incultis*: PROP. 1, 15, 5 potes -os (est- *V*¹, ext- *DF*) manibus componere crines. OV. ars 3, 154 (*praedicative*) neglecta decet multas coma: saepe, iacere -am credas, illa repexa modost.

β *c. negat. i. q.* '*novus*': MART. 2, 29, 7 (*describ. homo elegans*) non -a sedet lunatā lingula plantā, coccina non laesum pingit aluta pedem.

b *c. notione novitatis i. q.* '*ex -o demum die existens*' (*cf. infra l. 52 sqq.*): PERS. 3, 106 illum (*mortuum*) -i (ext- *var. l.*) capite induto (*i.* '*pilleati*') subiere Quirites (*Schol.*: a defuncto pridie manumissi, id est liberti et cives Romani facti).

II *sensu latiore*: *spectat ad tempus nuper praeterlapsum*: A *de temporibus* (*de anno proximo*: *l. 51*): AVG. civ. 7, 26 p. 307, 11 D. de mollibus ... Matri Magnae ... consecratis, qui usque in -um diem ... per plateas vicosque Karthaginis etiam a propolis unde turpiter viverent exigebant, nihil Varro dicere voluit. VIRG. gramm. epit. 14 p. 82, 22 memini esse me ... -o (hist- *cod.*) rogatum anno (epist. 7 p. 175, 11 [est- *cod.*]).

B *de variis*: 1 *i. q. novus, recens*: a *de re*: TERT. nat. 1, 14 p. 84, 19 in tota civitate Onocoetes praedicatur. sed et hoc tam⟨etsi⟩ -um et auctoritate temporis destitutum ... libenter excipiam studio retorquendi (*cf. p. 84, 11* nuper *et v. apol. 16, 12*).

b *de hominibus* (*cf. supra l. 42*): TERT. apol. 37, 4 *Christiani* -i (ext- *var. l.*) sumus, et orbem iam ... implevimus *eqs.* (VVLG. Iob 8, 9 interroga ... generationem pristinam et ... investiga patrum memoriam: -i [תְמוֹל] quippe sumus et ignoramus). adv. Prax. 2 p. 229, 16 hanc regulam ab initio evangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean -um, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum quam ipsa novellitas Praxeae -i. AVG. c. Cresc. 3, 46, 50 p. 457, 23 -o contra stante tirone *Possidio* (*opp.* doctissima annositas *Crispini*). 2 *in allegoria i. q. vetus* (*cf. imaginem supra l. 27*): RVFIN. Orig. in lev. 5, 8 p. 349, 2 (*de* '*carne -a*', *v. supra l. 10*) commonentur *sacerdotes*, ut, cum proferre ad populum sermonem coeperint, non '-a' (*n. pl. pro subst.*, *cf. p. 2668, 63*) proferant, non vetera ... proloquantur, sed ... nova semper proferant *eqs.*

subst. **hesterna,** -ae *f.* (*sc.* '*dies*'). ITALA exod. 21, 29 (Aug. loc. hept. 2, 103) ante -am (ext- *LS*) et nudiustertianam (πρὸ τῆς χθὲς καὶ πρὸ τῆς τρίτης, *Vulg.* ab heri et nudiustertius. *cf. l. 84. p. 2668, 3*). hesternā *adverbialiter i. q.* '*heri*': PS. ORIG. in Iob 2 p. 512^B (*omnium dierum vitae ratio exigetur*) hoc ... ignorant plerique insipientium ..., qui admonentur festinare ad templum dei ... et ... excusationes inveniunt dicentes: -a manducavi, crastina manducem. CONC.^{S} IV 2 p. 171, 32 confessi estis -a ... haereticum esse Eutychen *eqs.*

subst. **hesternum,** -ī *n.* NOT. Tir. 44, 82 -um. GLOSS. (ἐ)χθεσινόν -um. ἀπὸ χθὲς ex -o. *cf. p. 2667, 60. 65.* *i. q. -us dies*: SEN. epist. 24, 20 usque ad -um (aest- *L*, st- *P*), quicquid transīt temporis, perit; hunc ipsum, quem agimus, diem cum morte dividimus. 83, 8 superest ex -o mihi cogitatio (*cf. supra l. 80*). CIL IV 5180 (*graphio scriptum*) in -um. AMBR. epist. 5, 2 qui ante -um et nudiustertius non fuerint inimici (*cf. p. 2668, 3 sqq. 2669, 71*). BOETH. cons. 5, 6, 5 W. nihil ... est in tempore constitutum, quod totum vitae suae spatium pariter possit amplecti, sed crastinum quidem nondum apprehendit, -um vero iam perdidit. '*nonnumquam -us, -ī m.* (*sc.* '*dies*') *subesse potest*' *Löfstedt* (*in plag.*).

adv. **hesternō.** EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 26 (*v. p. 2667, 58*). GLOSS.^{L} I Ansil. ES 54 -o pridie, id est ante unum diem. [*falso trad.*: CIC. Vatin. 3 (die *suppl. edd. vett.*).]

i. q. heri: SISENNA Miles. frg. 2 (Roman. Char. gramm. p. 260, 22 B. '-o') te istuc (istic *Keil*) -o quaesisse (*Buech.*, -oq. hesisse *cod.*; -o quoque haesisse *Putschen*, -o quid h. *Keil*) oportuerat. AVSON. 74, 1 p. 342 P. Alcon -o (ext- *var. l.*) signum Iovis attigit (*opp.* hodie. *cf. Anth. Pal. XI 113, 1* ἐχθές). AMBR. epist. 22, 15 -o tractavi versiculum 'dies *eqs.*' (*opp.* hodie). PS. AMBR. sacr. 2, 1, 1. 5, 1, 1. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 80, 1 ea quae placebant hodie in aliquo, crastino ... displicebunt, et qui laudabatur -o (ext- *R*, est- *V*), culpabitur hodie. 4, 14, 3. Orig. in lev. 5, 8 p. 349, 4 (-a *E*, *om. AG*; *opp.* hodie). AVG. in euang. Ioh. 35, 9 serm. 4, 28, 30 PS. AVG. serm. ed. Mai 152, 2 SVLP. SEV. dial. 3, 1, 1 (-um *var. l.*). 3, 1, 5. 3, 2, 1. 3, 5, 2 (ext- *V*). 3, 5, 3. 3, 17, 3 MAX. TAVR. serm. 36 p. 605^B (*bis*). BOETH. herm. sec. 3, 9 p. 190, 14 CASSIOD. hist. 9, 14 p. 1130^C. GREG. TVR. dorm. 8 p. 766, 20 K.-L. (-a, -a die *varr. ll.*). LAVRENT. Chan. p. 117^D (*ter*). *Ehlers.*

hestiātēris, *acc.* -ida, *abl.* -ide *f.*, *ἑστιατηρίς. hestiātoris (*ἑστιατορίς) *malunt post alios Liddell-Scott s. v.* *nomen herbae*: PLIN. nat. 1, 24, 102 -e (hesteriat-, hestitat-, besitiat- *codd.*) sive protomedia. 24, 165 -a (hestitat-, haestitat-, hesiti *codd.*) a convictu nominari in Perside, quoniam hilarentur illa, eandem protomediam, qua primatum apud reges obtineant.

hestiātoris *v.* hestiateris. **hestiernus** *v.* hesternus.

hēta *v.* eta. **hetaera** *v. Onom.*

hetaeria, -ae *f.*, ἑταιρία. *i. q. sodalicium, factio* (*ad rem v. e. gr. Liebenam, Zur Gesch. ... des röm. Vereinswesens 38 sq.*): TRAIAN. Plin. epist. 10, 34 (43), 1 (*antea* factionibus) quodcumque nomen ex quacumque causa dederimus iis, qui in idem contracti fuerint *-aeque brevi fient (f. -ae quae breves f. *Bodl., Ald.*; f., -ae eaeque brevi f. *temptavit Schuster*; f., -ae utique brevi f. *Brakman, Mnem. 53, 1925, 99*; *de coniect. priorum v. Merrill ad l., Liebenam l. c. 38 adn. 2*). PLIN. epist. 10, 96 (97), 7 edictum meum, quo secundum mandata tua -as esse vetueram.

NEP. Eum. 1, 6 praefuit ... alterae equitum alae, quae **hetaericē** appellabatur (*i.* ἑταιρική [*sc.* ἵππος]).

hetaerus, -ī *m.*, ἑταῖρος. *scrib.* eter- (INSCR.). [*e coni. dub.*: TERT. adv. Val. 8 p. 186, 20 (*v. s.* sterceia).]

i. q. sodalis: INSCR. christ. Diehl 4928 (*inter tit. Iud.*) Esidorus eterus. en irene quimesis (*i.* κοίμησις) su. *cum* κολληγα *ibid. 4929 confert Diehl* (*v. etiam Vogelstein-Rieger, Gesch. d. Juden in Rom I 47*); *de re non satis constat.*

heteroclitos, -on, ἑτερόκλιτος. *litt. gr.*: *infra l. 58. vol. V 1, 1571, 77.* *nonnisi sg.* -on, *pl.* -a.

t. t. gramm. ('*quod diversa ratione declinatur*'. *vertitur latine per* diversiclinis: PRISC. *vol. V l. c.* GLOSS. V 597, 35 diversiclinia: -a): CHAR. gramm. p. 40, 17 B. sunt quaedam nomina singulariter tantum monoptota quae pluralibus casibus naturalem declinationem admittunt et appellantur -a, velut 'gelu' *eqs.* SERV. Aen. 12, 519 (*seq.* alterius declinationis). PRISC. gramm. II 229, 6 'hoc iter iteris' et 'hoc itiner itineris' ...: quae sunt nunc -a. II 357, 11. FRG. Bob. gramm. V 559, 30 'Iuppiter' cum sit ἑτερόκλιτον.

[heterocopia *v.* hater-.]

heterocrānia, -ae *f.* (PLIN., CASS. FEL.), ἑτεροκρανία *et* **heterocrānium,** -ī *n.* (MARCELL.), ἑτεροκράνιον (*an per retrogradam q. v. derivationem ab* heterocrania *formatum* [*v. Brender, Rückläuf. Ableit. 74*]?). *scribitur*: et-: MARCELL., CASS. FEL. (eth- *codd.*). -ogr-: PLIN. *codd. RV.* MARCELL. *codd. L* (*praeter 2, 19*) *et P.* NOT. Tir. -ea: PLIN. *cod. d.* NOT. Tir. 111, 81.

1 *i. q. dolor quo altera pars capitis afficitur* (*plur. praeter infra l. 71. appos.* hemicranium [*cf. infra l. 72*]: *infra l. 69*): PLIN. nat. 31, 99 ad -as ... *sal* cum sebo vitulino. MARCELL. med. 2, 14 -a sive hemicrania discutit haec compositio (2, 20). 2, 19 herba ... -a ... sedat. CASS. FEL. 1 p. 5, 8 dispari temporum dolori, nam Graeci -am vocant (*cf. 1 p. 2, 3*). 2 *i. q. altera pars capitis* (*nonnisi sing. appos.* hemicranium [*cf. supra l. 67*]: *infra l. 73*): MARCELL. med. 2 tit. ad omnes dolores hemicranii ⟨et⟩ -ii (2, 6). 2, 18 -ii molestias.

heterodoxos, -on, ἑτερόδοξος. *alienus a fide orthodoxa*: CONC.^{S} I 5 p. 163, 27 *veritate* inluminati manifestam eius fidem -on (etrod- *trad.*) faciamus (*gr. I 1, 6 p. 142, 17* ἑτερόδοξον ... πίστιν).

heteromēcēs, -es, ἑτερομήκης. *litt. gr.*: *v. infra l. 82 et 84.* *t. t. geom. et math.* (*plur.*: BOETH.; *neutr. sg. pro subst.*: PS. CENS., MART. CAP. [*gr.*]): *de figura*: PS. CENS. frg. 7, 3 -es (et- *codd.*) quod angulos ⟨rectos⟩ nec latera paria habet (*sim.* MART. CAP. 7, 712 ἑτερόμηκες [-κης *edd.*]). *transfertur ad numeros*: BOETH. arithm. 2, 31 p. 124, 15 distribuendum est, qui sint hi *numeri*, quos promeces vocant, id est anteriore parte longiores, vel qui, quos ἑτερομήκεις

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(eteromhici *a*), id est parte altera longiores. est ... parte altera longior numerus, quicumque unitate tantum lateri crescit adiecta (2 × 3, 3 × 4) eqs. anteriore ... parte longior est, qui sub duobus numeris huiusmodi continetur, quorum latera non possidet unitatis differentia (3 × 5, 3 × 6) eqs. (*sim.*: 2, 26 p. 115, 8. *cf. etiam explicat. vocabuli q. e. 'numerus p. a. l.': 2, 27*).

heteromerēs, -es, ἑτερομερής. *t. t. rhet. (litt. gr.): v. infra l. 14. metr.*: FORTVN. gramm. VI 290, 14 (*de ionico a minore*) tetrametrum ionicum a minore anaclomenon, quod -es Sapphicum nominatur.

heteromeria, -ae *f.*, ἑτερομέρεια. *t. t. rhet.*: AVG. rhet. 16 p. 147, 1 tertium est asystati genus, quod Graeci καθ' ἑτερομερίαν (*sic litt. gr.*: FORTVN. rhet. 1, 2 p. 83, 4 monomeres quid aliud appellatur: ἑτερομερής et κ. ἑ. IVL. VICT. rhet. 2 p. 375, 3) appellant, id est, cum reo nulla defensio est et aut color in facto non invenitur aut parum probabilis color invenitur eqs. si evidenter confessa causa est, ut oportet, secundum -an explodemus.

[**heteromorphia** *graece ed.* ISID. orig. 11, 3, 9. *v. Liddell-Scott s. v.*]

heteronyma (*cf. antea gr.* ἑτερώνυμα) a multis aeque (*opp.* polyonyma) nominibus res singulas tenent. verum in his habet rationem diversitas nominum, velut est 'homo', 'terrenus', 'mortalis' PS. AVG. categ. 2.

heteroplocus, -a, -um, *ἑτερόπλοκος. *t. t. metr.*: DIOM. gramm. I 481, 13 pedes -i pentesyllabi sunt ... triginta et duo hi: ... pariambus ... antispastus eqs. (475, 8). *opp.* simplices: dibrachys, dactylus eqs.; duplices sive combinati: dispondius eqs.

heteropūs, *pl.* -podes, ἑτερόπους. CHIRON 753 qui alterna genua (*sc. bonum et debile*) habent, qui appellantur Graece heterosceles (ether- *trad.*), item qui alternos pedes habent, qui appellantur Graece -es ([et hepodus *trad.*]. 741 tit. de -es [etheros *trad.*]). *cf. Hippiatr. gr. I p. 77, 15* ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἑτεροσκελὴς καὶ ὁ ἑτερόπους σκάζει.

heteroscelēs *adi.*, ἑτεροσκελής. *v. s.* heteropus.

heteroscius, -a, -um, ἑτερόσκιος. EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 930[B] qui -i ([et- *cod.*]. *gr. p. 136[C]* ἑτεροσκίοις) nominamur, id est alias umbras habentes, et partes habitamus arctoas (*de notione et re cf. Strab. 2, 5, 43* ἑτερόσκιοι δ' ὅσοις ἢ ἐπὶ τὴν ἄρκτον ἀεὶ πίπτουσιν [αἱ σκιαὶ] ὥσπερ ἡμῖν, ἢ ἐπὶ τὰ νότια).

heterousion (eur- *trad.*): alterius creaturae GLOSS.[L] III Abstr. EV 10.

hetērus *v.* hetaerus. *H. H.*

heth *subst. indecl.*, חֵית. *septima littera alphabeti Hebraici* (ח): HIER. epist. 20, 3, 3 *'anna' scribitur* -h (he *edd. vett.*), nun, he (*cf.* 20, 3, 4 *bis* [het, eth *varr. ll.*; he *edd. vett.*]). 36, 13, 2 *'amesim' his litteris scribitur*: -h (eth, nech, he *varr. ll.*), mem, sin, iod, mem. quaest. hebr. in gen. p. 13, 21 frequenter LXX interpretes, non valentes -h litteram, quae duplicem aspirationem sonat, in graecum sermonem vertere, chi graecam litteram addiderunt (*cf. ibid.* p. 60, 6 in Ier. 4, 11, 2 [beth *V*]). p. 22, 27. 23, 2.

hēthologus *v.* eth-. *Ehlers.*

hetta. [*ex gr.* ἧττα *natum putat Niedermann, Gnomon 3, 1927, 351. J. B. H.*] *scrib.* hitta: GLOSS. *infra.* PAVL. FEST. p. 99 -a (hecta *TLI*) res minimi pretii, quasi hieta (eta *L*), id est hiatus hominis atque oscitatio; alii pusulam dixerunt ... quae in coquendo pane solet adsurgere (*cf.* GLOSS. II 472, 25 φλοκτὶς [= φλυκτὶς] ἄρτου: -a), a qua accipi rem nullius pretii cum dicimus: non -ae te facio. GLOSS.[L] II Philox. HI 24 -a (*scrib.* hitta): ὑμήν (*vel* ὑ. ῥοίας. *v. Linds. Gloss. IV p. 220 adn.*). GLOSS. II 581, 51 -a (*scrib.* hitta): membranum in carne.

[**hettematicus**, -a, -um. *e coni. falsa* FIRM. math. 3, 9, 7 ed. Basil. 1533 -os = *3, 8, 7 Kroll-Skutsch* stomachicos (sthomaticos *trad.*).] *Wells.*

***heu.** [*interiectio lamentantis ut sanscr.* ahō *'ei', cf.* eheu. *J. B. H.*] PRISC. gramm. III 91, 27 voces interiectionum primitivae sunt ut ... heu. PALAEMON. Char. gramm. p. 311, 12 B. interiectiones ... significant ... affectum animi velut heu, eheu. ROMAN. Char. gramm. p. 311, 16 B. interiectio est ... dolentis ut heu (*cf.* COMINIAN. Char. gramm. p. 311, 7 B. PROB. inst. gramm. IV 146, 3 *al.* GLOSS.[L] V Abba HE 25 heu[s] ingemiscentis vox est. *al. nota*: SCHOL. Stat. Theb. 2, 23 heu interiectio dolentis sive invidentis alienis bonis). GLOSS. φεῦ. ὠή. GLOSS.[L] I Ansil. HE 204 vae. *interdum adnumeratur adverbiis* (*e. g. l. 78 et* DIOM. gramm. I 419, 14), *quod* DON. gramm. IV 391, 28 PRISC. gramm. III 73, 14 *improbant* (*cf. etiam* CLAVD. DON. Aen. 9, 485 p. 253, 7 ubicumque est heu, separari a ceteris debet. *sim.*: SERV. Aen. 12, 486. GRAMM. suppl. 260, 35 heus et heu absolute manent). *varias differentias inter adv. et interi.* heu *statuunt* PROB. inst. gramm. IV 146, 8 CLEDON. gramm. V 21, 6. 26, 20. 69, 12. 79, 9 *al. discernitur ab interi. vocantis* heus (COMINIAN. Char. gramm. p. 233, 14 B. *adverbia* significant ... invocationem ut heus, responsionem ut heu. *sim.* CHAR. gramm. p. 234, 13. 244, 23 *al.*) *et laudantis* eu (*v. vol. V 2, 982, 2*). heu *antiquitus aegritudinem et dolorem animi (etiam in aliena miseratione) exprimit (verborum coniunctione acuta e. g. p. 2672, 80. 2673, 3. 57. 60), interdum (p. 2672, 76. 78. 2673, 40. 2674, 31) ex gravi quadam animi commotione verbis nihil triste per se indicantibus interseritur. cf. Hand, Tursell. III 64; Hofmann, Umgangsspr. 14.*

de ratione metrica (cf. etiam infra l. 25 de mensuratione vocis tamquam disyllabae): post v. heu *hiatus sequitur (in geminatione* heu heu *v. l. 29. p. 2674, 27)*: PLAVT. Rud. 821 (*sed v. l. 21*). OV. am. 3, 8, 18 heu ubi (epist. 4, 150 [heu mihi *dett.*]. 6, 41 [heus *G*]. fast. 3, 485. 5, 465 STAT. *5[ies]* CLAVD. rapt. Pros. 3, 189). STAT. Theb. 5, 478 heu iterum. CE 769, 1 heu ecce. *praecedit hiatus*: STAT. silv. 5, 5, 74 CE 614, 5. *syll. praecedens eliditur*: PLAVT. Merc. 701. 770 TER. Hec. 271. 282 PACVV. trag. 264 TRAG. inc. 184 GERM. 100 OCTAVIA 169 LVCAN. 5, 727 VAL. FL. 1, 150. 5, 686 SIL. *10[ies]* STAT. Theb. *7[ies]* SIDON. carm. 5, 292 CORIPP. Ioh. 6, 301 CE 526, 6. *part.* heu *ipsa numquam synaliphen patitur. in prosa oratione raro legitur (cf. Hofmann l. c.)*: CIC. Phil. 7, 14 SEN. contr. 9, 2 (25), 10 VAL. MAX. 8, 14 ext. 2 PETRON. 42, 4. 44, 12. 64, 3 PLIN. nat. *7[ies]* APVL. met. 5, 12. 10, 2. 22. *postea paulo saepius (in* VVLG. *16[ies])*. NOT. Tir. 124, 125 (eheu *non extat*). [*pro* heu *saepe falso scrib.* eu (*in lapide*: CE 490, 3. 678, 5 [*a. 398*]. 768, 2. 1620, 5. 2008, 2), (h)eheu (*cf. in lapide*: CE 1040, 5 [*s. I*] ehiu *metro repugnante*) *et* heus (*cf. p. 2671, 68 et errorem* SERV. Aen. 1, 321 heus nunc adverbium vocantis est, alias interiectio dolentis); *e contrario falso trad. pro* eheu, eu (*v. vol. V 2, 297, 28. 982, 6*), heus (*v. p. 2675, 13*). *dub.*: PLAVT. Rud. 821 (eheu *codd., Marx*; heu *vel* eu *vg.*). CATVLL. 76, 21 (*v. vol. V 2, 299, 78*). COMM. instr. 1, 26, 15 (heu *in parte codd. add.*). AVG. serm. coll. Morin 1930 p. 696, 7 (*v. Mohrmann, Altchristl. Sonderspr. 38*). *dub. interpret.*: SERV. Aen. 2, 69 heu modo una est syllaba, sed interdum propter metrum duae fiunt, ut (*Verg. ecl. 3, 100*) 'eheu (heu *var. l. fort. recte, sc. tamquam disyll. acceptum*) quam pingui ...'.]

I *usus* **priscae Latinitatis** (*cf. Richter in Studemund, Stud. I 562*): *abs.*: PLAVT. Pseud. 1320 heu heu heu (*tertium* heu *om. A*). :: desine. :: doleo. *coni. c. acc.*: PLAVT. Aul. 720 heu me miserum, misere perii (PACVV. trag. 264 [h. miserum me *codd.*]. TER. Andr. 646 qui ... spectavi. ACC. trag. 346 cum ... reminiscor. *abs.*: PLAVT. Merc. 624 TER. Phorm. 187 [eheu *trad.*]. AFRAN. com. 407). ENN. scaen. 202 heu (*pars codd.*, eheu *all.*) me miseram, interii (TER. Hec. 271). TER. Hec. 282 heu me infelicem, ... parsi (TVRPIL. com. 117). *c. dat*: PLAVT. Merc. 661 heu (ei *Ritschl*) misero mihi. 701 heu miserae mihi (770). *seq. enunt. exclamat.*: PLAVT. Bacch. 251 heu, cor meum ... finditur. ENN. scaen. 419 heu, mea puella, ... succenset tibi. ACC. trag. 450. 558 heu, Mulciber, arma ignavo invicta es fabricatus manu. *c.* quam: ENN. ann. 139 TRAG. inc. 184. *cf.* ACC. trag. 21 heu, cuiatis stirpem funditus fligi studet. *seq. enunt. interrogat.*: PACVV. trag. 149 ⌊heu non⌋ (⌊ ⌋ euno *codd.*) tyrannum novi temeritudinem? ACC. trag. 562 POMPIL. trag. 1.

II *exempla* **posteriora:** **A** *c. simplici* heu: **1** *abs.*: HOR. carm. 4, 10, 6 dices: 'heu'.

2 *in exclamationibus (causa lamentationis saepius partic. vel enunt. addita. nota collocationem p. 2673, 7. 9)*: **a** *pertinet ad animantia*: **α** *c. acc.*: CIC. Phil. 7, 14 heu me miserum ([QVEROL. p. 48, 17]. VAL. MAX. 8, 14 ext. 2 *seq.* quod. *cf.* VAL. FL. 1, 150 heu miseros nostrum natos ...!). TIB. 2, 3, 78 heu miserum, laxam quid iuvat esse togam? (*nisi pertinet ad p. 2673, 15*). *sim.*: VERG. Aen. 7, 293 heu stirpem invisam ...! HOR. epod. 11, 7 heu me ..., fabula quanta fui! SEN. Phaedr. 898 *al.* OCTAVIA 31 heu me ... iaces (CE 1337, 1). 169 CARM. de Sod. 115. POTAM. tract. 1 p. 1414[A] heu me, quid interrogo ...? VVLG. iud. 11, 35. *seq. enunt. secundarium*: APVL. met. 10, 22 heu me, qui ... sim. ITALA iud. 6, 22 (Lugd.) eu me (ἆ, ἆ, VVLG. *v. p. 2674, 3*) domine, quoniam. Mich. 7, 1 (Ps. Ambr. laps. virg. 7, 29) heu me (οἴμοι, *Vulg.* vae mihi), quia (psalm. 119, 5 [Hier. epist. 39, 3, 2 *al.*] οἴμοι, VVLG. heu mihi. VITAE patr. 5, 16, 18). *cf. p. 2674, 38. paulo aliter (cf. p. 2673, 69) de part. corp.*: SIL. 16, 344 heu surdas aures. **β** *c. dat.*: ITALA Ier. 15, 10 (Hier. epist. 39, 2, 2) heu mihi (οἴμοι, *Vulg.* vae mihi) ... ut quid me genuisti ...? VVLG. psalm. 119, 5 *v. l. 60.* HIST. Apoll. rec. A 32. LEANDER reg. praef. p. 878[A] si. 1 p. 881[D]. **γ** *c. voc.* (*interdum nom.*): CATVLL. 101, 6 heu miser indigne frater adempte mihi (OV. met. 11, 720 heu miser ... quisquis es. LVCAN. 4, 382 heu miseri, qui [*cf.* VAL. FL. 3, 592. SIL. 13, 866 h. m., quotiens ... pugnabitis]. *al. cf.* VERG. Aen. 6, 882 heu miserande puer). LVCAN. 2, 575 heu demens (5, 228 SIL. 2, 180 STAT. Theb. 7, 550). PERS. 5, 75 heu steriles veri, quibus eqs. (*cf.* STAT. Theb. 3, 17 Ach. 1, 846). VAL. FL. 8, 100 heu saevum passure diem (*cf.* STAT. Theb. 2, 23). STAT. Theb. 5, 117. 8, 439 heu celeres Parcae (*cf. p. 2673, 6*). CLAVD. 18, 480 rapt. Pros. 1, 138. CE 707, 1 heu memorande pater, longi mihi causa doloris. *adde de animo sim.*: VERG. Aen. 4, 65 heu vatum ignarae mentes (*cf.* SIL. 2, 28 APVL. met. 10, 2). PLIN. nat. 33, 4 heu prodiga ingenia (*cf. p. 2671, 83*). *cf.* OV. epist. 9, 153 heu devota domus. SIL. 17, 7 heu (en *L. Müller*) nomen melius maiusque triumphis (*cf. p. 2671, 83*). STAT. silv. 2, 1, 50 heu lactea colla. *per prosopopoeiam*: OV. trist. 3, 10, 76 heu loca felici non adeunda viro. SIL. 2, 223 heu, blandum caeli lumen (*cf.* 16, 73).

b *pertinet ad res incorporeas (c. voc. vel nom., acc. [cf. p. 2673, 1. 10], gen. [p. 2673, 7]; c. praep. p. 2673, 14)*: *fatum sim.*: VERG. Aen. 2, 402. 10, 848. 11, 273 heu dira meorum supplicia. SIL. 4, 792. 6, 203 heu

[Rubenbauer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

genus infandum leti. 7, 628 heu sortem necis (*cf.* STAT. Theb. 1, 195 heu ... aspera sors populis. CORIPP. Ioh. 1, 391). STAT. Theb. 11, 651. silv. 5, 1, 1 heu durus fati tenor. *al.* CLAVD. 15, 103 heu prospera (*cf. p. 2671, 82*) fata (*cf.* CE 1549, 1 heu nimium crudele f.). *al. facinus sim.*: HOR. carm. 3, 24, 30 heu nefas (*cf.* MART. 6, 62, 3 heu crudele n. [CE 1225, 3. 1549, 1] malaeque Parcae [*cf. p. 2672, 72*]). PROP. 4, 7, 21 foederis heu taciti. OV. am. 1, 6, 22 heu facinus (*cf. vol. VI 1, 78, 51*). met. 12, 498 heu dedecus ingens. LVCAN. 2, 708 heu pudor (VAL. FL. 1, 44 heu magni Solis p. 6, 374. *cf.* 1, 172 quis p. heu nostros tibi tunc audire labores. CLAVD. 18, 9). PLIN. nat. 7, 3 heu dementiam ... existimantium *eqs.* 7, 132 heu vana ... diligentia. 14, 149. 19, 54. 32, 3. 33, 153 heu mores. SIL. 5, 627 heu belli vecordia. 8, 100. 112. 14, 106 heu dolor (STAT. Theb. 12, 210. *cf.* LEANDER reg. praef. p. 877^B heu pro d.). *al.* VVLG. Ezech. 6, 11 heu ad omnes abominationes. AVELL. p. 21, 29 heu gemitus. *et al.* *c. adi. pro subst.* (*cf. p. 2672, 51*): SIL. 2, 232 heu deforme. CE 1438, 6 heu triste.

3 *add. enuntiatis* (*secundariis e. g. l. 32 et 36*): **a** *exclamativis vel pronuntiativis*: *α generatim*: PVBLIL. H 25 heu conscientia animi gravis est servitus. VERG. Aen. 4, 376 heu furiis incensa feror. 6, 150. 9, 483 heu ... iaces (*cf.* NEMES. ecl. 1, 49 *et p. 2672, 54*). HOR. carm. 1, 15, 19 heu serus adulteros crines pulvere collines. PROP. 1, 4, 22. 3, 15, 6 OV. epist. 2, 48 met. 3, 229. VAL. FL. 8, 441 heu, dure, siles. STAT. Theb. 5, 478. silv. 5, 5, 74 heu munera nostra rideres ingratus adhuc. MART. 7, 21, 3 heu, Nero crudelis ..., debuit hoc saltim non licuisse tibi. POTAM. tract. 1 p. 1414^B. VVLG. II reg. 14, 5 heu, mulier vidua ego sum. IS. 1, 24 heu consolabor super hostibus. *et al.* *exempla collocationis liberioris*: VERG. georg. 4, 491 Eurydicen ... immemor heu victusque animi respexit. Aen. 3, 709. 4, 267. 7, 594 frangimur heu fatis. 12, 452 CVLEX 337 HOR. epod. 16, 11 PROP. 4, 3, 17 OV. epist. 1, 68. 11, 15 imperat heu ventis, tumidae non imperat irae. ars 3, 573 ignibus heu (*R*, hic *vg.*) lentis uretur. Ib. 30 quod licet heu (hei *pars codd.*, ei *Merkel*) misero, debitus hostis ero. EPICED. Drusi 259 uritur heu decor ille viri. 458 GERM. 100. SEN. Med. 649 raptus heu tutas puer inter undas. Herc. O. 123 OCTAVIA 267. LVCAN. 8, 604 disponis gladios, ne ... non fiat ... heu facinus civile. VAL. FL. 1, 442. 2, 146 quoniam ... coniunx ... heu furit. 3, 272 sumus heu Minyae, sumus hospita turba (*item inter eadem voc. interponitur*: SIL. 5, 154 STAT. silv. 5, 5, 33 MART. 1, 3, 3) 4, 26 hoc nemus heu (*Dilthey*, haec *codd.*) fatis mihi iam domus. *al.* SIL. 4, 786 *saepe.* HOMER. 1019. STAT. Theb. 8, 512 ipsa heu comes invia mecum Tartara ... isses (*cf. p. 2671, 83*). *al.* MART. 10, 13, 8 AVSON. 182, 10 PRVD. CLAVD. DRAC. CORIPP. *al.* *nota in fine sententiae*: CE 526, 6.

β specialia quaedam: (I) *pertinet ad singulas voces*: *verba*: LVCAN. 5, 690 pudet heu (VAL. FL. 7, 43. STAT. Theb. 12, 384 p. heu! pietas ignava sororis! silv. 4, 7, 35 *al.* Ach. 1, 503. 635 p. heu taedetque fateri. 2, 63 p. heu miseretque. *al.* MART. 2, 18, 1. *et al.* PETRON. 119 v. 19 heu p. effari. PRVD. praef. 11 p. ac piget). LVCAN. 6, 303 dolet heu semperque dolebit (*cf.* COMM. instr. 1, 22, 1 heu doleo). SIL. 8, 303 piget heu taedetque senectae (PRVD. c. Symm. 2, 666). *adv.*: VERG. georg. 1, 158 heu ... frustra spectabis (HOR. carm. 1, 24, 11 TIB. 1, 5, 67. OV. met. 3, 500 heu f. dilecte puer! 11, 562 SIL. 1, 416. *cf.* VERG. Aen. 3, 711 heu tantis nequiquam erepte periclis [VAL. FL. 1, 237]). 1, 448 heu male tum mitis defendet pampinus uvas (3, 249 TIB. 1, 4, 57 OV. am. 1, 14, 24. EPICED. Drusi 418 heu m. fortis. AVSON. Mos. 242 *al.* *cf.* PROP. 4, 1, 94 heu ... non bene cavit). Aen. 4, 657 felix, heu nimium felix ([LVCAN. 8, 139]. 6, 189. 11, 841 CIRIS 161 OV. trist. 2, 180. 3, 1, 8 heu n. sero. 4, 1, 86 heu n. fati tempora lenta mei. SIL. 8, 169. 11, 6 STAT. Theb. 7, 547 *al.* *cf.* HOR. carm. 1, 2, 36 *Mars* heu nimis longo satiate ludo [STAT. silv. 2, 7, 24 felix heu n. et beata tellus, quae *eqs.* CLAVD. 3, 50]). TIB. 1, 8, 41 heu sero revocatur amor seroque iuventas (PROP. 2, 5, 8 OV. met. 2, 612 SIL. 2, 141). *adde*: EPICED. Drusi 290 heu sine fratre (SIL. 12, 286 ANTH. 455, 2). *nomina*: VERG. georg. 4, 498 tibi tendens, heu non tua, palmas (*cf.* VAL. FL. 3, 177). CIRIS 190 ignorans ... heu tamen infelix. HOR. epod. 5, 101 parentes heu mihi superstites. 17, 14 rex procidit heu pervicacis ad pedes Achillei. SIL. 1, 395 Hiberus felix heu ..., si ... tenuisset. 8, 544 Capua heu ... inconsulta. STAT. Theb. 12, 124 heu vacuos ... rogos. *et al.* (II) *in enunt. a part. exclamativis vel pron. incipientibus*: PVBLIL. H 1 heu quam difficilis gloriae custodia est. *al.* OV. am. 2, 4, 6. trist. 4, 5, 10 excidit heu nomen quam mihi paene tuum. *al.* SEN. contr. 9, 2 (25), 10 SEN. Ag. 589 OCTAVIA 55 *al.* *nota*: AVG. serm. 141, 4 si ... non tenent viam, ... heu quam dolendum est. HOR. carm. 1, 5, 5 heu quotiens flebit (VAL. FL. 4, 378. SIL. 6, 584 q. heu, nate, petebam. 13, 667 CLAVD. rapt. Pros. 1, 192). CATVLL. 64, 94 heu ... qualibus incensam iactastis mente puellam fluctibus (TIB. 2, 4, 35. PROP. 4, 1, 40 heu [*N*, en *codd. dett.*, o *vulgo*, huc *Baehrens*] quali vecta est Dardana puppis ave! SEN. Herc. O. 1218 STAT. Theb. 9, 162 silv. 5, 3, 217 *al.*). VERG. Aen. 4, 13 heu quibus ille iactatus fatis (VAL. FL. 1, 744. 2, 217 heu vatem monstris quibus intulit ordo. *al.* SIL. 1, 134 STAT. Theb. 9, 310 *al.*). 6, 828 heu quantum inter se bellum ... ciebunt (8, 537. PROP. 1, 1, 38 heu referet quanto verba dolore mea! 2, 29^b, 30. OV. am. 1, 6, 46 heu melior quanto sors tua sorte mea. epist. 5, 120. *et saepe.* *nota* [*cf. p. 2671, 83*]: LVCAN. 5, 354 [*v. Housm.*]. MART. 7, 47, 3 redderis, heu, quanto fatorum munere, nobis). (III) *seq. enunt. secundarium* (*cf. l. 38. p. 2672, 56*): VVLG. iud. 6, 22 heu, mi domine deus, quia vidi angelum. DRAC. satisf. 44 heu ... quippe *eqs.* (IV) *seq. acc. c. inf.*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 20) 25 heu virginalem me ore ploratum edere. *cf.* VERG. Aen. 5, 615 heu tot vada fessis ... superesse.

b *interrogativis*: VERG. Aen. 2, 69 heu quae .... me aequora possunt accipere? 2, 738. 3, 317. 4, 283 heu quid agat? (12, 486 OV. fast. 3, 609 VAL. FL. 1, 71 *al.*). 5, 13 CVLEX 223 HOR. sat. 2, 8, 61. OV. am. 3, 8, 18 heu ubi mollities pectoris illa tui? (*v. p. 2672, 4 et cf.* EPICED. Drusi 83. 125 heu ... ubi es? STAT. Theb. 10, 888. 12, 561). Pont. 4, 4, 48. SEN. Herc. O. 1595 heu quid hoc? OCTAVIA 632. 738 VAL. FL. 1, 211. 3, 292 heu (*Thilo*, en *M*) quibus adsum colloquiis? *al.* *in collocatione liberiore*: VERG. Aen. 4, 267. 541 nescis heu ..? 5, 671. 6, 458 funeris heu tibi causa fui? HOR. carm. 4, 1, 33 cur heu, Ligurine, cur manat ... lacrima ...? (*cf.* 4, 13, 17 quo ... heu quove ...? TIB. 1, 8, 23 quid ... heu ... quid ...?). LVCAN. 5, 310 non pudet heu ... bella placere ...? (STAT. Theb. 9, 389). SIL. 4, 403 *al.*

c *adhortativis vel optativis*: *imp.*: VERG. Aen. 2, 289 heu fuge (3, 44 VAL. FL. 4, 140. ROMVL. fab. rec. gall. 77, 9 heu fugite). VAL. FL. 7, 449 heu formae ne crede tuae. STAT. silv. 5, 4, 14 ⌊heu si⌋ (*Barth*, heus *M*) aliquis ... te, Somne, repellit, inde veni. *coni.*: PROP. 2, 20, 16 si fallo, cinis heu sit mihi ... gravis. VAL. FL. 1, 815. 7, 199. STAT. Theb. 3, 609 heu pudeat.

B *c. iterato heu*: **1** *in geminatione* (*cf.* GLOSS. heu heu *ἰοὺ ἰού*. *v. etiam vol. V 2, 297, 55. 56. 78. 80.* *de* SERV. Aen. 2, 69 *v. p. 2672, 24*): VERG. ecl. 5, 58 heu heu (heheu *P*) quid volui misero mihi? 3, 100. CIRIS 264 heu ⟨heu⟩ quid dicam ...? HOR. epod. 15, 23 (eheu eheu *B*). carm. 1, 15, 9 heu heu (eheu *var. l.*) quantus ... adest viris sudor. 1, 35, 33 heu heu (*B*, eheu *all.*) cicatricum ... pudet. TIB. 1, 4, 81 (heu heu *V*, heheu *A*). 1, 6, 10. 2, 3, 2 ferreus est heu heu, quisquis in urbe manet. 2, 3, 49. 2, 5, 108. 3, 19, 17. PETRON. 44, 12 heu heu, quotidie peius. 64, 3 heu heu abistis dulcis caricae. NEMES. ecl. 2, 40. VVLG. III reg. 13, 30 heu heu (*οὐαί*), mi frater. PS. RVFIN. in Os. 8, 8—10 p. 1002^D heu heu, quam flebilis fuit. PRIAP. 56, 3 heu heu (*AB*, heheu *Ald.*), me miserum, quod *eqs.* VVLG. Tob. 10, 4 heu heu me, fili mi, ut quid te misimus ...? *nota*: PETRON. 42, 4 heu eheu (*Buech.*, hey est hey *L*) utres inflati ambulamus. *cf.* CE 362, 1 (*aetate Lucretiana*) eheu heu. HOR. carm. 4, 6, 17 heu nefas, heu. VAL. FL. 7, 533 heu miser, heu *eqs.* STAT. Theb. 2, 296. *ter iteratum*: VVLG. IV reg. 3, 10 heu heu heu congregavit nos dominus. 6, 5 heu heu heu, domine mi. IER. 4, 10. 32, 17 Ezech. 9, 8. 11, 13.

2 *per anaphoram*: VERG. ecl. 9, 17 heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis ... solacia rapta. Aen. 6, 878 heu pietas, heu prisca fides (*cf.* SIL. 5, 190. 9, 636. 10, 222 STAT. Theb. 11, 616). CIRIS 81 sq. heu, quotiens mirata novos expalluit artus! ipsa suos quotiens, heu, pertimuit latratus! HOR. epod. 11, 21 ferebar ... ad non amicos, heu, mihi postis et heu limina dura. SIL. 5, 75. STAT. Theb. 12, 216 heu, si nudus adhuc, heu, si iam forte sepultus. MART. 6, 85, 7 heu, qualis pietas, heu, quam brevis occidit aetas. PRVD. apoth. 338 CLAVD. 28, 274. CE 1443, 5 [h]eheu quam ... heu quam. ITALA Ezech. 11, 13 (Hier. epist. 18^A, 2, 3) heu mihi, heu mihi, adonai domine (VVLG. *v. l. 45*). *Rubenbauer.*

? **hevescimus** (biscimus *dubitanter Goetz*): diximus, memoravimus GLOSS.^L V Aa H 106.

heurēmaticus, -a, -um, **εὑρηματικός*. *n. pl. -a pro subst.*: *tit. libri Modestini iurisconsulti*: DIG. 3, 3, 65 idem *Modestinus*, libro singulari de -is (16, 1, 25. *et saepe* [*v. Ind. p. 938*]).

heurĕsilogus (-a, -um), *εὑρησίλογος* (-ρεσ-). *scrib.* eur-. *i. q. promptus ad invenienda verba* (*pro maledicto*): RVFIN. Orig. in lev. 16, 4 p. 497, 27 dicit fortassis auditor: quid iterum hic -us agit? quid undecumque verba conquirit, ut explanationem lectionis effugiat? (*ad rem v. Zucker, Philol. 82, 1927, 256 sqq.*).

heuresis *v. Onom.*

heuretēs *trad.* PLAVT. Pseud. 700 (*verba Calidori adulescentis*) nimium est mortalis graphicus, -s mihi est (*sc. servus*). *εὑρετής* mihist *editt. plerique* (-ρητ- *Palmer, Hermathena 9, 1896, 71*) *quod refellunt Luchs in Studemund, Stud. I 58 et Leo ad l.* (*cf. adn.* '*fort.* heureticissimust', *sed v. Fraenkel, Plautin. i. Plaut. 57*). *H. H.*

***heus.** [*interiectio acclamantis ut theod.* husch; *cf. et Wackernagel, IF 45, 309 sqq. J. B. H.*] PAVL. FEST. p. 100 -s adverbium vocandi a Graeco *αὖς* venit. *de signif. et ratione gramm.*: ROMAN. Char. gramm. p. 248, 5 B. DON. Ter. Andr. 636 -s significatio est modo nominis ad intentionem considerationemque revocandi. Ad. 281 vox est de longinquo revocantis. *cf.* 776. DOSITH. gramm. VII 411, 10 *adverbium* compellandi *προσφωνήσεως* -s, *ὦ, ὠή*. PRISC. gramm. III 12, 8 nihil ... interest inter 'o', hoc est vocativum, et -s. 138, 14 *adverb.* vocandi. 197, 10. GLOSS. -s *δεῦτε. ἰὼ ἰώ. ὠὴ ὠή.* GLOSS.^L III Abstr. HE 27 vocatio. Abol. EV 19 adverbium rogantis. I Ansil. HE 213 adverbium interpellantis. *adnumeratur vel adv. vel interi.* (*cf.* DIOM. gramm. I 419, 14); *differentias quasdam inter adv. et interi.* -s *sta-*

[Rubenbauer]

tuunt Serv. gramm. IV 440, 2 Cledon. gramm. V 67, 1 Pomp. gramm. V 251, 23. *discernitur ab* heu *p. 2671, 77. vox est sermonis familiaris, cf. Hand, Tursell. III 70 sqq. Hofmann, Umgangsspr. 15. particulae* -s *hiatus praecedit (qui tamen ubique fere metricam quoque excusationem habet)*: Plavt. As. 446 (?). Epid. 398 Men. 696 Rud. 830. 1369 Trin. 1059 Truc. 917. *in sermone scaenico saepissime vocalis praecedens eliditur.* -s *exceptis* Plavt. Cas. 163 Rud. 413 Ter. Eun. 594 (*recentiore aetate* Verg. Aen. 1, 321 Apvl. met. 1, 13. 22. 2, 10. 18. 8, 10 Clavd. 10, 128) *semper a viris pronuntiatur. plerumque initium enuntiati obtinet, sed cf. l. 22. 39. 55. 57. 60. 76. p. 2676, l. 7. 16 al.* [*pro* -s *falso scrib.* eus (*cf. l. 27; in lapide*: CE 120, 1) *et* heu *vel* eu (*cf. l. 21. 34. 39. 42. 58. 59. p. 2676, 10*); *e contrario traditur* -s *pro* heu *p. 2671, 68. 2672, 5. 2674, 24 (in lap. perd.*: CE 1260, 3) *et* eu (Plavt. Mil. 394). Plavt. Mil. 1043 *trad. pro* deus. Ter. Phorm. 882 *A habet* -s *pro* o mi. *dub.*: Trag. inc. 22 -s -s pater -s Hector (*ter* heu *Ribb., cf.* Roman. Char. gramm. p. 315, 20 B. a dolore mentis affectae).]

A *in dialogo scaenico (tragicorum solummodo l. 15. 46; cf. Richter in Studemund, Stud. I 566 sqq.)*: **1** *abs. (in compellandis et arcessendis hominibus)*: *c. nominibus*: Plavt. Cas. 688 -s Pardalisca! (Rud. 97 -s [heu *codd.*] Sceparnio! 677 *al.* Ter. Hec. 339 Haut. 743 Phorm. 847). Epid. 1 -s adulescens! (*cf.* Men. 844 filia -s! [Ter. Phorm. 152]). *c. pron.*: Plavt. Poen. 1398 -s tu, leno! (*cf.* Most. 680 -s tu — at hic sunt mulieres).

2 *add. enuntiatis*: **a** *interrogativis (cf. et l. 46. 63. 70. intercedente altero enunt. l. 34. 36)*: Plavt. Amph. 1020 -s ecquis hic est (Most. 445 [eus *codd.*]. *al. cf.* Rud. 762 -s ecquis hic est? -s. *sim.*: Men. 673 -s ecquis hic est ianitor? Rud. 413 -s ecquis in villast? Trin. 870). Capt. 592 -s audin quid ait? 830 Mil. 178 *al.* *c. nom.*: Plavt. Most. 937 -s reclude! -s Tranio etiamne aperis? (Mil. 420 -s quid istuc est, Philocomasium? Poen. 279 Milphio, -s ubi es?). Men. 135 -s adulescens, ecqua ... inest praeda mihi? (*cf.* Most. 940 *al.*). *c. pron.*: Plavt. Cas. 163 -s vos, ecquis haec ... audit (Most. 988). Most. 939 -s vos, pueri *eqs.* Persa 844 -s (heu *codd.*) vos :: quid ais? :: hicin Dordalus est ...? Rud. 830 vobis dico, -s vos, num *eqs.* Ter. Eun. 217 sed -s tu :: quid vis? :: censen *eqs.* 434.

b *adhortativis (cf. etiam l. 30. 63; intercedente altero enunt. l. 43. 47)*: Plavt. Epid. 398 -s foras exite huc aliquis (Merc. 910. Pseud. 1284 aperite -s [heu *P*] ... a. nuntiate). 472 -s foras educite *eqs.* Most. 467 et -s iube *eqs.* Pseud. 1164 Rud. 938 Ter. Andr. 579 Eun. 469. 712. *elliptice*: Ter. Phorm. 440. *c. nom.*: Plavt. Aul. 264 -s Strobile, sequere ([350 (heu *vel* eu *codd.*) *al.* Ter. Phorm. 1037 -s Nausistrata, priusquam huic respondes ..., audi]. Persa 459 Sagaristio, -s exi. Poen. 205 -s i foras, Agorastocles [Rud. 481 Truc. 115]). Cas. 955 -s sta ilico, amator ([Pompon. Atell. 54]. Ter. Andr. 84 -s puer, dic sodes, quis ... habuit? [Eun. 624. Acc. trag. 140 -s vigiles, properate]). *c. pron.*: Plavt. Bacch. 327 atque -s tu :: quid vis? :: ... facito (Poen. 1320 -s tu, si ... dixi, nolito). Persa 615 heus tu, advigila. *al.* Ter. Haut. 369. 550 Phorm. 398. Eun. 594 -s tu ... Dore, cape *eqs.*

c *pronuntiativis (aliter supra l. 24; intercedente altero enunt. l. 53. 66)*: Plavt. Most. 651 -s iam appetit meridie. Pseud. 241. 989 Ter. Andr. 636 Haut. 313 Phorm. 819. 903 -s quanta (-s *dett.*) quanta haec mea paupertas est, tamen adhuc curavi. Eun. 276 omnium rerum -s vicissitudost. *elliptice*: Plavt. Asin. 446 -s iam satis tu (*sc. locutus es*). *c. nom.*: Plavt. Aul. 269 -s Staphyla, te voco (Mil. 217 -s te alloquor, Palaestrio. 434 tibi ego dico -s, Philocomasium. *al.* Ter. Andr. 945 Ad. 776. 882). 456 -s (eu *codd.*) senex ... mercedem petam (Men. 378 Trin. 871 [heu *P*]. *nota*: Curc. 147 pessuli -s pessuli vos saluto [Merc. 800]). Pseud. 243 hodie nate -s, hodie nate, tibi ego dico -s, hodie nate, redi. *c. pron.*: Plavt. Cas. 837 -s tu, malo ... cavebis (Curc. 516 -s tu, tibi ego dico [*cf. l. 57. 61. 70; seq. imper.* (*cf. l. 37*): Men. 696 Pseud. 243; *interrog.* (*cf. l. 35*): Poen. 1305 Ter. Hec. 523]. *al.* Ter. Eun. 102). Curc. 185 -s tu mulier *eqs.* (686). Most. 790 -s tu, si voles ..., haud facilest (*cf.* Poen. 515 *al.*). Pseud. 1124 -s tu :: quid vis? :: hic homo meus est.

3 *c.* heus *iterato (cf. etiam l. 15. 27. 30. 60)*: **a** *per iocum in anaphora*: Plavt. Trin. 1059 -s tu, asta ilico. :: -s tu, non sto. **b** *in geminatione*: Ter. Haut. 348 Syre Syre inquam, -s -s Syre (*cf.* Ad. 281. 634). Eun. 337 -s -s tibi dico, Chaerea. 530 -s -s ecquis hic?

B *in usu recentioris aetatis*: **1** *abs.*: Phaedr. 2, 5, 21 '-s' inquit dominus. Boeth. herm. pr. 1, 4 p. 71, 3 *est oratio vocativa ut* '-s tu'. *cf.* Gloss. V 300, 20 -s tu : audis tu?

2 *add. enuntiatis*: **a** *interrog. (cf. p. 2676, 3. 9. 15)*: *c. pron.*: Cic. de orat. 1, 240 -s tu ... quid tibi in mentem venit ...? epist. 7, 11, 1 sed -s tu, quid agis? (16, 17, 1 Att. 1, 16, 13 *al. cf.* Att. 6, 1, 25 et [sed *var. l.*] -s tu [Macr. Sat. 1, 5, 10]). Hor. sat. 1, 3, 21 -s tu, ... ignoras ...? Plin. epist. 9, 12, 1 Gell. 17, 20, 4 Apvl. met. 1, 15. 22 Qverol. p. 34, 6. *c. nom.*: Sil. 7, 301 -s ... quae te cura ... germane fatigat? Clavd. 10, 128. *nude*: Phaedr. 1, 23, 5 -s ... linguam vis meam praecludere ...?

b *adhortat.*: *c. nom.*: Rhet. Her. 4, 51, 65 -s ... Gorgia, pediseque puerorum, absconde pueros. Verg. Aen. 1, 321 -s ... iuvenes, monstrate ... errantem (Phaedr. 3, 14, 6 Apvl. met. 3, 5. 9, 33. 10, 16). Apvl. met. 2, 23 sed -s, iuvenis, cave ... custodias. *cf.* CE 55, 1 (*s. I a.*) -s oculo errante quei aspicis leti domus, morare gressum. *c. pron.*: Cic. Mil. 60 quae erat ... quaestio? '-s tu, Rufio, ... cave sis mentiare: Clodius insidias fecit Miloni?' (Apvl. met. 1, 3 -s tu ..., ne pigeat te *eqs.* 1, 13 -s tu ... spongia, cave ... transeas. 2, 18. 7, 22 -s tu, puer, ... reserva. Tert. paenit. 8, 3 Qverol. p. 47, 23. CE 120, 1 -s tu, viator). Fronto p. 75, 3 N. sed -s tu ..., ne ... existas (*cf.* Apvl. met. 8, 10). *elliptice*: Cic. epist. 7, 25, 1 sed -s tu, manum de tabula. *nude*: Pers. 2, 17 -s age, responde ... de Iove quid sentis? Val. Fl. 4, 387 -s (*Burmann,* heu *V*) respice. Apvl. met. 8, 26.

c *pronuntiat. (intercedente altero enunt. l. 18. 20)*: *c. nom.*: Rhet. Her. 4, 10, 14 -s ... adulescens, pueri tui modo me pulsarunt (Pers. 3, 94 -s bone tu palles. Qvint. inst. 6, 3, 90 Ter. Mavr. 1926 Paneg. 3, 13, 3 Mart. Cap. 2, 134). Priap. 45, 4 -s ... tibi dicimus, cinaede ..., num *eqs.* *c. pron.*: Cic. Att. 13, 42, 2 sed -s tu, diem meum scis esse (ad Q. fr. 2, 15, 5 Qverol. p. 24, 2 Avson. 12, 7. 321, 4. *cf.* Cic. Att. 15, 11, 4 et [*codd.*, sed *vg.*] -s tu, ne forte sis nescius, Dolabella me sibi legavit). CE 119 (= CIL I^2 2138) -s tu, viator lasse, ... cum diu ambulareis, tamen hoc veniundum est tibi. Priap. 52, 1 Plin. epist. 1, 15, 1 Apvl. met. 2, 10. *nude*: Verg. Aen. 7, 116 -s etiam mensas consumimus (*ind. pro exhortativo?*). Clavd. 10, 140 (*v. adn. Birtii*). *Rubenbauer.*

hex, ἕξ. *litt. gr.: v. infra l. 27. i. q. sex*: Serv. ecl. 2, 11 in multis ... nominibus, quae in Graeco aspirationem habent, nos pro aspiratione 's' ponimus: inde ... pro -x (*RM,* ex *AP, graece H*) 'sex' (*sim.* [*litt. gr.*]: Fest. p. 290 [ez *F*]. Don. Ter. Eun. 478 [*v. app. crit.*]). Gloss.[L] I Ansil. ex 2 ⟨h⟩ex: sex Graece.

[**hexa** *v. p. 2679, 82.*]

⟨h⟩exacaidecetērida (*scrib.* -daec-): seuecennalem Gloss. V 358, 40–41 (= Gloss.[L] Corp. e 413). *pro* heccaidecaeterida *i. cyclum sedecim annorum* (ἑκκαιδεκαετηρίδα [*e gr. Hier. vir. ill. 61*]).

hexachordos, -on, *ἑξάχορδος. *i. q. sex chordas (sc. sonos) habens*: Vitr. 10, 8, 2 (*de hydraulis*) arcula sustinet caput machinae, qui Graece κανὼν μουσικός appellatur. in cuius longitudine canales, si tetrachordos est, fiunt quattuor, si -os (ex- *trad.*), sex *eqs.*

hexachronos, -on, ἑξάχρονος. *i. q. sex tempora habens,* ἑξάσημος: Mar. Victorin. gramm. VI 45, 7 trisyllabi ... pedes octo, in quibus mensura temporum a trisemo sive trichrono ad hexasemon sive -on usque porrigitur.

hexaclīnon *n.*, *ἑξάκλινον (*cf.* ἑξάκλινος). *i. q. sigma (lectus) sex convivas capiens (ad rem cf. Marquardt-Mau 307; Blümner, Privatalt. 119 adn. 5)*: Mart. 9, 59, 9 *Mamurra* testudineum mensus quater -on ingemuit citro non satis esse suo.

hexaedron *v.* hexahedron.

hexaēmeron, *abl.* -o (*infra l. 73. 75*) *n.*, ἑξαήμερον. *scribitur vel editur*: (h)exam-: Ambr. hex. tit. (*cf. infra l. 73 sqq.*) 'exameron ..., *non* hexaemeron, *si quid libris tribuendum est, id vocavisse videtur Ambrosius' Schenkl, Corp. script. eccl. Vind. 32, 1 praef. p. XII; v. etiam p. 3 adn.* (-xam- *codd. praeter S*). Ambr. epist. 45, 1 p. 1142[A] -xam- *codd.* (*v. Schenkl l. c. p. XII adn.*). Cassiod. art. 7 p. 1218[D] *Migne*. Isid. vir. ill. 37 p. 1101[A] *Migne*. Gloss. (*passim*). *v. etiam codd. infra l. 54. 65. 68. 78.* (h)exem-: Hier. vir. ill. *Richardson* (-xaem-, -xam-, -xem- *codd.* [*ut vid.*]). Gennad. vir. ill. *Richardson. v. etiam codd. infra l. 65. 68.* (h)exaim- (-xei-): Gloss. -um (*pro* -on): *varr. ll. infra l. 65. 68. cf.* Gloss. V 430, 38 (exametrum *trad.*). *de notione*: Gloss. (*v. infra*). [*e coni.*: Gloss. *l. 82* (exalteron *vel* exaltemeron *trad.*).]

i. q. spatium illud sex dierum, quibus mundus creatus est: **1** 'in -on' *sc. principium geneseos libri (v. explicat. infra l. 66. fere pro tit. librorum* [*ut vid.*]. *cf.* Gloss.[L] III Abol. in 114 ⌊in⌋ [*secl. Lindsay*] -on: sex dierum. Gloss. V 421, 55 in -on: sex dierum computatio [430, 38. *cf. infra l. 72*]): Hier. vir. ill. 37 *Rhodon* in -on elegantes tractatus composuit. 48 *Candidus* (Rvfin. hist. 5, 27 p. 499, 23 C. qui in -on [ex(a)emerum, (h)exameron *codd.*], id est de principio genesis, scripsit [*gr.* εἰς τὴν ἑξαήμερον]). vir. ill. 49 *Appion.* 61 *Hippolytus.* 116 *Basilius* (*cf. infra l. 84*). Rvfin. hist. 5, 13, 9 p. 459, 11 eiusdem *Callistionis* in -on (exemerum, (h)exameron *codd.*) commentarius (*gr.* εἰς τὴν ἑξαήμερον). **2** *titulus librorum sc. de principio geneseos libri compositorum (v. explicat. l. 79 sqq. p. 2677, 1. cf.* Gloss.[L] V Abba ex 152 -on: opus sex dierum. Corp. e 522 -on: septem [*pro* sex] dierum computatio [Gloss. V 359, 51. *cf. supra l. 63*]): Ambr. epist. 43, 1 p. 1129[B] lecto -o (*litt. gr. codd., Schenkl l. c. p. XII adn.*), quod ipse scripsi (45, 1 p. 1142[A] l. -o, utrum paradisum subtexuerim, requirendum putasti. *cf.* Cassiod. inst. div. 1 p. 1110[C] *Ambrosius* sex libros ... confecit, quos -on appellavit). Hier. epist. 84, 7, 6 Ambrosius ... -on (exaem- *G A s. VII—VIII,* exam- *rell. s. IX—XII*) illius *Origenis* compilavit. Gennad. vir. ill. 13 *Prudentius* commentatus est ... -on de mundi fabrica usque ad conditionem primi hominis (*cf.* 68 *Salvianus* de principio genesis usque ad conditionem hominis composuit versu quasi -on librum unum [*cf.* Gloss.[L] I Ansil. ex 48 = III Abstr. ex 81 -on librum unum composuit]). Evstath. Bas. hex. prol. p. 867 *animus tuus* pervenit ... ad -on ... Basilii (Cassiod. art. 7 p. 1218[D]. *cf.*

[H. H.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 2676,67). ISID. vir. ill. 37 p. 1101^A Dracontius composuit ... -on creationis mundi (*ad rem cf. Vollmer, Drac. praef. p. XVII*).

[**hexaeōnius** (*ἑξαιώνιος. *i. sex aeonibus constans*) *e coni. Massueti* IREN. 1, 3, 1. *v. Stieren et Harvey (p. 24) ad l.*]

***hexagōnum** (-on: *infra l. 16*), -ī *n.*, ἑξάγωνον *et* **hexagōnium,** -ī *n.* (AMBR. *infra l. 18*) *et* ***hexagōnus,** -ī *m.* (BOETH. *ubique.* GROM. *infra l. 49*). *in codd. fere semper* ex-. *gr.: infra l. 32. legitur inde a* VARRONE. *omnes dedi locos praeter* FIRM. *infra l. 40. 43.* BOETH. *infra l. 47.* [*dub.*: CARM. de mens. 1, 5 dulcia, Maie, tuis ducis -a nonis (*sic codd.* [ex-], *def. Burmann* [*V 71; loc. ad infra l. 16 sqq. referens*] *et Riese* [*v. etiam Anth. II² p. 375*]; examina [*sc. apium*] *post Scaligerum Fröhner, RhM. 47, 1892, 301* [*quem conferas*]). *scrib. in codd.* sex-: *infra l. 18. 26.*]

i. q. figura sex angulis constans, sexangula: **1** *generatim:* VARRO rust. 3, 16, 5 (*antea*: sex angulis cella *apium*) quod geometrae -on fieri in orbi rotundo ostendunt, ut plurimum loci includatur (*cf.* AMBR. hex. 5, 21, 69 p. 191, 18 quis architectus eas *apes* docuit -ia [*sex- var. l.*] illa cellularum indiscreta laterum aequalitate componere?). COLVM. 5, 2, 10 si fuerit *ager* sex angulorum, in quadratos pedes sic redigitur. esto -um quoquo versus lineis pedum XXX (*sim.* GROM. p. 356, 12). BALB. grom. p. 107, 1 amplioribus quoque formis ... nomina ⟨ab⟩ angulis dantur, ut -o, heptagono. OPT. PORF. schol. carm. 3 in hac pagina quattuor -a sunt pari numero litterarum et octo orthogona (*sim.* carm. 6). MART. CAP. 6, 712 pentagona, -a et cetera euthygrammi generis. CLAVD. MAM. anim. 1, 18 p. 65, 23 tetragonum sive -um (sex- *var. l.*). 1, 25 p. 92, 17 (sex- *var. l.*). BOETH. arithm. 2, 6 p. 91, 11 figura ... -i (*cf. infra l. 35*). 2, 6 p. 91, 16 *a medietate per singulos angulos lineae ductae* -um in sex *triangulos partiuntur* (*sim.* 2, 6 p. 92, 1). ISID. orig. 15, 8, 2.

2 *specialia:* **a** *in astron.: de conspectu solis* (*ad rem v. Bouché-Leclerq, L'astrologie Grecque 377 sqq.*): CENS. 8, 6 qui conspectus vocatur κατὰ ἑξάγωνον (*sic litt. gr.* 8, 13), quia sextam partem circuli subtendit. nam si, ut a primo zodio ad tertium, sic a tertio ad quintum, inde porro ad septimum ac deinceps alternae lineae emittantur, -i aequilateralis forma (*cf. supra l. 27*) in eodem circulo scribetur. *de radiationibus stellarum* (*ad rem v. Bouché-Leclerq l. c. 171 sq.*): FIRM. math. 2, 19, 4 *locus* respicere ... horoscopum de -o videtur (3, 5, 18 si sic sole posito praesens in eodem signo se Veneris stella sociaverit vel de -o coniunxerit. 3, 5, 32 *si luna* a benivolis stellis ... de -o radiata fuerit. *al. cf.* 3, 5, 32 in -o). 2, 22, 1 quod *sit* -um dextrum, quod sinistrum (2, 22, 8). 2, 22, 8 -a ... sunt potiora, quae habent in medio tropica ... signa (*sim.* 6, 21). *al.* **b** *in arithm. de numeris figuratis:* BOETH. arithm. 2, 6 p. 91, 3 quartus *numerus* -us, id est qui sex angulis includitur (*cf.* 2, 15 p. 98, 18 -i ... qui sex angulis continentur). 2, 18 p. 103, 10 *heptagoni* ex super se -is et ex eminus positis triangulis procreantur. 2, 18 p. 103, 12 (*v. p. 2611, 72*). *al.* (*aliter supra l. 27 sq.*). **c** *in grom. inter nomina lapidum finalium:* LIB. col. I grom. p. 249, 10 -us (*sim.*: PS. BOETH. grom. p. 405, 7 -us).

adi. **hexagōnus,** -a, -um. *i. q. sexangulus* (*nonnisi apud* FIRM.; *spectat ad radiationes stellarum* [*cf. supra l. 36*]): FIRM. math. 2, 23, 3 latus. 2, 29, 9 *stellae se* -a radiatione *coniungunt* (3, 2, 17 bona ... radiatio ... -a. 6, 21 cum stellae -a ⟨se⟩ radiatione respexerint [*cf. gr. Kroll-Skutsch adn.* τὰ δὲ ἑξάγωνα τῶν ἀστέρων]). 6, 28, 2 quid -ae humilis potestatis auctoritate perficiant *stellae.*

hexa(h)edron, *pl.* -edra *n.*, ἑξάεδρον. *t. t. geom.* (*i. corpus solidum sex lateribus constans*): CHALC. comm. 53 p. 121, 12 quae vocantur -a (ex- *pars codd.*) et octahedra *in aliquo numero inveniantur necesse est.*

hexāmeron *v.* hexaemeron.

***hexameter** (-trus), -a, -um (-on), ἑξάμετρος. *scrib. in codd. saepe* ex-. *de formis: masc. sg.* -ter *et* -trus (*cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 209, 7 sqq. [*inde* AVDAX gramm. VII 336, 25 sqq.] -r dicitur an -us? utrumque, ut Euander et Euandrus, quorum unum venit ex Graeca enuntiatione, alterum ex Latina. quippe Cornelius Epicadus [*frg. 2 F.*] ... '-r' inquit 'versus'. *ad rem v. et Neue-Wagener I³ 125 sq.*): *legitur* -ter *post Cornelium Epicadum* (*supra l. 66*) *apud* PS. CENS. frg. 14, 1. FORTVN. (*saepe*). DIOM. (*saepe*). MAR. VICTORIN. (*saepe*). *et al.* -trus: BASS. gramm. VI 256, 12. 269, 18 TER. MAVR. 2105 MAR. VICTORIN. gramm. VI 165, 21. 181, 14. 209, 13 GRAMM. VI 634, 11 VIRG. gramm. epit. 4 p. 24, 26. *neutr. sg.* -on: TER. MAVR. 1644 *et* 2570 (-um: 1849 *al.*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 79, 9 *et* 178, 12 (-um *saepe*). GRAMM. VI 633, 15 (*ex* MAR. VICTORIN. 79, 9). *raro occurrunt fem. sg. pl.*: SACERD. gramm. VI 502, 7. 8. 510, 10; *neutr. pl.: ibid.* 520, 4 (*sim.* 526, 22). *de notione:* GLOSS.^L IV dub. Plac. E 13 -r: versus qui senarius (*scrib.* gen-) dicitur. *de usu:* -r versus (v. -r: CIC. de orat. 3, 194 PORPH. Hor. ars 403 GELL. 18, 15, 2. *et al.*) *inde a* LVCIL. 229, *Cornelio Epicado* (*v. supra l. 66*), CIC.; *subst. masc.* -r (*sc. versus*) *inde a* CIC. orat. 191 (*cf. p. 2678, 18*), BASS., STAT., MART., QVINT. *iuncturae rariores:* carmen -um: DIOM. gramm. I 483, 27. 495, 4; epos: DIOM. gramm. I 501, 22 MAR. VICTORIN. gramm. VI 169, 19; metrum (species, genus): *passim ap. GRAMM.*; sonus: ARATOR ad Vigil. 25 (*abl. pl., v. adn.*). [*loco interpol.*: FORTVN. gramm. VI 283, 23 (*v. Keil ad l.*) melius sonat versus dactylicus -r, si catalecticus fiat, hoc est si disyllabum pedem in ultimo habeat. *cf. p. 2679, 2. 10.*]

i. q. (*versus*) *sex pedibus constans* (*cf.* FORTVN. gramm. VI 282, 9 dicitur ... et unus pes metrum, unde -um versum appellamus. 284, 9 [*v. infra l. 48*]. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 19 [*infra l. 56*]). *significatur fere semper* (*ubique sub 1*) *versus dactylicus herous* (*epicus*); *rarius* (*apud* GRAMM.; *in universum de quovis metro e. gr. infra l. 77—80*) *versus dactylicus sc. acatalecticus, iambicus* (*p. 2679, 42—52*), *choriambicus* (*p. 2679, 13*), *Paeonicus* (*p. 2679, 54*).

1 *loci generales* (*pl.* -i *pro subst. hic illic fere i. q. carmen* -um. *de usu in prosa oratione v. infra l. 29*): LVCIL. 229 servorum est festus dies hic, quem plane -o versu non dicere possis (*cf.* PORPH. Hor. sat. 1, 5, 87 Aequum Tuticum *oppidum* ..., cuius nomen -o versu compleri non potest. 1, 6, 12). CIC. de orat. 3, 194 Antipater ... Sidonius ... solitus est versus -os aliosque variis modis ... fundere ex tempore. orat. 191 ut is *numerus iambicus* potissimum ... adhibeatur in fabulis, quod ille dactylicus numerus -orum magniloquentiae sit accommodatior. 222 e quattuor ... quasi -orum instar versuum quod sit constat fere plena comprehensio (*cf.* RVFIN. gramm. VI 567, 15 [*vers.*] quattuor -is hunc *ambitum* versibus aspicis aequum). STAT. silv. 1 praef. *epithalamion* ⌊tantum⌋ tamen -os habet (⌊ ⌋ ter centum *Elter, Vollmer*). 2 praef. laudes eius *Lucani* dicturus -os meos timui (*paulo aliter*: AVR. Fronto p. 34, 4 N. -os meos ... petis. *cf.* FRONTO p. 24, 8 N. mihi ipse *Victorinus* de tuis -is numquam quicquam impertivit [24, 10]. p. 34, 9 istis. SIDON. epist. 1, 9, 7 moneo ... quisquilias istas Clius tuae -is minime exaeques). MART. 6, 65, 1 -is epigramma facis. QVINT. inst. 9, 4, 74 initia *versuum* initiis *orationis* non convenient, ut Livius -i exordio coepit: facturusne *eqs.* (*cf.* 9, 4, 75 peius cludit finis -i. 9, 4, 78 *in Timaeo Platonis* initium -i statim invenias). SVET. Aug. 85, 2 liber exstat scriptus ab eo -is versibus, cuius ... titulus est 'Sicilia' (*sim.*: PORPH. Hor. sat. 1, 10, 36 Cornelius Alpinus Memnona -is versibus ... descripsit. PROB. Verg. georg. 1, 233 p. 364, 2). DIOM. gramm. I 483, 27 epos dicitur Graece carmine -o divinarum rerum et heroicarum humanarumque comprehensio (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 50, 12). I 495, 4 Apollo cum Pythona ... necasset, accolae ... carmen heroicum -um initio sex spondiis compositum texuerunt (*cf.* AVDAX gramm. VII 332, 7). PORPH. Hor. carm. 2, 20, 2 (*sim.* SCHOL.) biformem ... vatem se dicit, quod et lyrica scribat et -os. sat. 1, 10, 66 nulli Graecorum -is versibus hoc genus operis scripserunt (*cf.* SCHOL. Hor. sat. 1, 10, 66 *et* ISID. orig. 1, 39, 6 -os ... Latinos primos fecisse Ennius traditur; eosque 'longos' vocant). ars 403. HIER. chron. praef. p. 4 H. (p. 3 F.) quae omnia (*sc. Salomon, Iob eqs.*) -is et pentametris versibus ... apud suos composita decurrunt (*sic de V. T. libris*: praef. Vulg. Iob I ARATOR ad Vigil. 25 ISID. orig. 1, 39, 11. 6, 2, 21. 22).

2 *specialia in doctrina metrica* (*exempla notabiliora*): **a** *de nomine* (*cf. supra l. 4*): FORTVN. gramm. VI 284, 9 -r ... dictus, quod sex metris, hoc est sex pedibus, feritur. DIOM. gramm. I 474, 19 per numerum pedum, quia versus pro mensura sua quisque pentametri vel -i vel deinceps intelleguntur (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 18. *cf.* DIOM. gramm. I 501, 22 a pedum quantitate quaedam nominantur, ut est epos -um. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 4 ISID. orig. 1, 39, 6). I 494, 34 -um ... quod sex regionibus spondium et dactylum pedes diversis modis ... conservet. MAR. VICTORIN. gramm. VI 51, 19 -um poetae appellarunt, quod sex pedibus ingrediatur, quos metra eodem modo Graeci nominant (*sim.* GRAMM. VI 633, 5). VI 132, 9 ⟨a⟩ sex pedum cursu.

b *de forma et vi* (*cf. sub a et c et v. supra l. 13*): GELL. 18, 15, 1 in longis (*cf. supra l. 43*) versibus, qui hexametri vocantur, item in senariis, animadverterunt metrici primos duos pedes, item extremos duos, habere singulos posse integras partes orationis, medios haud umquam posse (*cf.* 18, 15, 2 Varro ... scripsit observasse sese in versu -o, quod omnimodo quintus semipes verbum finiret. *sim. de caesuris*: TER. MAVR. 2570 quales -on tomas *habet.* AVSON. 393, 88 p. 248 P. sunt quos *hendecasyllabos* -i creant revulsi, ut penthemimeres prior locetur, tum quod bucolice tome relinquit. MAR. VICTORIN. gramm. VI 214, 23 quot ... species?). TER. MAVR. 1849 -um quotiens ita totum dactylus explet, ut nusquam in medio, sed sit spondeus in imo, sive trochaeus erit (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 122, 29. 125, 21). DIOM. gramm. I 506, 16 versuum genera praecipua sunt quinque: ... dimetri ... aut trimetri (*eqs.*) ... aut -i. sed singulorum plurimae sunt species. MAR. VICTORIN. gramm. VI 53, 21 cum -r versus metrorum omnium ... summa sit, hi qui epici non sunt, si per singulos pedes feriantur, excedant necesse est modum -i versus (*cf.* 76, 24 persuasum est nullum metrum -o posse esse maius. 76, 26. *adde*: 55, 13 sqq. *versus incipit* a dimetro et procedit usque ad -um, in his dumtaxat versibus qui per singulos pedes dirimuntur; in illis autem, qui per dipodiam, usque ad ... pentametrum, nonnumquam -um procedit). VI 209, 13 -r ... quot pedibus caeditur? sex, dactylo et spondeo circum se positis aut alterna interpositione variatis. 211, 13 omnis versus -r, si solis spondeis constiterit, erit duodecim syllabarum; si unum dactylum habuerit, tredecim *eqs.* VIRG. gramm. epit. 4 p. 24, 26 (*p. 2612, 15*).

[*H. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *de variis quorum condicio, proventus, usus pendet quomodocumque ex vi naturaque hiemis*: **1** *quod tempore hiemis fit, agitur, nascitur*: **a** *omni anno et solito more* (*nota quod per totam hiemem extenditur: l. 84. p. 2688, 4. 5*): *α generaliter*: PAVL. FEST. p. 68 res divina quae fiebat aut -a sementi aut verna (PLIN. nat. 18, 229). SEN. nat. 4ᵃ, 1, 2 *aestate Nilus* ad -am magnitudinem redit. COLVM. 2, 11, 8 -a sartio plurimum iuvat . . . mense Ianuario. 4, 14, 2 *fossuram* -am. 9, 13, 2 *apes* post -am famem (*cf.* PALLAD. 4, 15, 1 post -a ieiunia). 11, 3, 24 *brassica* -um caulem amplum facit (*cf.* PLIN. nat. 19, 138 aestivi autumnalesque cauliculi, mox -i). LVCAN. 9, 183 renovare parans -as Apulus herbas (*sc. aridas incendit*). PLIN. nat. 8, 99 *anguis* -o situ membranā corporis obductā (*cf.* 30, 89 membrana -a). *ibid.* -ā latebra visu obscurato. 8, 224 *glires* -a quiete conditi (*cf.* AMM. 26, 2, 10 [*imperator ad milites*] dum -a patitur quies, . . . reparate vigorem). 16, 99 *fit germinatio* -a aquilae exortu. 18, 208 aestivas . . . alites praeposteri . . . rigores necant, -as aestus. MART. 5, 67, 1 *hirundines* -os peterent solito cum more recessus. MIN. FEL. 17, 7 -a olivitas. COD. Theod. 13, 9, 3 ex -is oneribus *navium* (*sc. quae per hiemem vehuntur. an ad b?*). *β de frugibus, animalibus i. q. hieme natus sive maturescens*: CATO agr. 8, 1 ficos (COLVM. 5, 10, 10 sq. arb. 21, 1 -as serotinas. PLIN. nat. 15, 72 *bis*). PLIN. nat. 8, 187 -os agnos (*opp.* vernis). 16, 84 -ae piro (16, 106 -a aut praecocia). 18, 49 frumenti . . . genera per tempora . . . divisa: -a, quae circa vergiliarum occasum sata *sunt* (*cf.* 18, 52 frumenta . . . -i generis). 18, 204 -a semina, cum ante brumam sata sint (*cf.* 19, 181). 18, 241 fruges. 18, 283 fructus. 20, 76 *seris* melior . . . aestiva, deterior -a. 23, 129.

b *fortuito vel inusitate*: CARM. Macr. Sat. 5, 20, 18 -o pulvere, verno luto, grandia farra, camille, metes (*sim.*: VERG. georg. 1, 101 -o laetissima pulvere farra. PLIN. nat. 17, 14 -o quidem p. laetiores fieri messes). CIC. Cato 46 *delectat* refrigeratio aestate et vicissim aut sol aut ignis -us (Ov. met. 13, 793 solibus -is, aestivā gratior umbrā. CELS. 1, 2, 3 perflatum aestivum, -um s. PLIN. epist. 5, 6, 15. SVET. Aug. 82, 1 solis . . . ne -i quidem patiens). Att. 15, 25 est . . . -a navigatio odiosa (*sim.* [*de militaribus negotiis*]: SALL. epist. Pomp. 6 quid . . . proelia aut expeditiones -as . . . enumerem? [LIV. 21, 57, 14 Hannibalis. 43, 19, 14]. LIV. 22, 9, 4 -is itineribus ac palustri via. TAC. Agr. 22 damna aestatis -is eventibus pensare). CELS. 5, 28, 6^A fiunt etiam ex frigore ulcera -a (*v. adn. crit.*). SEN. Med. 761 *cantu magae* coacta messem vidit -am Ceres. LVCAN. 4, 55 aruerat tellus -o dura sereno (*cf.* MEROB. carm. 4, 11 serenis). STAT. silv. 4, 6, 9 ab -a Rhodopes grue (*v. Vollmer ad l.*). MART. 4, 29, 4 rara iuvant: . . . -ae pretium sic meruere rosae (6, 80, 2. PANEG. 3, 11, 3 aestivae nives, -ae r. 12, 14, 1). 7, 95, 17 (*antea 2* osculo nivali) -as . . . basiationes in mensem rogo differas Aprilem. GELL. praef. 10 ex ipso loco ac tempore -arum vigiliarum Atticas noctes inscripsimus. *v. etiam supra l. 10.*

2 *quo hieme tantum utimur*: **a** *generalia* (usus -us: *infra l. 46*): PLAVT. Mil. 688 tunicae -ae bonae, ne algeas hac hieme (*sim. de vestitu*: SEN. benef. 1, 12, 3 vestimenta aestiva . . ., -a. PLIN. nat. 16, 34 in -o feminarum calceatu. IVV. 7, 221). VERG. ecl. 10, 20 -a venit de glande ([*Serv. auct. ad l.* de collectione glandis, quia per hiemem colligitur]. *cf.* CALP. ecl. 4, 35 -a [yberno *var. l.*] . . . ieiunia solvere fago). georg. 1, 291 seros -i ad luminis ignes. VITR. 9, 8, 8 horologia -a (*cf.* 9, 8, 6 horologiorum . . . -um usum). PLIN. nat. 21, 5 *coronae* -ae, cum terra flores negat (*cf.* 21, 47). MART. 11, 8, 3 poma . . . -ā maturescentia capsa. EVG. TOLET. carm. 45, 1 alcyon -um cum ponit litore nidum.

b *specialia*: *α de pecoris stabulis, pascuis, pabulis*: CATO agr. 14, 1 praesepes bubus -as, aestivas (AVSON. 392, 7 p. 255 P. *turdos* -is . . . de saepibus). 149, 1 qua lege pabulum -um venire oporteat (SEN. benef. 6, 12, 2 *pastor* pecori suo -um et aestivum p. prospicit. PLIN. nat. 10, 72). HOST. carm. frg. 2 M. greges pecuum ex -is pastibus pulsae (*cf.* VARRO rust. 2, 2, 9 -ae pastiones). VARRO rust. 2, 1, 16 loca aestiva et -a idonea . . . ad pascendum. SEN. benef. 4, 6, 5 *pastor* pascua -is aestiva substituit. COLVM. 1, 6, 4 *bubilia* -a atque aestiva (*sim.* CALP. ecl. 5, 18 -o pecus omne movebis ovili). 2, 10, 22 *rapa* -a cibaria *bubus praebent.* 6, 3, 1 -ae stabulationi *boum.* PAPIN. dig. 41, 2, 44, 2 saltus -os et aestivos (*cf.* VLP. dig. 43, 16, 1, 25 PAVL. sent. 5, 2, 1 IVST. 8, 5, 7). *β de militum castris, sedibus*: CATO or. frg. 13 ubi anni tempus venit, castra -a *feci* (LIV. 29, 35, 13 communit. 34, 13, 2 posuit. PLIN. nat. 10, 16 legionis . . . -a . . . c. TAC. ann. 1, 27. FLOR. epit. 3, 10, 22 ex distantibus -is castra contraxit. CIL VIII 10023 [*cf.* VIII 10018] viam ex cast(ris) -is Tacapes). AMM. 14, 1, 1 milite locato per stationes -as (16, 11, 15). 17, 2, 1 ad sedes . . . -as *militum*. *audacius de legione*: CIC. Att. 4, 19, 2 (*v. Sternkopf, NJb. 23, 1909, 661*) *Q. Ciceroni legato a Caesare* -am legionem eligendi optio delata. SVET. Cal. 8, 1 *Caligulam* apud -as legiones procreatum *esse.* *γ de conclavibus, aedificii partibus* (*cf.* hibernaculum *1*): VARRO rust. 1, 13, 7 ut spectent . . . triclinaria . . . -a ad solem occidentem (*sim.*: ling. 8, 29 et -a triclinia et aestiva [VITR. 6, 4, 1. 7, 4, 4 CET. FAV. 14 p. 272, 26. 25 p. 278, 7 Kr.]). CIC. Att. 13, 29, 1 balnearia . . . -a (VITR. 6, 4, 1). PLIN. epist. 2, 17, 10 cubiculum . . . altitudine aestivum, munimentis -um. PALLAD. 1, 9 tit. de -is et aestivis mansionibus. 1, 12 *aedis partes* -as. 1, 39, 5 -a aedificia balneis imponere. *nota metonymiam*: VERG. Aen. 4, 143 *Apollo* ubi -am Lyciam . . . deserit (*cf. Serv. ad l.* non asperam, sed aptam hiemare cupientibus). MART. 5, 71, 6 longas his exige messes collibus (*sc. frigidis*): -um iam tibi Tibur erit (*v. Friedländer ad l.*).

pro subst. (*v. etiam p. 2685, 65*): **hībernum**, -ī *n.*: *p. 2689, 37 et 74.* **hīberna**, -orum *n.*: *p. 2689, 1 et 80.* **hībernus**, -ī *m.*: *p. 2689, 67.*

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

I *significantur spatia temporis:* **A** *neutr.* **-a**, -orum (*nota locos qui spectant ad intemperiem caeli: v. infra l. 13. 14. apponuntur adi.: v. infra l. 7. 24 sq. 30. 31; numeralia: v. infra l. 5. 32*): **1** *i. q. hiems, tempus hiemale:* VERG. Aen. 1, 266 tertia dum Latio regnantem *Aeneam* viderit aestas, ternaque transierint Rutulis -a subactis (*ad 2 ref. editt.*). SEN. dial. 6, 17, 4 *habebis Syracusis* tepidissima (lep- *var. l.*) -a et nullum diem sine interventu solis. 9, 2, 13 *Tarenti* laudatus ... portus et -a caeli mitioris. VAL. FL. 1, 552 (*fort. ad 2 trah.*) ad Troiam flentes -a Mycenas (*i. viros Mycenenses*). TERT. apol. 40, 14 cum ab imbribus aestiva (*i. calores*) -a suspendunt et annus (*i. messis*) in cura est (*v. Waltzing ad l.*). PAVL. NOL. carm. 23, 4 licet atro frigore tempus adhuc mediis -a pruinis ducat. MART. CAP. 8, 820 *aequinoctialis* cum *sol* in aestivam flagrantiam surgit vel cum in -a descendit.

2 *in re militari i. q. tempus mansionis in hibernis, hiberna quies militum (nonnumquam fere i. q. res agendae tempore hibernorum e. g. infra l. 18. 22 sq.):* CIC. Att. 5, 21, 6 (*de re cf. Att. 5, 20, 5 epist. 15, 4, 10*) aestivis confectis Quintum fratrem -is et Ciliciae praefeci. CAES. Gall. 3, 2, 1 cum dies -orum complures transissent. civ. 1, 14, 3 *legiones* in Apulia -orum causa disposuerat. HIRT. Gall. 8, 50, 1 -is peractis. LIV. 9, 28, 2 *consules* ad Bovianum oppugnandum legiones ducunt, ibique -a egerunt, donec *dictator exercitum accepit* (34, 22, 4 in Graecia ita -is actis, ut exceptis Aetolis ... universa Graecia *pace frueretur*). 21, 57, 5 ne -a quidem Romanis quieta erant vagantibus passim Numidis equitibus *eqs.* (*cf.* 39, 42, 1 quieta ... -a et citerior *Hispania* ... habuit). 23, 46, 9 praesidio, quod per -a ad tenendum locum satis esset (*cf. l. 28. 29. 32. aliter p. 2690, 21*). 36, 5, 1 per -orum tempus (36, 17, 7 toto tempore -orum. 37, 18, 1 per omne -orum t.). 36, 15, 1 Antiochus ... cernens nihil se ex Graecia praeter amoena Chalcide -a et infames nuptias petisse. 38, 51, 1 luxuriae crimina Syracusanorum -orum (perioch. 23 exercitus Hannibalis per -a ... luxuriatus. *cf.* SEN. epist. 51, 5 una Hannibalem -a solverunt). TAC. ann. 1, 37 largitio, *quam milites flagitabant*, differebatur in -a cuiusque. FLOR. epit. 1, 12, 8 *in obsidione urbis Veiorum* primo hiematum sub pellibus, taxata stipendio (-a *var. l.*) -a. *v. etiam supra l. 6. 9.*

B *neutr.* **-um**, -i: *i. q. hiems* (*? gen. -ii: infra l. 52. nota plur. [apponitur numerus]: infra l. 47*): MIN. FEL. 34, 11 ita corpus in saeculo ut arbores in -o ([*postea*: cruda ... hieme]. AVG. in psalm. 148, 16 p. 1947 CASS. FEL. 24 p. 41, 6). TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 1 totus annus -um, omne quod flaverit aquilo est *apud Pontum*. CYPR. epist. 37, 2 p. 577, 14 sol per vicissitudines mensium transmeavit -um (-us *P*). PALLAD. 2, 15, 4 servantur ... in -um (*aliter*: 12, 8, 1 servantur -o [*cf. Colum. 9, 14, 11* cibariis hiemis]). vet. med. ed. Sv. 39, 3 per -um ..., aestate (CHIRON 953 [hieme] per -um [hieme, per vernum *Heraeus*]. AVG. serm. coll. Morin p. 640, 8). AVIEN. Arat. 1366 solem -a novem ... aethere volvi. AMBR. hex. 5, 13, 41 p. 173, 10 inter -i saeva. Abr. 2, 8, 55 p. 609, 13 veris, aestatis, -i (*cf.* HYD. chron. II p. 35, 252 [*dub. constr.*] -i, veris, aestatis, autumni). POL. SILV. fast. Dec. 25 p. 279 solstitium et initium -i. EVSTATH. Bas. hex. 6, 8 p. 931[A] tempus autumnale ... nos tradit adventui sequentis (*cf. l. 53*) -i (-ii *var. l., Migne [cf. p. 2685, 75 al.]. gr.* τῷ χειμῶνι). 7, 4 p. 942[A] asperitate succedentis -i (*gr.* τοῦ δυσήνεμον τῶν ἀρκτῴων). 9, 3 p. 959[C] pericula ... -i (*gr.* χειμῶνος). GREG. TVR. Franc. 9, 40 p. 397, 25 praeterito -i (ib- *B 1*) huius tempore (CE 439, 4).

abl. hiberno *pro adv.* (*cf.* in -o *supra l. 39; plerumque opp.* aestas *sim.*): VENVL. dig. 42, 8, 25, 6 qui -o habuerit fundum centum, si sub tempus messis ... fructus eius vendere possit decem *eqs.* ANTH. 569, 4 (*opp.* autumnus, ver). SOL. 5, 8 *Syracusis* etiam cum -o (-a *A*) conduntur serena, nullo non die sol est. CET. FAV. 3 p. 265, 34 Kr. CHIRON 567. 658. 675. 737. 740. AMBR. Abr. 2, 8, 58 p. 611, 15 (*opp.* veris mensibus). CAEL. AVR. chron. 3, 1, 2. CASS. FEL. 33 p. 70, 14 (yb-, ib- *trad.*). 39 p. 90, 5 (*g*; (h)yeme *rell.*). EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 920[A]. GREG. TVR. stell. 12 p. 861, 6 verno -oque. ANTHIM. 50 p. 20, 14 (ib- *A*; hieme [*sim.*] *varr. ll.*). GLOSS. III 47, 21 (*gr.* χειμῶνος).

C *masc.* **-us**, -i: *i. q. hiems* (*cf. Wölfflin, Ausgew. Schr. 203*): CHIRON 626 si aestas fuerit, ... si -us fuerit. ISID. orig. 5, 35, 7 -us autem inter hiemem et vernum est quasi hievernus (hiv- *C*), qui plerumque a parte totum, hiemem, significat. *v. etiam p. 2685, 41. vix huc spectat:* LACT. inst. 2, 9, 9 p. 143, 18 occidentis autumnus est, septentrionis -us (*trad.*; -um *Brandt*).

II *significantur res (loca, aedificia sim.) quarum hieme tantum usus est:* **A** *neutr.* **-um**, -i: *i. q. hibernaculum, conclave hibernum:* VARRO ling. 5, 162 posteaquam *maiores* ubi cenabant, plura facere coeperunt, ut in castris ab hieme -a, -um domus vocarunt. CIC. ad Q. fr. 3, 1, 2 subgrande cubiculum autem et -um altum (*v. Wistrand, Vitruvius-Studier 15 adn.*; alterum *ed. Sjögren*) valde probavi. *adde locos p. 2685, 33. 45 allatos.*

B *neutr.* **-a**, -orum. *plurale tantum.* **1** *i. q. loca (pascua) ubi pecora hibernant* (*acced. adi.: l. 82. p. 2690, 1*): VARRO rust. 1, 6, 5 -a (*v. app. crit.*) iis ... meliora, qui colunt campestria ...; contra aestiva montanis locis commodiora. 2, 1, 26 in -is habent in villis mulieres, quidam etiam in aestivis 2, 9, 16 *gregem* comitari in aestiva et -a. COLVM. 6, 22, 2 armentum maritima et aprica -a desiderat. MARCIAN. dig. 32, 67 *pecora* hieme in -is ⌊aut⌋ (*del. Mommsen*) aestate in aestivis esse solent.

2 *i. q. loca ubi milites hibernant, castra (cf. p. 2688, 61 sqq.) exercitus hiberna. hospitia quae militibus per hiemem praebentur (legitur inde a* VARRONE *[v. p. 2689, 76],* CIC., CAES. *classis, classiariorum -a:* LIV. 37, 10, 12. 37, 37, 4. 44, 13, 11. *adde infra l. 22. 40. 61. urbes et oppida pro -is e. g.: infra l. 12. 33. 38. 41. 44. 58. fere metonymice de militibus: infra l. 69*): **a** *loci generales et notabiliores:* CIC. Pis. 86 -a cum legato *malo* ... tradidisses, evertisti ... funditus civitates. Att. 5, 21, 7 civitates locupletes, ne in -a milites reciperent, ... pecunias dabant. epist. 7, 10, 2 ne frigeas in -is. 7, 16, 1. CAES. Gall. 3, 3, 1 opus -orum munitionesque. 5, 25, 5 locum ... -is esse munitum (LIV. 22, 15, 2 -is locum circumspectaret. 24, 20, 15 -is placebat l. *cf.* 42, 67, 12 -is aptior regio). 5, 27, 11 *civitas* -is levetur. 5, 31, 4 ex instrumento -orum. 5, 41, 5 *ut Nervii* -a recusent. 5, 42, 1 vallo ... et fossa ... -a cingunt. HIRT. Gall. 8, 1, 1 milites ... -orum quiete reficere. 8, 6, 4 -orum opportunitas bellique ratio postulabat. BELL. Hisp. 16, 2 *casae* -orum causa aedificatae. SALL. Iug. 100, 1 (*dub. constr.*). NEP. Eum. 8, 3 *veterani Alexandri* -a sumpserant *luxuriosa*. LIV. 33, 29, 2 vagos per -a milites. 37, 9, 2 gravia -a navium erant *civitati Phocensium*. 40, 35, 13 *civitates hostium, quas* vicina ... -a premebant (*cf.* TAC. hist. 4, 23 *et paulo aliter l. 22. infra l. 56 sq.*). TAC. hist. 1, 55 *duae* legiones isdem -is tendentes. PANEG. 5, 3, 3 -is hospitaliter praebitis. VEG. mil. 2, 11 p. 45, 5 *fabros* ad -orum aedificia fabricanda.

b *iuncturae:* **α** *coniunguntur verba* (*exempla selecta*): aedificare: LIV. 23, 48, 2. 26, 1, 10. constituere: CAES. Gall. 4, 38, 4. curare: AMM. 19, 11, 1 Constantium Sirmi ... -a quietē curantem. 31, 6, 1 *Gothi cum populis* curare apud Hadrianopolim -a dispositi. disponere: LIV. 32, 32, 1 VELL. 2, 111, 4. *cf.* CIC. Font. 20 de dispositione -orum. distribuere: HIRT. Gall. 8, 54, 3 exercitui ... -a. LIV. 42, 67, 8 *Numidis* ... -a in proximis ... urbibus. munire (com-): CAES. Gall. 5, 24, 8. 5, 28, 3 LIV. perioch. 29. conlocare (locare) in: POLLIO CIC. epist. 10, 33, 3 CAES. Gall. 3, 29, 3 *al.* HIRT. Gall. 8, 6, 1 TAC. Agr. 38 ann. 1, 51. deducere in: CIC. Att. 5, 20, 5 exercitum in -a agri male pacati. 9, 19, 1 in -a deducuntur. CAES. Gall. 6, 3, 3. civ. 3, 31, 4 in locupletissimas urbes in -a. *al.* HIRT. Gall. 8, 46, 3 LIV. 21, 5, 4. 31, 18, 9 Apolloniam terrestres copias, navales Corcyram in -a. *al.* dimittere in: CIC. epist. 15, 4, 10 LIV. 28, 4, 4 *al.* TAC. hist. 4, 39. SVET. Aug. 49, 1 *cohortes urbanas* in -a et aestiva circa finitima oppida. disponere in: BELL. Alex. 49, 1 in -a. distribuere in: BELL. Alex. 64, 2. dividere in: LIV. 37, 45, 19. 43, 23, 6 per ... socias urbes in -a. 45, 26, 11 IVST. 38, 10, 8. evocare ex: CAES. civ. 1, 8, 1 HIRT. Gall. 8, 6, 3. 8, 52, 1. SALL. Iug. 37, 3 milites mense Ianuario ex -is in expeditionem. movere ex: LIV. 22, 1, 1 Hannibal ex -is movit. 27, 39, 5 *al.* CVRT. 8, 4, 1 exercitum. proficisci ad: SALL. Iug. 103, 3. ex: LIV. 21, 58, 2 *al.* (*cf.* CAES. Gall. 5, 47, 4 ex -is fugae similem profectionem). in: CIC. epist. 12, 14, 7 SALL. Iug. 97, 3 LIV. 32, 28, 7.

β *apponitur genet.:* (I) *hibernantium:* CIC. Manil. 38 militum vestrorum ... -is sociorum civitates esse deletas. CAES. Gall. 4, 38, 4 omnium legionum -a (5, 24, 7. HIRT. Gall. 8, 2, 2 unius l. TAC. hist. 4, 18 duarum l. SVET. Dom. 7, 3. *et saepe. cf. l. 58*). HIRT. Gall. 8, 47, 3 -a Romanorum (SALL. Iug. 70, 4. 103, 4). LIV. 21, 22, 5 exercitūs (26, 20, 1. *plur.*: 21, 56, 8 ne duorum e. -is una colonia premeretur. 22, 1, 2 *terras* premi ... exercituum -is). TAC. hist. 3, 1 tertiae decumae legionis (*sic certa legione indicata*: 4, 25 Bonnam, -a primae. ann. 2, 57 SIDON. epist. 2, 14, 1). 3, 46 alarum ... -is (4, 33. 61). 4, 15 duarum cohortium. PAP. Britann. 229, 17 (*a. 166*) Seleuciae Pieriae in castris ⌊in⌋ -is vexillationis clas(sis) pr(aetoriae) Misenatium (⌊ ⌋ *del. Schulten, Herm. 32, 1897, 274; sed v. p. 2689, 83*). *indicatur qui imperet castris:* CAES. Gall. 5, 27, 5 Caesaris. 5, 39, 1 Ciceronis. 5, 41, 3. 5, 46, 1. 5, 53, 1. (II) *loci:* CIC. *supra l. 37.* HIRT. Gall. 8, 6, 1 Cenabi. LIV. 23, 46, 8 Apuliae. 32, 39, 4. 38, 27, 9 maritimae orae. 41, 12, 6 sociarum urbium. ACT. Arv. a. 214 b 5 ad -a Nicomediae. *cf. etiam l. 73.*

γ *accedunt adi., numeralia sim.:* CAES. Gall. 5, 28, 5 ex proximis -is (5, 29, 1. 5, 30, 3 cum proximis -is [*i. militibus, cf.* TAC. hist. 1, 53] coniuncti. 5, 46, 4 TAC. Agr. 19 hist. 1, 57). 5, 53, 3 trinis -is hiemare. LIV. 40, 35, 13 (*v. supra l. 23*). 42, 67, 8 commoda. VELL. 2, 113, 3 partitis. 2, 120, 3 inferiora. PLIN. nat. 4, 80 Pannonica -a Carnunti (*cf.* TAC. hist. 4, 54 Moesica ac Pannonica. *adde l. 74*). TAC. hist. 1, 64 solitis. 2, 80 Germanica -a (-o *trad.*) caelo ac laboribus dura. 4, 15 proximo applicata Oceano.

deriv.: hibernalis, hiberno. *Kornhardt.*

hibirrode. *nomen herbae dubium* (*ἰβηρίς? Goetz*). *v. vol. VI 2, 1996, 63.*

hibiscālis. *ab* hibiscum. *nomen herbae: v. vol. VI 2, 1975, 55* (evi- *trad.*).

***hibiscum**, -ī *n. et* hibiscus, -ī *m.* (*f. v. p. 2691, 17*). [*vox peregrina ut vid. J. B. H.*] *de scriptura: aspirandum sec.* CASSIOD. gramm. VII 200, 19. hib-: VERG. ecl. 2, 30 *codd. PR.* 10, 71 *MR* (ib- *P*). CALP. ecl. 4, 32 PLIN. nat. PROB. Verg. georg. [Brandt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

3, 382 PELAGON. 180. 337. *et al.* heb-: VEG. mulom. 3, 28, 26 MARCELL. med. 15, 96. hiv-: MISC. Tir. p. 57, 11 GLOSS. ib- (*cf. p. 2690, 84*): CELS. 4, 31, 4 PALLAD. 11, 14, 11 (iv- *G*). PLIN. med. 1, 18 (ev- *rb*). SERV. ecl. 2, 30 PELAGON. 261 CHIRON MARCELL. med. Ps. APVL. herb. 38. *et al.* eb-: PLIN. med. 2, 26 *cod. g* (ev- *rell.*). VEG. mulom. 2, 66, 2. iv-: CHIRON 975. 980 ORIBAS. eup. 2, 1 M 1 (rec. La). *et hic illic var. l.* (*cf. l. 3*). ev- (*cf. l. 19*): Ps. SORAN. epit. 64 ORIBAS. eup. 2, 1 E 1 recc. Aa (v- *var. l.; cf. l. 10*) La (*gr.* ἐβίσκος). syn. 2 add. p. 846 *al.* ALEX. TRALL. 1, 141 ISID. orig. 17, 9, 75 (*v. infra l. 27*). *et saepe var. l.* (*cf. l. 4. 5*). viscus (*cf. l. 8. 19. 27. 42*): DIOSC. 3, 157 p. 441, 6 altea, quem multi viscum dicunt (*gr. 3, 146* ἐβίσκον). *de formis*: -um: SCRIB. LARG. 80 PLIN. nat. 19, 89. 20, 29 Ps. APVL. herb. 38 (5^ies^). THEOD. PRISC. log. 74 MISC. Tir. p. 57, 11. 15 GLOSS. -us (*cf. l. 11. 17. 22. 23*): SERV. ecl. 2, 30 CHIRON 728 *plur.* (*loco corrupto*). CASSIOD. gramm. VII 200, 19 ALEX. TRALL. 1, 141 ISID. orig. 17, 9, 75 GLOSS. *de genere*: *fem.*: CAEL. AVR. chron. 1, 4, 161 -us praecocta. *dub.* ORIBAS. *infra l. 23.* *componitur cum voce q. e.* malva (*cf.* malvaviscus): GLOSS. III 580, 2 altea i. eviscus vel vis malba (*cf. l. 10*). 611, 51 evis malva (*cf. l. 7*). *latinum esse testantur*: EROT. 320 ἀλθαίης ..., ἣν Ῥωμαῖοι ἰβίσκον καλοῦσι. Ps. DIOSC. Vind. 3, 146. Ps. SORAN. epit. 64 altea, quem Latine -um dicimus. Ps. APVL. herb. 38 l. 17. 115 l. 11. ORIBAS. eup. 2, 1 E 1 -us, quam Graeci altheam appellant. *legitur inde a* VERG. *gr.* ἐβίσκος (ἰβ-, β-) *inde a Diosc. et Erot. cf. francog.* guimauve (*v. l. 19*).

[*confunditur cum herba, q. e.* viscum (*cf. supra l. 10*): ISID. orig. 17, 9, 75 althaea ... eviscus (viscus *Lindsay*), quia glutinosa est. GLOSS.^L^ I Ansil. IB 20 -um ... est genus frondis, in arboribus nascitur, unde hieme animalibus datur cibus. *dub.*: ORIBAS. eup. 2, 1 M 1. *loco obscuro*: PROB. Verg. georg. 3, 382.]

i. q. althaea, malvarum genus (*cf.* althaea, malva, malvaviscus *et v. Wagler, RE I 1694; Steier, ibid. XIV 924*): **1** *describitur, definitur*: **a** *de natura*: PLIN. nat. 19, 89 -um (*sc. -i radix*) a pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis (*cf. infra l. 52*), sed medicinae utile. 20, 29. Ps. APVL. herb. 38 l. 17 nascitur locis humidis et campis. DIOSC. 3, 157 (*gr. 3, 146*). GLOSS.^L^ I Ansil. IB 19 herba mollis. *ibid.* 21 genus virgulti. **b** *de synon.* (*cf. l. 18 sq.*): ἀγριομαλάχη (*cf. l. 43. 44*): GLOSS. althaea: PALLAD. 11, 14, 11 CASS. FEL. 81 p. 192, 17 GLOSS. *v. et l. 11. 19. 20. 22. 23.* anadendromoloche: Ps. APVL. herb. 38 l. 17 ORIBAS. eup. 2, 1 M 1. *cf. et* GLOSS. III 560, 32 (dentrolimolum). eleomoloche (*sc.* ἑ-): Ps. APVL. herb. 38 l. 17. *χαριέντερα*: *Hippiatr. II p. 313, 30* βίσκος· ἡ ἀλτία, λέγεται δὲ καὶ γ. malva agrestis (*cf. l. 38. 44*): DIOSC. 3, 157 (*gr. 3, 146*). GLOSS. *cf. vol. VIII 207, 36 sqq.* moloche agria (*cf. supra l. 38. 43*): PLIN. nat. 20, 29 Ps. APVL. herb. 38 l. 17 GLOSS. moloche Cretice: Ps. APVL. herb. 38 l. 17 GLOSS. III 568, 63 (molaceratica). πλειστολοχεία: PLIN. nat. 20, 29. sycophyllon: Ps. APVL. herb. 38 l. 17 GLOSS. III 577, 3. *al. v. Thes. gloss.*

2 *de usu*: **a** *generaliter*: VERG. ecl. 2, 30 haedorum ... gregem viridi compellere -o ([SERV. '-o' 'ad -um'. *aliter* GLOSS.^L^ I Ansil. IB 22 genus virgulti, quod pastores pro flagello utuntur]. *cf.* CALP. ecl. 4, 32 viridi ... famem solarer -o). 10, 71 *poeta* gracili fiscellam texit -o (*cf. Theocr. 1, 52* σχοίνῳ). PALLAD. 11, 14, 11 *vinum* ex molli forte sic fieri: altheae, hoc est -i, folia *mitti.* **b** *specialiter in medicina* (*cf. supra l. 35. plerumque ad cataplasmata, unguenta, fomenta sim.*): CELS. 4, 31, 4 cataplasmata calfacientia imponere, maximeque -i radicem ex vino coctam (SCRIB. LARG. 82. 160 PLIN. nat. 20, 29. 26, 21 CHIRON 975. 980 MARCELL. med. 19, 4. *et saepe*). SCRIB. LARG. 80. PLIN. nat. 20, 29 folia eius ex aqua pota alvum solvunt *eqs.* PELAGON. 180 *al.* CHIRON 50 *al.* VEG. mulom. 2, 66, 2 *al.* MARCELL. med. 18, 2 -i suci (25, 15). 20, 47 *al.* Ps. APVL. herb. 38 l. 3. 6 *al.* THEOD. PRISC. eup. faen. 24 fomentum aquarum chalasticarum ex seminibus -i (51). gyn. 3 aqua -i. CAEL. AVR. acut. 3, 17, 151. chron. 1, 1, 13 vaporationes ... ex ... decoctione -i (4, 7, 95 -i radicis. 5, 10, 115). ORIBAS. eup. 2, 1 E 1. *et al.*

deriv.: hibiscalis. *Brandt.*

? NOT. Tir. 92, 52^a^ **hibria** (Hiberia *Kopp*).

hibrida, hibridicus, hibris *v.* hybr-.

[**hibulana** SCHOL. Pers. 2, 42 K. *cod. b 1* (bubula *rell.*) *pro* bubulina.] *H. H.*

***hic**, haec, hoc *pron. demonstr.* [hīc *ex* *ho-ce *vel* *he-ce, haec *ex* *hai-ce (*cf.* quae), hoc *ex* *hod-ce, hunc *ex* *hom-ce *etc.; cf. c. particulis encliticis sanscr.* gha, ha, *lituan.* -ga, -ge *sim., v. Brugmann, Grdr. II² 2, 345. cf.* hodie *al.* (*p. 2746, 78*). *J. B. H.*]

notatur per h *passim inde a* LEGE Bant. (CIL I² 582) 8 *al.; v. p. 2391, 59 et cf. Lindsay, Notae Lat. 34 sqq. 97 sqq.* NOT. Tir. 1, 80. 4, 23. 30. 31 *al. cf. p. 2694, 31. 2695, 9.* *de notione*: VARRO ling. 10, 30 *genera articulorum* partim sunt finita, ut 'hic haec', partim infinita, ut 'quis [et] quae'. PROB. inst. gramm. IV 133, 1 (*inter pron.* '*minus quam finita*'). DON. Ter. Ad. 312 'hanc' interdum pro qualitate, interdum pro quantitate accipimus, interdum pro utroque. gramm. IV 381, 7 pronomina ... ut 'quis' 'iste' 'ille'; articuli vero cum [pronominibus aut] nominibus aut participiis iunguntur, ut 'hic huius ...', et pluraliter 'hi horum ...'. haec eadem pronomina et pro articulis et pro demonstratione ponuntur (*cf.* CLEDON. gramm. V 15, 7 'hic' ... articulare praepositivum dicitur, quia praeponitur nomini ...; vel demonstrativum *eqs.* EXPLAN. in Don. gramm. IV 558, 24 POMP. gramm. V 203, 13 PRISC. gramm. II 579, 18. III 5, 8 [*deducitur a relativo graeco; cf.* 127, 1]. 31, 7. 500, 26 VIRG. gramm. suppl. 194, 17 GRAMM. suppl. 203, 25 CASSIOD. in psalm. 47, 15 p. 340^C^. *et al. cf. p. 2737, 46. 60*). CHAR. gramm. p. 205, 17 B. ⟨ego⟩ tu hic *eqs.* (*cf.* PRISC. gramm. II 577, 10 *inter tertiae pers. pron.*). p. 392, 13 'hunc' et 'istum' in proximo notat; 'illum' ostendit quidem longe stantem, sed in conspectu; 'eum' absentem refert (*cf.* PRISC. gramm. II 577, 19. III 142, 30 'ille' spatio longiore intellegitur, 'iste' vero propinquiore, 'hic' autem non solum de praesente, verum etiam de absente possumus dicere, ad intellectum referentes demonstrationem [*cf.* 142, 17]. 147, 8). GLOSS. ὅδε. οὗτος. is. iste. GLOSS.^L^ V Aa H 180 hos: ipsos. *cf. p. 2694, 53. 2695, 3.* *composita deformia*: CLAVD. MAM. anim. 2, 11 p. 142, 3 harumpiam scripturarum (*v. Engelbrecht, Unters. 98*). NOT. Tir. 4, 35 huiusquis ('*huiusque?*' *Kopp, cf. p. 2697, 61*). *cf. vol. VII 1, 180, 49 sqq.* (hidem *sim.*). *legitur inde a temp. antiquissimo* (? INSCR. for. Rom. *p. 2698, 75.* LEX XII tab. *bis* [Cic. leg. 2, 59 Fest. p. 273]. LIV. ANDR.) *per totam latinitatem. usurpatur tam pro subst. quam pro adi. de interitu quarundam formarum saeculis infimis paulatim facto v. imprimis Grevander, Unters. Chiron. 17 sqq. Schmalz-Hofmann⁵ 475.* [*francog. vet.* o. *M.-L.*]

[*in codd. confund. c.* is *passim, praecipue formae* hi — (i)i, his — (i)is *necnon* hae — eae, *v. imprimis H. Ziegel, De 'is' et 'hic' pron. quatenus confusa sint ..., Diss. Marburg 1897* (*nota e. g.* S. C. Trebell. [dig. 36, 1, 1, 2] neque in eos neque his dari, qui ...; sed his et in eos, quibus ...). *a quo tempore ipsi scriptores* hi *sim. pro* (i)i *sim. adhibuerint, non liquet, certe aevo cadente usus legitimus fuit* (*cf. p. 2732, 80 sqq.*). *in titulis iam inde a s. I occurrit*: LEX Malac. (CIL II 1964 *a. 81/4*) 1, 3 ex his, quorum nomine professio facta erit. 2, 19. 26 (*sed e. g. 1, 29* ex is, qui ... erunt). EPIST. praef. praet. ad Saepin. (CIL IX 2438 *ca. a. 168*) 4. CE 465, 8 (*fere s. II ex.*). CIL II 6278, 36 (*a. 176/7*). 41 his qui ... vel iis qui. III 12336 (*subscr.; a. 238/40*). VI 10247, 20 (*a. 252*). VIII 26416 III 4 (*act. Severi*) de his (eis *25943 III 6*) ... r⟨egionibus, quae⟩ *eqs.* (*cf. II 3* illis). X 114, 33.]

CONSPECTVS MATERIAE

CAPVT PRIMVM: *de scriptura, formis, prosodia sim.*

***pars prior de pron.* hic *in universum*:**
- I *de aspiratione: p. 2694, 18.*
- II *de formis in* -ce: *p. 2694, 26.*
- III *de compositis* (-ne, -que): *p. 2694, 82.*
- IV *de scriptura per duplicem* 'c': *p. 2695, 49.*
- V *soloecismi: p. 2696, 1.*

***pars posterior de singulis formis*:**
- I *singularis*: **A** *nom.: p. 2696, 23.* **B** *gen.: p. 2697, 32.* **C** *dat.: p. 2698, 3.* **D** *acc.: p. 2698, 74.* **E** *abl.: p. 2699, 19.*
- II *pluralis*: **A** *nom.: p. 2699, 62.* **B** *gen.: p. 2700, 65.* **C** *dat., abl.: p. 2701, 4.* **D** *acc.: p. 2701, 40.*

CAPVT SECVNDVM: *de notione.*

***pars prima*: hic *mera vi demonstrativum i. e.* δεικτικόν:**
- I *usu strictiore*:
  - **A** *de variis conspectui suppositis*: **1** *generatim: p. 2702, 13.* **2** *speciatim*: **a** *de iis, qui modo e scaena abierunt: p. 2703, 12.* **b** *plurali persona praesens cum sociis comprehenditur: p. 2703, 22.* **c** *de genere fere i. q. talis: p. 2703, 27.*
  - **B** *de prima persona*: **1** *de ipso loquente: p. 2703, 40.* **2** *fere i. q. meus: p. 2703, 82.*
  - **C** *de secunda persona fere i. q. iste, tuus, vester: p. 2704, 35.*
- II *usu latiore: de loco et eis, quae cum loco cohaerent*:
  - **A** *ap. scaenicos i. q. qui hic habitat: p. 2705, 9.*
  - **B** *vi demonstr. evanescente*:
    - **1** *spectat ad partes terrae vel mundi proximas*: **a** *de loco: p. 2705, 39.* **b** *de iis, quae ad locum pertinent: p. 2705, 52.* **c** *locutiones: p. 2706, 43.*
    - **2** *spectat ad ipsam terram vel ad totum mundum*: **a** *de mundo: p. 2706, 83.* **b** *de iis, quae ad mundum pertinent: p. 2707, 29.* **c** *locutiones: p. 2707, 54.*

***pars secunda*: hic *anaphoricum* (*pertinet ad memorata vel nota*):**
- I *usu strictiore: pertinet ad ea, quae in antecedentibus memorata sunt*:
  - **A** *generatim pertinet ad quaelibet ex anteced.*:
    - **1** *vario usu: p. 2708, 35.*
    - **2** *formulae explicativae* (hoc est *sim.*): *p. 2709, 1.*
    - **3** *in enuntiatis vel locutionibus enuntiata antecedentia per parallelismum resumentibus: p. 2709, 77.*

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *refertur ad partes orationis*: **a** *nomina: p. 2710, 29.* **b** *enunt. relat. sim.: p. 2711, 36.* **c** *enunt. a coniunctione incipientia: p. 2712, 29.* **d** *enunt. varia: p. 2712, 68.*

B *speciatim pertinet ad unum ex pluribus*:

1 *solum ponitur: p. 2713, 27.*

2 *formae bimembres*: **a** *alterum membrum repetitur: p. 2713, 77.* **b** *opp. adiectiva sim. varia: p. 2714, 41.* **c** hic — ille: *p. 2714. 66.* **d** hic — hic: *p. 2717, 14.* **e** hic — iste: *p. 2717, 61.* **f** hic — is: *p. 2717, 82.* **g** *pron. miscentur vel confund.: p. 2718, 9.*

3 *formae trimembres: p. 2718, 25.*

4 *forma quadrimembris: p. 2718, 54.*

5 *iuncturae: p. 2718, 58.*

II *usu latiore: pertinet ad ea, quae animo obversantur*:

A *vi generali signif. ea, de quibus agitur*:

1 *spectantur varia: p. 2718, 80.*

2 *spectantur ea, quae cum prima vel secunda persona arte cohaerent: p. 2719, 81.*

B *vi temporali*:

1 *de ipso tempore*: **a** *de praesenti: p. 2720, 41.* **b** *de proximo (praeterito, futuro): p. 2720, 63.*

2 *de variis rebus: p. 2721, 57.*

3 *de hominibus: p. 2722, 42.*

C *vi significanti fere i. q.* 'notus':

1 *usu generali: p. 2723, 38.*

2 *acced. notio q. e. solitus, vulgaris sim.: p. 2724, 5.*

III ***appendix rerum notabilium ad I et II:***

A *locutiones appositivae, explicativae, ellipticae sim.*:

1 *pertinet ad nomina: p. 2724, 81.* 2 *pertinet ad sententias verbales: p. 2725, 66.*

B *usu laxiore vel neglegenti: p. 2726, 79.*

C *acced. notiones secundariae*: 1 *fere i. q. talis: p. 2728, 16.* 2 *fere i. q. idem: p. 2729, 14.* 3 *fere i. q. tantus: p. 2729, 38.*

D *in orat. obl. pro secunda vel prima persona: p. 2729, 43.*

pars tertia*: hic *praeparativum (*pertinet ad ea, quae sequuntur*):

I ***vario usu*:**

A *generatim: p. 2729, 81.*

B *anticipative: p. 2730, 24.*

C *spectat ad partes orationis*: 1 *nomina: p. 2730, 59.* 2 *enunt. a coniunctione incipientia: p. 2731, 13.* 3 *enunt. varia: p. 2731, 84.*

D *appendix rerum notabilium ad A—C: p. 2732, 43.*

II *pertinet ad enunt. relat. sim.* (**hic** '*determinativum*'):

A *seq.* qui: 1 *vario usu: p. 2733, 10.* 2 *abl. mens.* hoc — quo: *p. 2733, 66.* 3 *in appositione: p. 2733, 83.* 4 *de prima pers.: p. 2734, 18.*

B *seq. pron. relat. varia: p. 2734, 27.*

C *seq. enunt. vices relat. servantia: p. 2734, 44.*

pars quarta*: hic *indefinitum (*pertinet ad quaelibet*):

I *in correlatione (c. oppos.)*:

A *in comparationibus, relationibus sim.: p. 2734, 71.*

B *in enumerationibus*: 1 *fere i. q.* ὁ δεῖνα — ὁ δεῖνα: *p. 2735, 15.* 2 *i. q.* ὃ μέν — ὃ δέ: *p. 2735, 38.*

C *locutiones sollemnes: p. 2736, 40.*

II *solum positum i. q.* ὁ δεῖνα:

A *in formulis generalibus: p. 2737, 5.*

B *significantius dictum: p. 2737, 19.*

***pars quinta: recentiora*:**

I *vice articuli definiti*:

A *adminiculum pronominale est: p. 2737, 72.*

B *plus minus abundanter ponitur*: 1 *vario usu: p. 2738, 25.* 2 *iuncturae* (hic idem, h. ipse, h. talis): *p. 2738, 49.*

II *in serm. philos. ad signif. individuum: p. 2738, 79.*

III *varia admodum dubia: p. 2739, 12.*

CAPVT TERTIVM: *syntactica et stilistica.*

I *de collocatione notabilia: p. 2739, 32.*

II *anaphora, geminatio, polyptoton: p. 2740, 36.*

III *de attractione genetivi: p. 2741, 52.*

IV '*ellipsis*' *substantivi: p. 2742, 1.*

V *de neutro notabilia quaedam*: **A** *de cas. obl.: p. 2742, 22.* **B** *acced. gen. partit.: p. 2742, 55.*

VI *augetur aliis pron. sim. per abundantiam* (hic ille, h. iste, qui h., h. similis): *p. 2742, 80.*

VII *locutiones adverbiales*:

A *iuncturae modales*: 1 huiusmodi: **a** *generatim: p. 2743, 61.* **b** *pro subst.: p. 2744, 11.* **c** *i. q.* '*hoc modo*': *p. 2744, 63.* 2 hoc modo (his modis): *p. 2744, 66.* 3 ad hunc modum: *p. 2745, 17.* 4 in hunc modum: *p. 2745, 28.* 5 secundum hunc modum: *p. 2745, 37.* 6 hunc modum: *p. 2745, 39.* 7 hoc pacto: *p. 2745, 43.*

B *locut. causales* (hoc, hoc ipso *sim.*, hac re, hoc ipsum): *p. 2745, 57.*

C hoc *fere i. q.* '*ita*': *p. 2746, 56.*

D propter hoc *i. q.* '*propterea quod*': *p. 2746, 67.*

E hoc quidem — hoc autem (vero) *i. q.* '*modo — modo*'. *p. 2746, 70.*

CAPVT PRIMVM

de scriptura, formis, prosodia sim.

(*de declinat.*: PROB. inst. gramm. IV 133, 1 sqq. POMP. gramm. V 209, 16 GRAMM. suppl. 141, 17. *e litteris nomino in univ.: Neue-Wagener II^3 411 sqq. Sommer, Handb.$^{2.3}$ 422 sqq. 449 sq. al. Stolz-Leumann^5 285 sq. al.*)

***pars prior de pron.* hic *in universum*:**

I *de aspiratione*: *testantur* h: TER. MAVR. 218. 793 PRISC. gramm. III 6, 19 GRAMM. suppl. 293, 17. 299, 2 ISID. diff. 1, 281. *non aspiratur* (*cf. etiam* TAB. devot. Audollent 138 [CIL I^2 1013] ^{h}anc (h)ostiam): TAB. devot. CIL I^2 2541 I 7 (*Pompeis*) aec (*cf.* TAB. devot. Audollent 135^A, 10 [*s. II/III*] in as tabelas [135^B, 8]. 251 [*s. II*] *al.; nota* 293^A, 8 ex anc die ex anc ora ex hoc momento. 293^B, 4. *v. Jeanneret, Tabl. d'exécr. 40*). CE 516, 9 (*acrostich., s. II/III*) anc. CIL XI 5750, 11 (*a. 260*). *et saepe.*

II *de formis in* -ce (*cf.* hicine *infra l. 83*): **A** *de scriptura sim.*: -que (*v. Löfstedt, Verm. Stud. 42; aliter p. 2695, 42*): *p. 2697, 5. 36. 61. 2700, 73. 2701, 21. saepius var. l.; cf. infra l. 51.* *abbrev.* (*dub. p. 2700, 4*): -sc: *p. 2697, 57. 2699, 78. 81. 2700, 48. passim in codd.* PLAVTI, *v. F. Schmidt, Quaest. (infra l. 59) 40 sqq.* -sq: *p. 2697, 66.* NOT. Tir. 4, 25 hisce. 4, 33 huiusce. 8, 85 hosce. 8, 86 hasce.

B *de doctrina* GRAMM.: QVINT. inst. 9, 4, 119 (*de plena oratione*) 'per hosce dies' (*Cic. Verr. II 1, 1*) ...: cur 'hosce' potius quam 'hos'? neque enim erat asperum. rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius (*cf. infra l. 43*). MAR. VICTORIN. gramm. VI 16, 2 ab hocce et ab hacce fit huiusce (*v. Keil ad l.*). EXPLAN. in Don. gramm. IV 516, 4. PRISC. gramm. II 592, 18 'ce' quoque solebant per omnes casus vetustissimi addere articularibus vel demonstrativis pronominibus, hoc est ab aspiratione incipientibus, ut 'hicce, huiusce, haecce, hocce', unde 'hoc' ... solent poetae producere *eqs.* (*v. p. 2695, 65*) ...; nunc vero eorundem pronominum his casibus frequenter additur 'ce', qui in s desinunt, euphoniae causa (*cf. p. 2699, 73*): 'huiusce, hi-ce, hosce, hasce'. nec solum poetae, sed etiam oratores his utuntur supra dictis adiectionibus *eqs.* (*affert Cic. Catil. 2, 21; deinde agit de nom. pl.* hisce. *cf.* III 5, 19. CASSIOD. [*ex Curtio Valeriano*] gramm. VII 156, 8 [*testatur adhuc solam formam* huiusce *servari*]. GRAMM. suppl. 227, 21). 593, 23 'egomet, tute, suapte, huiusce' minime dicenda sunt composita, quia additio, si separetur, nihil significare possit per se (*cf.* GRAMM. suppl. 140, 10 multa ... pronomina componuntur, ut egomet tumet hicce haecce hocce [hicque -que -que *cod.*] quisquis *eqs.*). GLOSS. V 317, 16 osce. os est sed Romani invenerunt syllabam. *cf. p. 2695, 50 sqq. 2698, 8.* GLOSS.^{L} I Ansil. HI 193 hisce: [h]istis. II Abav. HA 22 hasce (hascine *Linds.*): has autem (HU 2. V Aa H 39. 181). HU 4 huiusque (-cine? *Linds.*): huius vero (V Abba HU 4. Aa H 199 GLOSS. IV 412, 30). Philox. HU 2 huiusce: τουτου[τ]ί.

C *de usu*: 1 *ap. scaenicos* (*cf. F. Schmidt, Herm. 8, 1874, 478 sqq. Quaest. de pron. demonstr. formis Plaut. 1875, 5 sqq. Studemund, FlJb. 113, 1876, 57 sqq.*): huiusce, hisce (*nom., dat., abl.*), hosce, hasce *fere ante vocal. et* h (*v. infra sub sing. form.*). 2 *ap. poetas ceteros*: *in synalipha*: LVCIL. 49 ⟨h⟩isce abdomina. 535 CIC. Arat. 285. 296 LVCR. 4, 547. 6, 211. *ante cons. syllaba* -ce *integra* (*in fine versus: infra l. 65*): ENN. ann. 234 haece locutus. CE 3, 3 (*tit. Mumm.*). LVCR. 3, 35. 6, 647. HOR. sat. 1, 3, 70 hisce. 1, 4, 6 APVL. carm. frg. 3, 4 TER. MAVR. 102 CE 19, 3 PRVD. cath. 8, 49 perist. 10, 496. 711 c. Symm. 2, 880 CE 104, 2. 3 *in sermone pedestri (tam ante cons. quam ante voc.)*: *in titulis vett. (cf. Ritschl, Opusc. IV 89. 132 sq.): formae in* -ce, *etsi hic illic solae leguntur* (S. C. de Bacch. [*ante voc.*], LEX Bant. [*ante cons.*]. *al.*), *non iam constanter adhibentur. pugnant cum formis curtis e. g. his locis*: LEX repetund. (CIL I^2 583) hace *saepe, sed* 12 hac. LEX Vrson. (CIL I^2 594) huiusce (-que) *ter vel quater, sed* 93, 20 huius, *ceterum etiam* his, hac, harum. *ap. scriptores maxime formae* huiusce (*creberrime; solam hanc ex formis in* -ce *cadentibus adhibent e. g.* VAL. MAX., QVINT.; *cf. supra l. 48*), hisce (*dat., abl.*), hosce, hasce *in usu sunt (cf. supra l. 44; v. et l. 31 sq.). adhibentur praecipue plenae orationis gratia (cf. supra l. 34. 43), quod agnoscere licet his numeris*: CIC. S. Rosc. 20^{ies} (*v. Landgraf^2 p. 21*), *cett. oratt. ca.* 100^{ies}, *rhet.* (inv., de orat.) 12^{ies}, *phil.* 5^{ies} (*praeterea in nom. propr.* leg. 2, 28), *epist.* 5^{ies}. APVL. apol. 14^{ies}, *cett. opp.* 10^{ies}.

III *de compositis*:

A *acced.* -ne *interrog. vel affirm.*: CHAR. gramm. p. 204, 12 B. *inter pron. composita* (*cf.* GRAMM. suppl. 139, 16). GRAMM. suppl. 140,

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

18 sunt item pronomina interrogativa conposita cum adverbio interrogandi 'ne', ut hicine haecine hocine; sic enim dicimus hicine, quasi hicne, haecine haecne, hocine hocne (*cf.* 205, 5). GLOSS.^L I Ansil. HA 40 hacine (ho-?): hoc ergo (III Abol. HI 23 hiscine: e. illis. IA 14 ⟨h⟩icine e. (i)ste vel non [*i.* num] (i)ste). 78 hancine: istam vero (HO 4. 153. HU 49. *passim*). 109 hascine: has autem (II Abav. HI 17 hiscine: ipsius [*i.* -is] a. [= V Aa H 142]. V Aa H 153 hocne: hoc a.). HE 36 haecine: ista. II Philox. HU 9 huncine: τοῦτον. GLOSS. II 457, 53 τουτονὶ ἄρα huncine. NOT. Tir. 4, 26 hisne (*cf.* 4, 34 huiusne. 8, 87 hosne. 8, 88 hasne). 4, 27. 8, 82. 89 sqq.

1 *de usu formarum in* -ne: *leguntur saepius ap.* PLAVT., TER., CIC. (*orat.* 9^ies^, *rhet. bis, phil.* 8^ies^, *epist. ter*), HOR. sat. (*bis*), PROP. (*bis*), OV. (*bis*), LIV. (8^ies^ *in decade I^a^ et p. 2698, 18*), SEN. trag., LVCAN., VAL. FL., STAT., QVINT. decl., FRONTONEM, APVL., TERT., IVL. VAL., *al.; singulis locis ap. hos:* PACVV., ACC., TRAG. inc., LVCIL., SALL., SEN. contr., VAL. MAX., CVRT., PERS., MART. *iuxta ponitur merum* hic: TER. Ad. 408 haecin flagitia facere te, haec te admittere *eqs.* (*cf.* CIC. fin. 3, 12 hosne ... et hanc eorum ... sententiam. LIV. 8, 5, 9. 10, 17, 5. PERS. *p. 2734, 75.* VAL. FL. 7, 417 STAT. Theb. 10, 270 *al.* APVL. apol. 84). 709 hic non amandus, hicine non gestandus in sinust? (*cf.* AVG. in psalm. 63, 16 p. 769 hoc erat illud ...? hoccine erat ...? hoccine erat illud ...?). 758 hancin vitam, hoscin mores, hanc dementiam (*cf.* CIC. Verr. II 5, 62). CIC. Verr. II 5, 157 haecine ... condicio, haec ... spes, hoc ... discrimen? (*cf.* LVCAN. 2, 221 STAT. Theb. 9, 381. 11, 723). SEN. Herc. O. 1235 sqq. STAT. Theb. 3, 369.

2 *de ratione, quae inter* hicine *et* hicne *intercedit:* hicne *sim. non legitur ante* CIC. inv. 2, 45 (huiusne). CIC. *formis in* -ce *cadentibus, quibus adhuc utitur* (huiusce, hisce, hosce, hasce), -ne *addere aspernatur, ceterum formis in* -ine *et* -ne *promiscue uti videtur: habet ergo e. g.* hocine *et* hocne, hōcine *et* hōcne, *sed tantum* huiusne, hisne, hosne, hasne (*cf. supra l. 9*). *alii omnino sive has sive illas formas repudiant, habent e. g.* STAT. -ne, APVL. -ine *tantum. poetae hic illic metro indulgent, cf.* PROP. 1, 17, 8 haecine ... arena, *sed* 4, 3, 11 haecne ... fides. *mirum* CE 627, 11 *et* 12 h(a)ecne, *ubi* haecine *iustos efficit numeros.*

3 *varia:* *de ictu ap. scaenicos vet.:* hicín(e) *sim.*: PLAVT. Amph. 514. Merc. 753 (*in I^o^ pede iamb., item:* Most. 9. 25. 26. 27. 508 Trin. 186 TER. *11^ies^. cf. Fraenkel, Iktus 184 sq.*). Rud. 189. 190 TER. Hec. 282. 771 Phorm. 1013 Ad. 379. 610^a^. hócín(e): PLAVT. Asin. 128 (*cret.*). *de scriptura per* -cc- *v. infra l. 49 sqq.; de apocope Dziatzko-Hauler ad Ter. Phorm. 210 Anh.*

B *acced.* -que *copulat. (aliter p. 2694, 27): v. s.* que. *nota post* c (*cf. Madvig, Cic. fin.*^3^ *p. 677*): APVL. Plat. 1, 18 hancque (2, 23 IVL. VAL. 2, 38 p. 109, 12. HIL. in psalm. 147, 4 p. 856, 10 [*?; G,* hanc namque *R, edd. vett.*]. AMM. 30, 9, 2). CIL XI 6335, 21 (*a. 256*) hocque testimonium (AMM. 17, 5, 7 *al.* COD. Iust. 1, 17, 2 pr. *al.*). AVIEN. Arat. 1478 hōcque (AMM. 14, 5, 8 *al.* COD. Iust. 1, 17, 1, 2 *al.*). AMM. 14, 2, 3 haecque *n. pl.* (20, 4, 15 *al.*). 14, 6, 13 hacque (19, 6, 11 *al.*).

IV *de scriptura per duplicem* 'c': hocc(e), hoccine *sim.* (*cf. Stolz-Leumann*^5^ *285 sq.*): VEL. gramm. VII 54, 6 cum dicimus 'hic est ille', unum c scribimus et duo audimus, quod apparet in metro ...; ergo scribendum per duo c 'hoc erat ...' (*Verg. Aen. 2, 664*) aut confitendum quaedam aliter scribi, aliter enuntiari. TER. MAVR. 1659 c geminum, quoniam sermónis regula poscit ut fiat 'hicce' plena vox, ⟨si⟩ excluditur vocalis, dabitur *eqs.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 22, 17 (*v. Keil ad l.*) hicce et hocce pronominibus, si vox sequens a vocali incipiat, e novissimam detrahetis, ut 'hic⟨c⟩ alienus ...' (*Verg. ecl. 3, 5*). et '... hicc (hic *A*) est' (*Aen. 11, 16*). et 'hoc⟨c⟩ erat ...' (*ibid. 2, 664*). et 'hocc Ithacus • velit' (*ibid. 2, 104*). 27, 7. 30, 27 sqq. (= CHAR. gramm. p. 12, 22 sqq. B. *cf.* VLT. SYLL. gramm. IV 258, 25 sqq.). 36, 8. 19. 37, 18 DIOM. gramm. I 430, 13 sqq. SERV. Aen. 6, 791. SERV. auct. ecl. 7, 29 ('caput hoc apri') multi per duas c scribi volunt propter metrum. VLT. SYLL. gramm. IV 221, 32 sqq. MALL. THEOD. gramm. VI 587, 20 sqq. POMP. gramm. V 119, 13 sqq. PRISC. gramm. II 592, 22 (*p. 2694, 38*) et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis c scriptum, quomodo est ... in Andria (*625*): 'hoccine ...'. III 6, 5 sed scriptorum neglegentia praetermisit unum c. FIN. METR. gramm. VI 230, 22. 242, 15 GRAMM. suppl. 227, 19 sqq. *cf. p. 2694, 33 sqq.*

scriptura hocc, *quam* GRAMM. *haud sine ratione postulant (v. p. 2697, 22) dicentes eam 'in antiquissimis codicibus' inveniri (supra l. 65), sed a scriptoribus neglegi (l. 67, cf. l. 51), saepius in codd.* (PLAVT. Mil. 1025 hocc. GLOSS. hocce [*falso:* QVINT. decl. 344 p. 358, 15, *ubi* hoc certe *edd. vett.,* hoc *Ritter*]; hoccine *passim*) *nec non in titulo legitur* (CIL VIII 17938 [*tab. lusoria*] occ est [*sed ibid.* oc anas; *utroque loco senae litterae esse debebant, v. E. Hoffmann, De tit. Afr. lat. quaest. phon., Diss. Breslau 1907, 50*]). *non minore suo iure (v. p. 2696, 65) postulant* hicc, *quod legitur* CE 1533, 3 (*s. I/II*) hicc est (*cf.* hiccine *in codd.*: PLAVT. Persa 544 *P* [*contra metrum, item* 846]. CIC. epist. 2, 10, 2 LIV. 1, 3, 2 *var. l.* APVL. apol. 63 VVLG. I reg. 21, 15). *inepte alias quoque formas per cc scribi volunt, quam doctrinam fort. posteriores scriptores, certe hic illic librarii sequuntur. de titulis non constat:* CIL VI 30837^b^, 1 (*a. 84/96*) hancce (hanc 30837^a^, 1). CE 104, 2 hōcce (hōce *tradunt alii*).

V *soloecismi selecti (de* HIPPOCR. aer. *v. Wenz, Quaest. gramm. ..., Diss. Marburg 1935, 29; de* GREG. TVR. *Bonnet 386 sq.):* *confund. genera:* ? CIL I^2^ 1218, 4 (= CE 67, 2) locum (*pro neutr.*) hoc (1638, 4. IV 6641. *cf.* XII 1553, 1 in hoc tumolum requiescit. *al.*). INSCR. RevA. VI 2, 1933, 392 nr. 90 (*a. 233*) honc Augustium (*pro masc.*) ... fabricaverunt (*cf.* CIL III 2632 hunc sepulcrum. 14524, 4 in hunc monumentum. *al.*). VVLG. II Macc. 9, 13 haec (hoc *cod. Amiat.,* hic *edd.*) scelestus (*gr.* ὁ μιαρός. *cf.* VISIO Pauli 20 p. 21, 30 haec [hic *James*] est Enoc. 49 p. 40, 15 *al.* CIL VIII 14439, 1 hec titulus [*v. edd. ad l.*]. *cf. infra l. 24*). GREG. TVR. Franc. 3, 31 p. 134, 18 hic (*pro* '*haec*'; haec *cod. unus. cf.* CIL XIII 2474^b^ 1. *adde infra l. 28?*). *casus:* CIL I^2^ 766 (*Pompeis*) haec (*pro* '*hanc*') nave(m) pinxsiit (*cf.* VIII 22660, 4 hec memoriam feceru⟨nt⟩ [22661, 3. *v. et* 25040, 4 memoria hac fecit. INSCR. Schober, Die röm. Grabsteine v. Noricum u. Pannonien 45 (*s. II/III*) memoriae hec meruit. *cf. p. 2699, 10*]). TAB. devot. Audollent 286^B^ 3 (*s. III*) ex anc ora ex anc die (291^A^ 8 *al. cf.* CIL V 8776, 1 in hanc arca iacet. *al.*). CIL XI 1540, 1 in hunc loco ... requiscit (*cf.* XIII 7200, 1 in h. tumulo. 7201, 1 in h. titolo. *al. v. O. Prinz, De O et U ..., Diss. Halle 1932, 138 sq.*). XII 2193, 5 (*a. 527*) de haec luce megravit.

pars posterior de singulis formis:

I ***singularis:*** **A** *nom.:* **1** *masc.* **hic:** **a** *de script. et formis:* hec: ELOG. Scip. CE 6, 5 (*sed* 4 hic). *cf. supra l. 7.* hicc: *p. 2695, 78.* hi: INSCR. christ. Diehl 3732^A adn.^; *in codd. trad.:* TVRPIL. com. 139 (Prisc. gramm. III 426, 2) hi quidem (PLIN. nat. 32, 25 [hii *var. l.*]. *cf.* GAIVS inst. 3, 206 hi quoque). DIOSC. 4, 184 p. 91, 14. ? ic (*pro* haec): INSCR. christ. Diehl 3645^D^ (*v. Diehl III p. 532; fort. adv., cf. vol. V 1, 1954, 2*).

compos.: hicine: PLAVT. Epid. 541 *al.* TER. Andr. 478 *al.* PACVV. trag. 119 (hec- *var. l.*). TRAG. inc. 93 (haec- *var. l.*). CIC. Mil. 104 (hicne *C*). epist. 2, 10, 2 LIV. 1, 3, 2 (hicne *D*). 4, 19, 3 MART. 6, 63, 7 APVL. apol. 63. 100. *et al.* hicne: STAT. Theb. 1, 189 *al.* Ach. 1, 938.

b *de prosodia:* *de differentia inter* hĭc *pron. et* hīc *adv.*: DON. gramm. IV 380, 24 hic correptum pronomen est, productum adverbium loci. SERV. Aen. 9, 203 gramm. IV 444, 20 VLT. SYLL. gramm. IV 246, 15 CLEDON. gramm. V 15, 7. 52, 27 POMP. gramm. V 208, 6 GRAMM. suppl. 203, 27. 212, 4. 293, 20 VIRG. gramm. epist. 1 p. 115, 1. *cf.* VLT. SYLL. gramm. IV 235, 3 nominativo singulari masculino sive neutro genere eadem syllaba brevis est. *de productione:* MAR. VICTORIN. gramm. VI 31, 2 pro brevi bis fere tantum (*sc. apud Vergilium*): nam ut longa sit et ipsi et omnibus usitatum est (= CHAR. gramm. p. 12, 29 B. *cf.* VLT. SYLL. gramm. IV 258, 34). *cf. p. 2695, 50 sqq.*

α breve usurpatur: (I) *ap. scaenicos vett.:* *ubique, e. g. in arsi* PLAVT. Capt. 39 híc illius hódie, *in thesi* PLAVT. Mil. 1082 (*anap.*) hic habéret (*v. Luchs, Comment. prosod. Plaut. I 1883, 3 sqq.; falso longum trad.:* PLAVT. Amph. 300; *dub.:* AFRAN. com. 135). *cave longum intellegas his locis:* PLAVT. Amph. 742 iám hic (*v. vol. VII 1, 79, 75. sic anteced.* '*hiatus prosod.*': Capt. 805 Epid. 307 Pseud. 284 *P.* Rud. 1100. *cf. infra l. 54*). Asin. 456 (*in diaeresi*). Capt. 547 Hégió | hĭc. Epid. 291 (*loco* '*Jacobs.*', *nisi in arsi dissol., item:* Mil. 348 Persa 830. *fort. c.* '*hiatu prosod.*': Pseud. 1018 Stich. 343 TER. Haut. 802). hĭc quidem (*v. Luchs, Comment. prosod. II 1884, 7 sqq. Vollmer, SBMünch. 1917, 12 sqq.* *scrib.* hi q.: *supra l. 26*): PLAVT. Capt. 823 (*troch. sept.*) hĭc q. habĕt *et ubique praeter* PLAVT. Poen. 1125 (*interpol., v. Leo ad l.*). (II) *in dactylis:* LVCR. 2, 387 nŏster hic ĕ (*post I^um^ trochaeum, item:* 2, 1066. 4, 921. VERG. Aen. 4, 22 solus hic [CLAVD. 24, 39 CE 1801, 3]. 6, 791 hic vir hic est [= PAVL. NOL. carm. 25, 211]. SER. SAMM. 719 [*sed longum in arsi* 127]. PS. DAMAS. epigr. 72, 2 [*pentam.*]). 6, 9 vīdit hic ăd. TIB. 1, 10, 39 laudāndus ⌊hic ĕst⌋ (⌊ ⌋ et hic *recc.*, '*ad brevem syllabam ... tollendam*' *Levy*).

β producitur ad analogiam neutr (non ᵒhīc, *sed* hicc *intellegendum est, cf. p. 2695, 78 et v. Skutsch, Kl. Schr. 77 sqq.):* (I) *in dactylis (in thesi non ante* VERG. Aen. 2, 554. 9, 205 *al.* HOR. ars 345 OV.): ? PS. ENN. ann. 124 hīc idem. LVCIL. 117 hīc est. 422. 1018. 1022 CIC. Arat. 113. 362 LVCR. *14^ies^* VERG. *14^ies^* CIRIS 262 HOR. *20^ies^* TIB. 3, 12, 20 PROP. *7^ies^. et passim.* (II) *in variis metris (in thesi non ante* SEN. trag.): VARRO Men. 121 (*sen.*). 205 *bis* (*troch. oct.*). CATVLL. 6, 9 (*hendec.; v. app. crit.*). *et passim.*

2 *fem.* **haec:** **a** *de script. et formis:* hec: CIL II 20, 6. VIII 839. 18552. *et passim.* ec: CIL III 7582 (?). 14886 (?). VIII 2079 (*cf. add. p. 942*). he: CIL VIII 20478, 5 (*a. 324; ibid.* 4 hec). ? haecce: AVG. serm. coll. Morin p. 637, 14 (ecce *cod.*). *falso trad.:* GAIVS inst. 1, 103 (ecce *Hollweg*).

compos.: haecine: PLAVT. Amph. 362 *al.* TER. Hec. 771 Phorm. 1013 CIC. Verr. II 5, 157. PROP. (*p. 2695, 34*). APVL. apol. 63 TERT. resurr. 9 p. 37, 28. *et al.* haecne: PROP. (*p. 2695, 34*). SEN. Herc. O. 1243 Phaedr. 1269.

b *de prosodia:* VLT. SYLL. gramm. IV 235, 4. *corripitur:* *in* '*corrept. iamb.*': PLAVT. Epid. 620 (*troch.*) séd quis haec ést (*in thesi, item:* Persa 200 *al.*). Stich. 237 (*sen.*) quís haec (*in arsi,*

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

item: Truc. 335). haec quidem: PLAVT. Mil. 1259 (*aliter Luchs l. c. [p. 2696, 55] 8 sq.*). *dub. in 1° pede iamb.* (*v. Fraenkel, Iktus 298, 5*): NAEV. com. 129 PLAVT. Cist. 43 Rud. 827 TITIN. com. 181.

3 *neutr.* **hoc** (*nom. et acc.*): **a** *de script. et formis*: hoce: S. C. de Bacch. (CIL I² 581) 26 CIL I² 42. 1847, 2. hocque: CE 787, 54 (*ca. s. IV*). *cf. p. 2694, 51.* huc (*v. Prinz l. c. [p. 2696, 19]; dub.*: CIL XI 1790, 3 huc titulum [*pro* 'hunc'?, *cf.* INSCR. christ. Diehl 3727C adn. (*a. 468*) huc locum]. CE 1381, 11 *a. 552*): CE 2, 5 LEX vic. Furf. (CIL I² 756) 16 GLOSS. II 457, 52. ?uc: INSCR. NSc. 1914 p. 402 nr. 19 cus uc le<se>rit. oc: CIL III 459A, 19. IV 4600. V 8752, 4. *et al.* occ, hocce: *p. 2695, 70.* ho: GLOSS.L II Philox. HO 1 ho: τοῦτο. <h>oci: CIL VIII 11520, 20. *compos.*: hocine: PLAVT. Amph. 514 *al.* TER. Andr. 186 *al.* ACC. trag. 96 (hoc in re *codd.*). CIC. Phil. 1, 26 (hoc enim *V²D*). LIV. 6, 17, 3. 6, 40, 18 SEN. Phaedr. 1110. *saepius* QVINT., FRONTO, APVL. *et al.* hocne: CIC. Att. 13, 16, 2 (hocine *Wesenberg*). STAT. Theb. 5, 633 GLOSS. (*p. 2695, 7*). hocque: *p. 2695, 46.*

(I) *in neutram vel bonam partem*: CIC. Verr. II 2, 191 *oratores veteres* non ingenio solum his patronis, sed fortuna etiam praestiterunt. Cael. 36 (*v. Klotz ad l.*). Balb. 40 *Gaditani* testantur et mortuos nostros imperatores ..., Scipiones, Brutos, Horatios, Cassios, Metellos, et hunc praesentem Cn. Pompeium. Brut. 248 de his ... oratoribus, qui hodie sunt (*cf.* leg. 3, 29 non ... de hoc senatu nec his de hominibus, qui nunc sunt, sed de futuris). Cato 14 hi consules (*i. huius anni.* Att. 4, 16, 5. 7, 20, 1. *cf.* 6, 7, 2 magistratibus). epist. 6, 6, 12 non solum veterum, sed horum etiam recentium. CATVLL. 24, 2 qui flosculus es Iuventiorum, non horum modo, sed quot aut fuerunt aut posthac aliis erunt in annis (*cf. p. 2721, 83*). NEP. Eum. 8, 3. HOR. sat. 1, 3, 30 minus aptus acutis naribus horum hominum.

(II) *per contemptum*: PLAVT. Trin. 295 hi mores maiorum laudant, eosdem lutitant quos conlaudant (*cf.* 293 hoc genus hominum). CIC. de orat. 2, 19 ne Graeci quidem ..., qui in civitatibus suis clari ... fuerunt ..., horum Graecorum, qui se inculcant auribus nostris, similes fuerunt. 3, 54 horum, qui nunc ita appellantur, rhetorum. 3, 62 hi, qui nunc voluptate omnia metiuntur (*Epicurei. cf.* fin. 2, 82 horum recentiorum [*opp.* ipso illo *Epicuro*]. Tusc. 3, 40 a gravibus illis antiquis philosophis ..., non ab his voluptariis. div. 1, 62 hos minutos philosophos [*opp. Plato, Socrates*]). Tusc. 3, 45 *Ennius* ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. epist. 3, 12, 1 non horum temporum, non horum hominum atque morum negotium (ad Q. fr. 3, 9, 1 nihil est ... perditius his h., his temporibus). VARRO rust. 1, 13, 6 si potius ad antiquorum diligentiam quam ad horum luxuriam derigas aedificationem (*cf.* 1, 13, 7).

β de mortuis (*cf. p. 2723, 15 sqq.*): CIC. Verr. II 3, 209 Africanos ... et Catones et Laelios commemorabis ...? ... an ... proferes hos recentes, Q. Catulum patrem, C. Marium, Q. Scaevolam, M. Scaurum, Q. Metellum? ([*de Met. non constat*]. *per seriem ut*: Mur. 17 non modo Curiis, Catonibus, Pompeis antiquis illis ..., sed his r. Mariis et Didiis et Caeliis. *cf.* PLIN. epist. 8, 6, 2 non dico illi veteres, Africani, Achaici, Numantini, sed hi proximi, Marii, Sullae, Pompei [paneg. 11, 4 *opp.* illos veteres et antiquos]). Sull. 23 nemo istuc M. illi Catoni seni ..., nemo Ti. Coruncanio, nemo M.' Curio, nemo huic ipsi nostro C. Mario ... obiecit umquam. de orat. 3, 71 veterem illum Periclem aut hunc etiam, qui familiarior nobis ... est,

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Demosthenem (*cf. infra l. 38 sqq.*). LIV. 7, 40, 11 non ... patres avique vestri, non illi qui in Sacrum montem secesserunt, non hi (hii *P*), qui postea Aventinum insederunt.

b *specialia*: *α in distinguendis personis eiusdem nominis i. q. 'iunior' (fere etiam eiusdem praenominis, v. Cichorius, Unters. Lucil. 309 sq.; diversi infra l. 11. 28.* *acced.* minor, recentior, noster. *cf. p. 2705, 62*): (I) *de vivis*: CIC. Verr. II 4, 56 L. Pisonem ..., huius L. Pisonis, qui praetor fuit, patrem (de orat. 2, 265 M. Cicero senex, h. viri optimi, nostri familiaris, p. [nat. deor. 1, 79]. *cf.* nat. deor. 2, 6 P. ... Vatinius avus huius adulescentis). de orat. 1, 170 (*post verba de P. Scaevola facta*) hic, qui mecum consul fuit, filius eius (*Q. Mucius Scaevola*). fin. 2, 58 Sextus Peducaeus Sex. F., is qui hunc nostrum reliquit ... filium. Cato 50 huius P. Scipionis, qui his paucis diebus pontifex maximus factus est (*aliter infra l. 16 sqq.*). (II) *de mortuis*: CIC. Verr. II 5, 25 neque ad illius superioris Africani ... celeritatem neque ad huius, qui postea fuit, singulare consilium (*de Scipione minore, item*: Arch. 16 hunc ..., quem patres nostri viderunt, ... Africanum [*opp.* illis temporibus doctissimum, ⟨M.⟩ Catonem illum senem]. de orat. 2, 270. Brut. 77 hunc minorem Scipionem [*opp.* superiore Africano]. rep. 1, 14. off. 1, 121 superioris filius Africani, qui hunc Paulo natum adoptavit. *cf.* FAV. EVL. p. 1, 16. *aliter supra l. 14*). Phil. 11, 17 C. Laelium, huius Sapientis patrem (illius *Ernesti, Schoell; def. Sternkopf, WklPh. 1916, 885 sq.*). off. 3, 66 M. Cato ..., huius nostri Catonis pater (*Uticensis. cf.* SEN. epist. 104, 29 recentiorem. QVINT. inst. 11, 1, 35). (III) *incert.*: LVCIL. 413 Luci[li]us Cotta senex, crassi pater huius ([*L. Cottae; per convicium, cf. Cichorius, Röm. Stud. 77 sqq.*]. 418 Quintus Opim⟨i⟩us ille, Iugurtini p. h. [*L. Opimii; item ut supra, cf. Cichorius, Unters. 89 sqq.*]. SEN. suas. 2, 19). VELL. 2, 43, 4 sub Vetere Antistio, avo huius Veteris consularis *eqs.* (*inconsiderate v. Rohden, RE I 2559, 7. cf.* 2, 72, 3). *adde*: SEN. contr. 1, 8, 16 Aeschines, non ille orator ..., sed hic ex declamatoribus novis (nobis *codd.*). *cf. p. 2705, 62.*

β per hic *et* ille *signif. status praesens et pristinus eiusdem personae*: CIC. Att. 8, 7, 2 cum illo Pompeio, qui tum erat ...; cum hoc vero, qui ante fugit, quam scit aut quem fugiat aut quo *eqs.* BRVT.(?) Cic. ad Brut. 1, 16, 10 OV. epist. 9, 24.

C ***vi significanti fere i. q. 'notus'***: **1** *usu generali*: **a** *de hominibus* (*cf. p. 2722, 42 sqq.*): *α nominatim signif. familiares, noti, celebres* (*infamis: infra l. 49*): LVCIL. 422 Cassius Gaius hic operarius, quem Cephalonem dicimus *eqs.* CIC. de orat. 1, 57 M. Marcellus hic noster. 2, 246 huic lusco familiari meo, C. Sextio. Brut. 212 hic Scipio collega meus. nat. deor. 3, 42 (*plures traduntur Hercules*) sextus hic ex Alcmena quem Iuppiter genuit. off. 3, 74 M. Satrium ... — hunc dico patronum *eqs.* (Att. 2, 3, 3 PLIN. epist. 2, 20, 2. *cf.* PERS. 4, 27). Att. 2, 24, 4 (*v. Cichorius, Festgabe Bezold 1921, 68*). 4, 8ª, 3. 12, 5ᵇ. 15, 29, 3 epist. 9, 21, 3. ad Brut. 1, 15, 6 Caesarem hunc adulescentem (*Octavianum*), per quem adhuc sumus. ? CIL VIII 2170, 7 (*s. III*) quievit ab hoc Capeliano captus (*v. l. 40*).

β per circumscriptionem vel adumbrationem i. q. 'der bewußte': (I) *vario usu*: RHET. Her. 4, 49, 63 (*describ. 'effictio'*) 'hunc, iudices, dico, rubrum, brevem, incurvom ..., cui sane magna est in mento cicatrix, si quo modo potest vobis in memoriam redire'. 4, 50, 63 *puerum* hunc unum, quem ego novi — vos non arbitror — *eqs.* HOR. ars 140 SEN. apocol. 3, 3. (II) *de personis vitae publicae* (*fere in serm. epistolari*): CIC. off. 2, 23 huius tyranni (*Caesaris. cf.* 2, 84 hic nunc victor, tum quidem victus. Att. 7, 5, 5 reliquum est iocari, si hic sinat. 8, 9ª, 2 hoc τέρας. 8, 13, 2 illum [*Pomp.*], quo antea confidebant, metuunt, hunc amant, quem timebant [*cf.* 9, 13, 4]. *passim.* ATT. Cic. Att. 9, 10, 7. 9). Att. 2, 5, 1 his mittentibus αἰδέομαι Τρῶας *eqs.* (*triumviris. cf.* 2, 9, 1 dynastis. ad Q. fr. 1, 2, 16 regum). 2, 9, 1 hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem (*Pomp.*). 9, 7, 1 sic ... video, nec duobus his vivis (*Caes. et Pomp.*) nec hoc uno (*Caes.*) nos umquam rem p. habituros. 10, 10, 5 hic ... Cytherida[m] secum lectica ... portat (*Antonius. cf.* 15, 22. 10, 28, 1 pestis). 11, 15, 1 hi (*Pompeiani*). *ibid.* cui (*sc. mihi*) neque ad illos (*Pompeianos*) reditus sit neque ab his ipsis (*Caesarianis*) quicquam ad spem ostendatur (11, 16, 3. *cf.* 9, 7, 4 ab hac parte [*sc. Caesaris, opp.* illinc *sc. a Pompeio.* 11, 6, 6]. *cf. p. 2705, 59. 2706, 51*).

b *de bestiis* (*cf. p. 2724, 67 sqq.*): CIC. rep. 3, 25 *Arcades et Athenienses* commenti sunt se de terra tamquam hos ex arvis musculos extitisse (*cf.* PLIN. nat. 8, 221). PLIN. nat. 10, 46 hi nostri vigiles nocturni *eqs.* (*galli*). 11, 65 papilio ... hic (*M, om. cett.*) ignavus et inhonoratus *eqs.*

c *de rebus*: CIC. Verr. II 1, 61 haec ... duo signa pulcherrima, quae nunc ad impluvium tuum stant ..., haec inquam duo, quae in aedibus tuis sola iam sunt *eqs.* 1, 62 etiam haec, quae certissima sunt et clarissima, relinquam. leg. 2, 64 has amplitudines sepulchrorum, quas in Ceramico videmus. nat. deor. 1, 107 hoc Orphicum carmen (*sc.* Ἱεροὺς λόγους, *ut vid.*). 2, 88 sphaeram ... hanc, quam nuper familiaris noster effecit Posidonius. VELL. 1, 11, 3. SEN. nat. 6, 30, 3 per hanc inundationem, quam poetarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia resecta est. PLIN. nat. 22, 138 panis hic ipse, quo vivitur. TAC. Germ. 3 sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu ... accendunt animos *eqs.* (*v. Norden, Die germ. Urgeschichte 181, 1*). 20 in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. *et al.*

2 *acced. notio q. e. solitus, communis, cotidianus, vulgaris, vilis sim.* (*plus minus fastidiose; per ironiam infra l. 35; opp.* antiquus [*infra l. 15*], perfectus, singularis, verus, ille): **a** *vario usu*: *α de hominibus* (forma: *infra l. 11*): TER. Hec. 600 sine me obsecro hoc effugere volgus, quod male audit, mulierum (*cf.* Eun. 297 deleo omnes dehinc ex animo mulieres: taedet cotidianarum harum formarum [*Schol. Bemb.*: 'harum' dixit vilium]). CATVLL. 16, 10 *si versus pruritum incitare possunt* non dico pueris, sed his pilosis, qui duros nequeunt movere lumbos. SEN. clem. (*infra l. 56*). dial. 10, 10, 1 Fabianus, non ex his cathedraris philosophis, sed ex veris et antiquis (*cf. p. 2722, 60 sqq.*). epist. 60, 4 hos ..., ut ait Sallustius (*Catil. 1, 1*), 'ventri oboedientes'. 79, 15 non tantum eruditiores, sed haec quoque imperitorum turba (114, 12 cultiore). MART. 9, 59, 4. *per sing. i. q. 'generis noti, cotidiani'* (*cf. infra l. 65*): SEN. epist. 110, 1 *deum* non ... ordinarium, sed hunc inferioris notae *eqs.* (*cf. infra l. 58*). QVINT. decl. 329 p. 294, 6 tyrannum non hunc vulgarem (*opp.* crudelissimum *eqs.*). *fort. add.*: CIC. de orat. 3, 86 magister hic Samnitium.

β de rebus: CIC. S. Rosc. 62 in minimis noxiis et in his levioribus peccatis, quae magis crebra et iam prope cotidiana sunt (fin. 2, 107 PLIN. paneg. 55, 11). 134 mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios (de orat. 1, 109 si minus illa subtili definitione, at hac v. opinione. 3, 147 SEN. benef. 3, 9, 1. *cf.* CIC. de orat. 3, 151 hoc, quod vulgo ... ab imperitis dici solet [ad Q. fr. 3, 1, 21. QVINT. inst. 12, 1, 24 *opp.* perfectus]. ac. 2, 118 pervolgata et nota [FRONTO p. 185, 11 N. vulgata]. PROP. 2, 23, 1 SEN. dial. 1, 5, 1 epist. 23, 5. *v. et supra l. 21. infra l. 70*). Verr. II 1, 8 neque hoc avaritiae supplicio communi *Verres contentus est*...: singularem quandam poenam istius ... natura desiderat (de orat. 1, 249 QVINT. inst. 1, 10, 4. 2, 10, 13 GELL. 2, 28, 1. *fort. huc trah.*: TER. Hec. 117). Sest. 86 (*per ironiam*) nullo praemio proposito praeter hoc, quod iam contritum et contemptum putatur, iudicium. de orat. 2, 16 ut ... vel hoc sim cotidiano tuo sermone contentus (3, 188 haec opera c. et pervagata. nat. deor. 3, 74. CAES. anal. frg. Cic. Brut. 253 hunc facilem et c. ... sermonem. SEN. benef. 7, 8, 1. TAC. dial. 32 [*e coni.*]. *cf. p. 2705, 76. supra l. 11*). 3, 99 unguentis minus diu nos delectari summa ... suavitate conditis quam his moderatis. 3, 185 quibus (*modis*) hic usitatus versus efficitur (*cf.* Tusc. 1, 66 singularis est ... quaedam natura ... seiuncta ab his u. notisque naturis). 3, 220 gestus, non hic verba exprimens scaenicus, sed universam rem ... significatione declarans (*cf.* orat. 86). Brut. 70 qui haec minora animadvertunt (QVINT. inst. 3, 1, 20. *cf.* CIC. Tusc. 5, 46 haec, quae sunt minima. PLIN. epist. 3, 1, 3 parva). orat. 57 non hic e Phrygia et Caria rhetorum (*sc. Asianorum*) epilogus paene canticum, sed ille (*cantus*), quem significat Demosthenes *eqs.* fin. 1, 37 non ... hanc solam sequimur (*voluptatem*), quae suavitate aliqua naturam ipsam movet ..., sed maximam voluptatem illam habemus, quae percipitur omni dolore detracto (*cf.* 2, 6. 2, 16). ac. 2, 66 rationes has latiore specie, non ad tenue limatas. Tusc. 1, 64 haec ... notiora et inlustriora (*cf.* CAES. Gall. 6, 26, 1. *adde p. 2722, 45. supra l. 29. 43*). *al.* CATVLL. 61, 146 haec ..., quae licent. HOR. epist. 1, 1, 27. SEN. clem. 2, 6, 2 *dabit* egenti stipem, non hanc contumeliosam, quam pars maior horum, qui misericordes videri volunt, abicit ..., sed ut homo homini ex communi dabit. epist. 40, 4 haec popularis *oratio* nihil habet veri. 42, 1 huius secundae notae *bonum* (*cf. supra l. 19*). 56, 1 hac plebeia unctione. 88, 20 hae viles ex professo artes (QVINT. decl. 301 p. 187, 22. *cf. infra l. 69*). 109, 14 haec civilia et domestica ... et ... mortalia. TAC. dial. 16 horum quos nos vocamus annorum (*opp.* magnus et verus). PLIN. epist. 2, 19, 6 potius dulcia haec et sonantia quam austera et pressa. *et al.*

nota (*cf. supra l. 18*): PLIN. epist. 7, 9, 9 fas est et carmine remitti, non dico continuo et longo ..., sed hoc arguto et brevi, quod apte quantas libet occupationes ... distinguit.

b *speciatim apud rerum naturalium scriptores de bestiis vel herbis sim.* (*acced. notio q. e. 'vernaculus', cf. p. 2706, 37. 38; cf. gr.* ὅδε, *e. g. Arist. Av. 271*): COLVM. 7, 1, 1 minor Arcadico vilis hic vulgarisque asellus (PLIN. nat. 10, 201 mures [*opp.* Pontici, Libyci]. 24, 111 spina. *cf.* 15, 129 hanc *laurum*, quae vulgatissima est *eqs.*). PLIN. nat. 14, 10 ista ex silvestribus *vitibus* facta crediderim; hae vites (mites *Salm.*) tonsura annua coercentur *eqs.* (16, 78 sunt ... arborum quaedam omnino s., quaedam urbaniores ...; hae [ergo *edd. vett.*, h. e. *Müller*, ac *Mayh.*] mites, quae fructu ... humanius iuvant, non improbe dicantur urbanae. 29, 60 mustelarum duo genera; alterum s. ...; haec autem, quae in domibus nostris oberrat *eqs.*). *aliter p. 2723, 72 sqq.*

III ***appendix rerum notabilium ad I et II***:

A *locutiones appositivae, explicativae, ellipticae sim.*: **1** *pertinet ad nomina*: **a** *c. particulis copulativis, explicat. (i. q. 'et quidem', hic illic c. vi augendi i. q. 'et insuper'), adversat., concess. sim.*: **atque** *explicat.* (ac: *p. 2725, 3; cf. vol. II 1052, 3 sqq.*): CAES. Gall. 5, 15, 4 duabus ... missis ...

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cohortibus . . . a. his (iis *var. l.*) primis legionum duarum. 5, 18, 1 civ. 2, 2, 2. 3, 70, 1 HIRT. Gall. 8, 7, 2. 8, 20, 2 HOR. sat. 1, 2, 40. PLIN. nat. 16, 24 ac ne hae quidem (FLOR. epit. 2, 7, 11). SIL. 7, 261. QVINT. inst. 4, 2, 96 quidem. BOETH. c. Eut. 3, 2. **autem:** PLIN. nat. 11, 100 omnibus a. his. **et:** *explicat.* (*cf. vol. V 2, 875, 22 sqq.*): COM. pall. inc. 71 clamor, lapides (*eqs.*) . . ., et (*om. pars codd.*) haec improvisa omnia. CIC. nat. deor. 1, 4 sunt . . . alii philosophi, et hi quidem magni . . ., qui (1, 55). OV. epist. 17, 9 VITR. 7, 3, 1. CELS. 1 prooem. 26 quoque (PLIN. nat. 7, 4. 17, 199. *dub.*: SEN. contr. 7, 2, 8). 2, 7, 24 ipsa (8, 4, 2 MAECIAN. dig. 35, 2, 30, 4). SEN. dial. 1, 4, 15. 3, 6, 3 *al.* PLIN. nat. 10, 173 tantum (11, 246. 22, 24). *al.* STAT. Theb. 11, 358. MART. 2, 51, 2 (*an* sed?). PLIN. epist. 1, 14, 9 *al.* APVL. met. 6, 26. *et saepius.* *i. q.* '*etiam*' (*cf. infra l. 40. 47*): PLIN. nat. 6, 123 *oppidum* Hipparenum, Chaldaeorum doctrina et hoc, sicut Babylon. 25, 157. 32, 146 FLOR. epit. 2, 4, 1. 4, 9, 5. TERT. adv. Marc. 4, 9 p. 440, 22 ut. 5, 14 p. 625, 19 quasi non. **etiamnum** (*cf. infra l. 44*): PLIN. nat. 35, 16 (-nc *VR*, '*an* etiamtum?' *Mayh.*). **licet:** AMM. 31, 10, 18. **ne — quidem** (*cf. l. 3. infra l. 27*): TERT. anim. 24 p. 340, 3 tantummodo philosophi *recordantur*: ne hi (nec ii *Latinius*) q. omnes. adv. Marc. 4, 27 p. 515, 1 adv. Val. 25 p. 201, 18 (quidem *om. F*). SEN. contr. exc. 6, 8 (nec *M*[3] *P*). **neque** (nec: *infra l. 23*): OV. Pont. 3, 1, 19 rara, n. haec felix, . . . arbor. PLIN. nat. 2, 66. 16, 158. 19, 26 n e c (QVINT. decl. 338 p. 333, 11. PLIN. epist. 2, 13, 2 [quidem *add. pars codd.*]. 5, 6, 34 [ne *β δ*]. paneg. 54, 4 BOETH. c. Eut. 6, 25). BOETH. c. Eut. 6, 45. **quamquam:** PLIN. epist. 3, 4, 5 non solum consensus senatus, q. hic maxime. 6, 3, 2 quoque. paneg. 27, 4 q. (*om. A*) ne (nec *X*) hunc (hoc *codd. interpol.*) quidem. **-que:** CELS. 8, 2, 1 ulceribus aut fistulis, hisque . . . cancro occupatis (*pron. ipsi adnectitur, item*: PS. APVL. Ascl. 9 VOPISC. Aurelian. 48, 2 SIDON. epist. 2, 12, 2). PLIN. nat. 16, 142 in Idaeis montibus . . . summisque in his. **quidem** (*cf. supra l. 4. 8*): CVRT. 8, 5, 8 Cleo, hic q. . . . adulator. PLIN. nat. 2, 240. 7, 27 *al.* SVET. gramm. 3 (*de postremo*). APVL. apol. 100. **quoque** (*cf. l. 27. infra l. 41. 44*): OV. met. 3, 135 tot natas natosque et . . . nepotes, hos q. iam iuvenes. trist. 5, 7, 52 CVRT. 3, 13, 15 PLIN. nat. 6, 143 *al.* SVET. Aug. 31, 1. *aliter* (*cf. supra l. 9*): OV. epist. 12, 44 praetenta . . . naribus (*taurorum*) aera, nigra per adflatus haec q. facta suos (*i.* '*etiam nigra facta*'). **sed:** CELS. 1, 3, 23 paulum cibi, s. huius idonei, gustandum. SEN. epist. 31, 11. COLVM. 8, 5, 10 et (PLIN. nat. 8, 115. 9, 115 MART. 1, 43, 9. *cf.* STAT. Theb. 4, 724 Kl. quoque). PLIN. nat. 8, 132 *al.* PLIN. epist. 2, 1, 4 ipse. DON. vita Verg. l. 109 Br. (*de postremo*). *cf.* CELS. 1 prooem. 40 non solum pestem . . ., s. hanc etiam atrocissimam. **tamen:** PLIN. nat. 9, 131 melius taeniense (*genus purpurae*) . . ., hoc quoque t. etiamnum levius *eqs.* AVIEN. Arat. 639 (*em. Aldus*). PRVD. c. Symm. 1, 105 hic t. idem (*cf. infra l. 62. p. 2743, 25*). **verum:** MELA 1, 107 v. et hi.

b *n u d e fere i. q.* '*et quidem*' (*usus potissimum Plinianus, fere per abundantiam; saepius c. maiore vi significandi sive uno ex pluribus spectato [p. 2713, 26] sive sequente opposito ut* LIV. 1, 43, 2 arma his imperata galea, clipeum [*eqs.*] . . .; haec, ut tegumenta corporis essent: tela in hostem hastaque et gladius. 35, 10, 2 CVRT. 6, 8, 17. *et al.* *a u d a c i u s*: PLIN. nat. 13, 76 propior . . . cortici Taeneotica *charta est* . . ., pondere i a m haec, non bonitate, venalis [13, 137 FRONTO p. 74, 6 N.]. 35, 29): PLIN. nat. 3, 22 *oppidum* Emporiae, geminum hoc veterum incolarum et Graecorum. 3, 50 *oppidum* Populonium, Etruscorum quondam ⌊hoc tantum⌋ in litore (⌊ ⌋ *i.* '*solum*'). 7, 105 *M. Sergius* Cremonam obsidione exemit (*eqs.*) . . ., quos hic (quasi *F*[2]) coronarum acervos constructurus hoste mutato! 28, 191 prodest et sapo, Galliarum (-llarum, -llorum *varr. ll.*) hoc inventum rutilandis capillis. 36, 138 *al.* *h i c i d e m* (*cf. supra l. 46*): FIRM. err. 17, 2 Luna etiam — haec eadem Lucina — a nocturno lumine nomen accepit. *collective*: CIC. fin. 2, 23 *asotos* optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, his omnibus exquisitis, vitantes cruditatem.

2 *pertinet ad sententias verbales* (*vulgo vv. dd. statuunt e l l i p s i n v e r b o r u m q. s.* '*facere, fieri, dicere*' *sim.; cf.* PLIN. nat. 18, 243 Cato verna opera sic definit [*agr. 50, 2*]: scrobes fieri, . . . et vetera sarciri: haec, antequam *eqs.* [et vetera resarcito. haec facito, a. *Cato*]):

a *artiore conexu*: *α c. particulis copulat., explicat. (i. q.* '*et quidem*', '*et insuper*'*), adversat. sim.*: **atque** *explicat.*: CAPITOL. Maximin. 8, 7 alios in crucem sublatos, alios . . ., alios . . ., alios . . ., a. omnia haec sine dilectu dignitatis. **et:** *explicat.* (*cf. vol. V 2, 875, 22 sqq.*): CIC. inv. 2, 125 *poterit uti* scriptoris conlaudatione . . .: et hoc eo magis, si *eqs.* Att. 6, 1, 3. VARRO frg. Gell. 13, 12, 6 et haec omnia (QVINT. inst. 1, 12, 3. CAPITOL. Pius 2, 1 et o. h. *cf.* SEN. dial. 6, 1, 2 et haec [QVINT. inst. 1, 11, 14]). VELL. 2, 99, 1 VAL. MAX. 4, 8, 1 SEN. dial. 7, 22, 2 epist. 45, 9 COLVM. 1, 8, 7 PETRON. 105, 1 PLIN. nat. 10, 65. 112 MIN. FEL. 5, 4. TERT. apol. 10, 5 (6) et hoc n o n u t . . ., sed ut (adv. Marc. 2, 8 p. 345, 5 et hoc non . . . sicuti nec. *al.* CAPITOL. Ver. 8, 3 [sed *Peter*]. AVG. civ. 7, 3 p. 275, 19 D.). *et al.* *a b u n d a n t e r*: ? SEN. contr. exc. 10, 3[in.] adlatum ad se Caesar Pompei caput flevit ⌊et hoc ille propter filiam flevit⌋ (⌊ ⌋ *om. P*; h. i. pr. f. praestitit *Sen. contr. 10, 3, 1*). AVG. in psalm. 73, 16 p. 938[extr.] corpus diaboli consumendum erat, et hoc ab Israelitis ⌊consumendum⌋ (⌊ ⌋ *del.?*). *i. q.* '*etiam*' (*cf. infra l. 20*): PLIN. nat. 11, 26 donec una (*apis*) circumvolet . . . ceu quietem capere imperans, et hoc castrorum more (*cf. 20*). 14, 143 PLIN. epist. 1, 16, 5. **ne — quidem:** TERT. bapt. 8 p. 207, 23 'estote', inquit, 'simplices sicut columbae', ne hoc q. sine argumento praecedentis figurae. **neque** (nec: *infra l. 10*): CIC. Scaur. 40 coniuratio⟨ni⟩ vi⟨a⟩ intercludatur . . ., n. hoc in Sardis magis quam in Gallis *eqs.* ac. 2, 92 n e c (CIRIS 520 n. tamen hoc. LIV. 2, 47, 12. SEN. contr. 2, 4, 4 [ne *B*]. COLVM. 11, 2, 36 QVINT. inst. 11, 1, 58). QVINT. decl. 321 p. 258, 20. *et al.* **-que:** LVCIL. 689 impertit totumque hoc studiose *eqs.* PLIN. nat. praef. 3 omniaque haec. **quidem** (*cf. infra l. 44. 55*): CIC. Phil. 13, 36 fatetur, hoc q. satis acute, *eqs.* **quoque:** OV. ars 3, 763 aptius est . . . potare puellas . . .; hoc q., qua patiens caput est *eqs.* PLIN. epist. 4, 2, 6 TERT. nat. 1, 10 p. 77, 23 AVIAN. fab. 39, 12. **sed:** SEN. dial. 3, 15, 1 quo uno modo possunt, desinant mali esse, s. hoc (s. et hoc *J. Mueller*) sine odio. PLIN. nat. 7, 212 VLP. dig. 12, 2, 9, 7. TERT. resurr. 26 p. 62, 11 s. et hoc ipsum. PORPH. Hor. carm. 1, 3, 21 AVSON. Symm. epist. 1, 32, 1. **tamen:** CAES. Gall. 5, 33, 1 *Titurius* trepidare et concursare cohortesque disponere, haec t. ipsa timide *eqs.*

β n u d e: CIC. leg. 2, 19 (*verba legis*) certasque fruges certasque bacas sacerdotes publice libanto: hoc (*fere i. q.* '*et quidem*') certis sacrificiis ac diebus (*v. Vahlen ad l.*). VARRO rust. 3, 7, 9 manducato candido farciunt pane (*columbas*): hieme hoc bis, aestate ter *eqs.* SEN. contr. 2, 3, 2 virginem rapuit, patrem accusat: haec (hoc *E*) intra dies triginta. SEN. dial. 3, 19, 2 COLVM. arb. 6, 5 PLIN. nat. 34, 106 FRONTO p. 74, 8 N. *et al.; n o t a* sive hoc: CIC. Att. 15, 1[a], 2 sed ego secutus aliud sum, s. h. recte sive non recte. *i u n c t u r a e v a r i a e*: VERG. Aen. 2, 79 neque me Argolica de gente negabo: hoc p r i m u m (*Serv. auct.*: 'fatebor' subaudis). 2, 690 Iuppiter . . ., adspice nos — h o c t a n t u m — *eqs.* (STAT. Theb. 6, 155 [*ironice*] non regem dominumve, alienos impia partus *Hypsipyle abiecit*, h. t. 11, 192 me . . . tegas urnamque reportes, h. t. CLAVD. rapt. Pros. 3, 299 [?; *v. Vahlen, Opusc. I 110*]. *cf.* VERG. Aen. 9, 636 h. t. Ascanius [*Serv.*: et dixit et fecit]). COLVM. 11, 2, 34 non. Apr. Favonius aut Auster cum grandine, nonnumquam h o c i d e m pridie (PLIN. nat. 10, 177 *canes* existimantur in urina attollere crus fere semenstres . . .: feminae h. i. sidentes. 17, 253. 31, 17 *al.* PEREGR. Aeth. 25, 11 alia . . . die . . . proceditur . . ., h. i. et tertia die [*fere i. q.* '*itidem*', *v. Löfstedt ad l. et cf. p. 2746, 61*]. *cf. infra l. 47 et 61*). PLIN. nat. 16, 152 *helix alba* emittit bracchia . . ., h o c e t in muris (22, 64. 33, 96 hoc quidem et. *al.* *audacius* [*propius ad p. 2746, 58*]: TERT. apol. 12, 5 ignibus urimur: hoc et illi *dei* ['*faciunt, i. e. uruntur*' *Henen, ind. p. 59; paulo aliter Waltzing ad l.*]. *cf. supra l. 41*). 19, 109 antiqui silice *subiecto* . . . capita *porri* dilatabant — h o c i t e m in bulbis — *eqs.* *cf. p. 2732, 52 sqq.*

b *nexu minus arto, fere c. maiore vi significandi* (*cf. p. 2715, 29; dedi locos paucissimos fere antiquiores, cf. etiam* PLAVT. Men. 752 Mil. 220): PLAVT. Merc. 49 obiur⟨i⟩gare pater haec noctes et dies, perfidiam . . . lenonum expromere (*eqs.*) . . .; summo haec clamore; interdum mussa⟨ns⟩ conloqui *eqs.* Pseud. 1288 quid video ego? :: cum corona ebrium Pseudolum tuom. :: libere hercle hoc q u i d e m (CIC. Phil. 1, 12. 13, 22. Brut. 181 *intellego* praeteriri . . . a me aliquot . . .: sed hoc q. ignoratione. *al.*). TER. Haut. 98 *Corinthiae* filiam ille amare coepit perdite . . .: haec clam me omnia. CIC. Verr. II 2, 192 quis contumacior (*eqs.*) . . . ? at haec sine cuiusquam malo (*cf.* CELS. 2, 1, 3). Flacc. 68. Phil. 2, 81 dixisti . . .; esto, hoc imperite. Brut. 140 Antonius in verbis . . . eligendis . . . nihil non ad rationem . . . dirigebat; verum multo magis h o c i d e m in sententiarum ornamentis *eqs.* (IVV. 10, 256 quaerit *Nestor* . . .: haec eadem Peleus. *cf. supra l. 38*). Tusc. 2, 46 atque ut haec de honesto *sc.* '*dixerim*' (*in enunt. secund., sim.*: SEN. epist. 81, 1 si hoc nunc primum [*cf. supra l. 30*]. *cf.* VERG. georg. 2, 312 hoc u b i [*Serv.*: subaudis 'contigerit'. *cf.* haec ubi: CLAVD. 5, 169 rapt. Pros. 3, 137]. Aen. 12, 268 s i m u l hoc *eqs.* [*cf.* s. haec, et: STAT. Theb. 2, 659 TAC. ann. 1, 65. s. haec -que: STAT. Theb. 5, 635]). Att. 4, 4[a], 2 HOR. sat. 1, 2, 90. *et passim.* *nihil novi additur*: CIC. leg. 2, 67 haec igitur Athenienses tui (*sc.* '*statuerunt*'). nat. deor. 2, 96 atque haec quidem ille (*sc.* '*dixit*'. *cf.* Att. 14, 20, 3 *al.* VARRO rust. 1, 22, 6 h i c haec [2, 5, 1]. 2, 6, 1 haec i l l e [2, 11, 12 PROP. 1, 16, 45. *et al.*]. VERG. ecl. 8, 62 *al.* OV. am. 2, 5, 33 haec e g o [*v. vol. V 2, 276, 33*]. *et saepe*). SEN. Herc. f. 160 haec (*sc.* '*faciunt*'), innocuae quibus est vitae tranquilla quies *eqs.* (*cf.* STAT. Theb. 12, 341 hoc frater? IVV. 4, 23). *h a e c n u d e p r o c l a u s u l a*: CIC. Att. 2, 11, 2 haec igitur, et (*om. pars codd.*) cura, ut valeas (*cf. Sjögren, Comment. Tull. 115. paulo aliter*: CIC. Att. 14, 1, 2 haec et eius modi multa *sc.* '*dixit*').

B *usu l a x i o r e vel n e g l e g e n t i* (*de attractione gen. v. p. 2741, 52 sqq.*): **1** *g e n e r a l i a: significatio petitur ex ipso contextu* (*acced. explicatio: p. 2727, 21*): PLAVT. Vid. frg. 15 malim moriri meos quam mendicarier: boni miserantur illum, hunc (*sc.* '*mortuum*', '*mendicum*'; ministr. i. nunc *trad.*) inrident mali (*ex actione ad agentem pervenitur, cf.* NEP. Ages. 8, 3 munera . . . sunt allata. his

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[iis *var. l.; sc.* 'qui m. afferebant'] quaerentibus Agesilaum *eqs.* SEN. dial. 4, 4, 1 FRONTO p. 145, 15 N.). CIC. har. resp. 27 nec hoc ... tibi in mentem veniebat Sibullino sacerdoti, haec sacra maiores nostros ex vestris (*sc. Sibyllinis*) libris expetisse? ... hac igitur vate (*sc. Sibylla*) suadente *eqs.* (*ex adi. colligitur nomen, item*: VARRO ling. 7, 97 id a Graeco est, quod hi *eqs.* [*sc.* 'Graeci'. *sim.*: PAVL. FEST. p. 34 *s. v.* 'blitum'. *al.*]. LIV. 25, 12, 3 VELL. 2, 1, 3 PLIN. nat. 2, 123. 11, 199. 28, 235). VARRO rust. 1, 49, 1 cum peraruit (*herba in pratis*), de his (*sc.* 'herbis aridis') manipulos fieri *oportet*. NEP. Att. 13, 3 anagnostae ... et ... librarii ... utrumque horum (*sc.* 'legere, scribere'. *cf.* VLP. dig. 3, 2, 4 pr.). LIV. 1, 57, 4 obsidione ... coepti premi hostes. in his stativis *sc.* 'quae tum tenebantur' (*cf.* GRATT. 145. SEN. nat. 4, 6, 3 digitum ... pungebat et hoc sanguine litabat. epist. 119, 3 PLIN. nat. 28, 122). CELS. 3, 20, 1 (*de lethargo morbo*) hos aegros quidam subinde excitare nituntur *eqs.* (*i.* 'hoc morbo affectos', *item*: 6, 6, 15A. 7, 7, 7A. 7, 26, 5F *al.* SCRIB. LARG. 121 SER. SAMM. 400). COLVM. 7, 12, 5 mores *canis* ... his *i.* 'horum morum canes' (*cf.* QVINT. inst. 12, 10, 61 [*describ. genus q. d.* ἁδρόν] hic orator. decl. 321 p. 261, 4). STAT. Ach. 1, 116. PAPIN. dig. 2, 15, 17 debitore hereditario ... hoc debitum. VLP. dig. 50, 16, 195, 3 de familia publicanorum; ... huius rei causa ..., hoc est vectigalis causa (*explicatur, cf.* TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 620, 7 nec iudicat nec irascitur; ... haec ..., iudicium dico et iram). *signif. e longinquo petitur*: CAES. civ. 1, 15, 3 legio XII Caesarem consequitur. cum his duabus (*sc. hac et leg. XIII memorata 1, 7, 8*) ... proficiscitur. NEP. Hann. 11, 4. *tecte de obscaenis* (*cf. p. 2730, 28*): PETRON. 112, 2 *miles* etiam pudicitiam eius (*matronae Ephesiae*) aggressus est ...; ne hanc quidem partem corporis mulier abstinuit (*cf.* QVINT. decl. 306 p. 200, 3).

2 *specialia*: a *substituitur persona pro re*: CIC. epist. 13, 19, 2 totam tibi domum (*i.* 'familiam') commendo, in his adulescentem filium eius *Lysonis* (*cf.* RVT. LVP. 1, 13 p. 8, 31). BELL. Alex. 9, 4 hae naves ... prohibebantur ...; hi cum diu retinerentur *eqs.* (*sc.* 'milites in naves impositi' [*v. 9, 3*]; *sim. 15, 6* naves ... illi ['*an* illae?' *Klotz*]. *cf.* STAT. Theb. 5, 133 rates ... hos [has *MfC*]). OV. met. 5, 8 turba ... his. LIV. 2, 11, 8 cohortes ... hi (*cf.* 10, 38, 12 legio. 29, 22, 2 *p. 2714, 32*). 3, 19, 9 si quis ... de vestra plebe ..., si quis ex his *eqs.* (TAC. ann. 13, 48). 37, 23, 5 regia classis ... hi (hii *B.* TAC. hist. 5, 23). *al.* SIL. 3, 335 venit et ... Astyr (*i.* 'Astures'): his *eqs.* (*cf.* 3, 388). *nota*: CVLEX 300 Telamonia virtus (*i.* 'Telamo') ... hunc. ? PROP. 2, 34, 72 felix, qui viles pomis mercaris amores (*fere i. q.* 'puellam'). huic (*N*, hinc *cett.*) licet ingratae Tityrus ipse (*recc.*, -a *trad.*) canat.

b *de locis fere i. q.* ὁ ἐνταῦθα (*nota neutr. infra l. 46*; ὁ δεῦρο: *infra l. 54*): CIC. Verr. II 4, 72 *Segestam oppidum* ab Aenea ... in haec loca veniente conditum esse demonstrant. epist. 9, 17, 2 Veientem ... agrum et Capenatem metiuntur; hoc non longe abest a Tusculano. CAES. Gall. 7, 69, 5 quae pars collis ..., hunc omnem locum (*post enunt. relat., cf.* MANIL. 2, 922 qua ..., qua ..., asserit hanc Cytherea sibi ... sedem [SEN. Phaedr. 334. *adde p. 2711, 74*]). LIV. 21, 23, 2 Ilergetes (*eqs.*) ... et Lacetaniam ... subegit oraeque huic omni praefecit Hannonem (*cf.* MELA 1, 49 litore). 24, 13, 5 (*de Tarento*) hunc portum. VITR. 8, 2, 6. ? LVCAN. 9, 421 (*v. Housman ad l.*). *nota* (*v. supra l. 44*): VERG. Aen. 1, 534 est locus (*eqs.*) ...: hic cursus fuit (*Serv. auct.*: vel iste cursus vel pro 'illuc'. *cf. Gloss.*). *cf. p. 2706, 16.*

c *de tempore fere i. q.* ὁ τότε: CIC. Tusc. 1, 85 quodsi ante occidisset, talem eventum omnino amisisset *Priamus*; hoc autem tempore sensum amisit malorum. BRVT. Cic. epist. 1, 13, 1 eram sine equitibus ... nesciebam (*eqs.*) ...; hic dies hoc modo abiit. postero die *eqs.* (BELL. Hisp. 26, 2 Caesar ... donavit ...; hoc die *eqs.*). LIV. 2, 21, 3 A. deinde Postumius et T. Verginius consules facti. hoc demum anno *eqs. et al.* *locutiones*: CAES. Gall. 3, 17, 3 Quintus Titurius Sabinus ... in fines Venellorum pervenit ...; atque his (*β*, iis *α*) paucis diebus (*i.* 'post p. dies'; *sed v. Meusel, Krit. Anh.*) Aulerci ... portas clauserunt *eqs.* COLVM. 11, 2, 39 kal. Maiis (-as *SAR*), hoc (*i.* 'abhinc') biduo sol unam dicitur tenere particulam. PLIN. nat. 34, 7 Corinthus capta est olympiadis CLVIII anno tertio ..., cum ante haec (*B*; in *h, edd. vett.*; *om. cett., Gelen.*) saecula (-o *edd. vett.*) fictores nobiles esse desissent (*cf.* GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 240, 15 a. hoc anno [*v. Löfstedt, Verm. Stud. 79, 2*]). CHIRON 542 p. 176, 7 ⌊his diebus⌋ gallam contundito *eqs.* (⌊ ⌋ *fere i. q.* 'post aliquot dies', *v. Löfstedt 80*; post *Veg. mulom. 2, 31*). *adde*: VAL. FL. 4, 253 *Amycus* extremum hoc armis innectere palmas dat famulis (*cf. p. 2720, 58*).

d *numerorum usus liberior*: α *plur. pertinet ad singulas res* (*cf. p. 2732, 68 sqq.; ceterum saepius n. sg.* hoc *et pl.* haec *nullo discrimine de eisdem rebus usurpantur, e. g.* S. C. de Bacch. [CIL I² 581] 22 haice utei ... exdeicatis ∾ 26 utei hoce ... inceideretis. PLAVT. Truc. 105): CIC. ac. 1, 41 comprehendibile — feretis haec (hoc *Davisius*)? CATVLL. 29, 5 quis hoc potest videre ..., Mamurram habere, quod ... Gallia habebat ante et ... Britannia? cinaede Romule, haec (hoc *Heinsius*) videbis et feres? CAES. Gall. 1, 2, 4 his rebus (6, 9, 3 civ. 3, 1, 2). 7, 26, 3 (hoc *ed. pr.*).

β *constr. 'ad sensum'* (*in assimilatione ad alterum membrum infra l. 8; cf. infra l. 61*): (I) *plur. post sing.* (*cf. infra l. 55 sqq.; comprehend. persona cum sociis infra l. 4. 8 sqq.* [*cf. p. 2703, 22*]; *post vocem collect. infra l. 10*): CIC. Att. 16, 7, 7 Antoni edictum legi a Bruto (*sc. sumptum, v. Tyrrell-Purser ad l.*) et horum contra scriptum praeclare (*sc. Bruti et Cassi*; '*post* Bruto *addendum videtur* et Cassio missum *vel simile quid*' *Purser*). NEP. Thras. 2, 2 quae ... res et illis (*tyrannis*) contemnentibus pernicii et huic despecto saluti fuit. haec enim illos segnes ..., hos autem (*i.* 'hunc cum suis', *v. 2, 1*) ... fecit robustiores (*cf.* VERG. Aen. 5, 229 LIV. 7, 34, 10). SIL. 7, 400 miles ... hos. (II) *sing. post plur.* (*cf. infra l. 76 sqq.*; ἓν διὰ δυοῖν *infra l. 12. 13, sing. collect. infra l. 14. 15*): CAES. Gall. 7, 72, 4 aggerem ac vallum ... exstruxit. huic loricam ... adiecit. civ. 3, 92, 5 animi incitatio atque alacritas ...: hanc. OV. met. 8, 658 vestibus hunc (*lectum*) velant ..., sed et haec vilis ... vestis erat. LIV. 38, 21, 13 velitibus ... hic miles (*cf.* 42, 27, 4).

C *acced. notiones secundariae*: 1 *fere i. q. talis* (*usu sollemni ita, ut congruentibus numeris* hic *generale ad rem generalem pertineat, e. g.* ENN. frg. var. 37 Brundisii sargus bonus est; hunc, magnus si erit, sume. CATO agr. 1, 4. HOR. ars 345 [*Schol.*: istiusmodi, qualem dixi]. *aliter p. 2708, 22 sqq.*):

a *generatim*: α *vario usu* (*loci select.*): PLAVT. Pseud. 1275ª (*Pseud. saltans*) sic haec incessi ludibundus (*cf.* 1274 ad hunc ... modum). PRIAP. 23, 4 *fur* hac tentigine, quam videtis in me, rumpatur. STAT. Theb. 3, 188 nec ... cum ..., neque ... cum ..., hic gemitus Thebis *fuit* (*Schol.*: talis qualis nunc est). CE 256, 6 (*s. III*) credo ... donum nullis hoc antea natum collibus *eqs.* *post enunt. relat.*: STAT. Theb. 10, 471 qui tremor ... caeli de lampade tactis, hic fixit *Amphiona* (*Schol.*: tali ..., qualis). IVV. 15, 126. *anteced.* ut: STAT. Theb. 11, 524 ut noctes rates ... frangunt tonsas (*eqs.*) ...: haec pugnae facies.

β *praedicative*: LVCIL. 188 non operam perdo, si tu hic (*cf.* OV. trist. 4, 10, 67). VERG. Aen. 9, 481 hunc ego te, Euryale, adspicio (*Serv.*: talem. STAT. Theb. 12, 322). HOR. epist. 1, 6, 40 mancupiis locuples eget aeris Cappadocum rex: ne fueris hic tu (*Schol.*: talis, qualis C. r.). 1, 15, 44. ars 35 hunc (huic similem *explic. Frg. Bob. gramm. VII 543, 38*; *cf. Schol. ad l.*) ego me ... non magis esse velim *eqs.* PROP. 2, 24, 51 vix venit, extrema qui legat ossa die. hi (hic *dett.*, ni *Lachm.*) tibi nos erimus (*i.* 'qui ossa legat, ego ero'). OV. met. 7, 293. SEN. epist. 34, 4 hunc te (h. in te *LPb*) prospicio. VAL. FL. 7, 481 STAT. Theb. 7, 503 FRONTO p. 103, 11 N. *nota*: VAL. FL. 5, 475 siquando hic aliquam ... solebat Thessaliam, siquos Phrixus memorare Pelasgos, hi tibi ... cernimur. *cf. p. 2703, 57.*

b *ex singularibus ad generalia pervenitur* (*cf. p. 2703, 27 sqq.*; *acced.* huiusmodi: *l. 50*): α *in univ.*: PLAVT. Poen. 280 facis delicias. :: de te quidem haec didici omnia ('*totum hoc genus cavillandi*' *Leo*. CIC. Verr. II 1, 64). TER. Hec. 710 *uxor* hoc aegre tulit: amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt. CATO agr. 33, 3 addito stercus, paleas, vinaceas, aliquid horum (*in fine seriei, cf.* TVRPIL. com. 201 coronam, mensam, talos, vinum [hor. m. t. vinus in *codd.*], haec huius modi, quibus rebus vita amantum invitari solet [vitam amattum i. solem *codd.*]. *huc traham*: CIC. Cael. 47 solitudinem ac tenebras atque haec flagitiorum integumenta. Att. 12, 9). CIC. Rab. Post. 19 his causis. epist. 15, 6, 2. HOR. sat. 2, 3, 286 libertinus erat ... (*describitur*): hoc ... volgus. LIV. 9, 26, 14. *et al.*

β *plur. post sing.* (*cf. supra l. 1; in assimilatione ad alterum membrum infra l. 61, cf. supra l. 8*): (I) *vario usu*: TER. Haut. 260 (*258* conlocupletasti te, Antiphila, *eqs.*) harum mores cantabat mihi *pater*. Eun. 168 eunuchum dixti velle te, quia solae utuntur his (is *A, edd. recc.*) reginae (*cf. Don. ad l.*). VARRO ling. 5, 119. 5, 129 calamistrum, quod his calfactis ... capillus ornatur. HOR. sat. 2, 2, 37 mullum ... lupos ... illis *lupis* ... his *mullis* (*cf.* OV. *p. 2715, 61*). PROP. 2, 34ᵇ, 51 (*cf. 46*). PAVL. FEST. p. 226 (*s. v.* 'proletarium'). CELS. 4, 11, 6. 4, 16, 2 PLIN. nat. 11, 100 *al.* QVINT. inst. 11, 1, 41 decl. 317 p. 247, 23 IVV. 2, 18. 14, 116 TAC. hist. 1, 76 TRAIAN. Plin. epist. 10, 62 CALL. dig. 48, 19, 28, 7. *et al.* (II) *post enunt. relat. sim.* (*liberius*: TER. Andr. 58 quod plerique omnes faciunt adulescentuli, ut animum ad aliquod studium adiungant, aut ... aut ... aut ..., horum ille nil egregie ... studebat *eqs.*): TER. Haut. 393 quoius mos maxumest consimilis vostrum, hi (*om. A*, ei *vel* i *edd. recc.*) se ad vos adplicant (*cf. Schol. Bemb. ad l.*). Eun. 3 si quisquamst, qui (*om. A*) placere se (*om. AP*) studeat bonis ..., in his (is *edd. recc.*) poeta hic nomen profitetur suom (*cf. Don. ad l.*). LVCAN. 9, 144 quaecumque iniuria ..., ... haec crimina. PETRON. 115, 17 quicquid ..., omnia haec. IVL. VAL. 3, 59 p. 166, 29 quisque (*i.* '-is') ..., his. *cf. p. 2733, 40. 2734, 42. 46. 48.*

c *ex generalibus ad singularia pervenitur* (*sing. post plur.*; *cf. supra l. 10*): α *vario usu*: VARRO ling. 5, 122 paterae ...: hisce ... potio circumfertur, et ... hoc poculo magistratus dat deo vinum. rust. 3, 6, 2 hi (*pavones*) ... parantur ... bona forma. huic enim (*pavoni, cf. 1* de pavone [pavonibus *m, edd.*]) natura formae ... dedit palmam. 3, 15, 2. HOR. sat. 1, 2, 80 matronas ... huic. SEN. epist. 114, 14 multi ..., quidam ...; tam hunc dicam peccare quam illum (*in sententia bimembri, item*: PLIN. nat. 10, 60). PLIN. nat. 2, 89 acontiae (*cometae*) iaculi modo vibrantur ...; haec fuit, de qua ...

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Titus ... perscripsit (*fere i. q.* '*ex his*', *item*: 9, 9. 33, 38 coronas ... hanc coronam). 13, 105 fructibus ... huic. *al.* QVINT. inst. 12, 10, 21 (*describ. Attici*) quis erit hic (*nos* '*in diesem Sinne*') Atticus? **β** *post enunt. relat.* (*cf. p. 2734, 30. liberius*: CIC. de orat. 1, 226 quae ... addidisti, non modo senatum servire posse populo, sed etiam debere, quis hoc philosophus ... probare posset, senatum servire populo ...?): ? VERG. ecl. 4, 63 cui non risere parentes, nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est (qui [cui *codd. priore loco falso*] ... parentes *Quint. inst. 9, 3, 8 incongruentiam statuens, unde* qui ... parenti *Schrader, cf. Norden, Geburt d. K. 62, 2; trad. lect. def. Deubner, Gnomon 1, 1925, 166 sq.*). PORPH. Hor. carm. 1, 25, 6/7 quae olim ... solebant ... amatores tibi dicere ..., iam hoc (haec *Pauly*) minus et minus audis dici.

2 *per ellipsin vocis* '*etiam*' *sim. fere i. q.* *idem* (*praecipue in formula* hoc facere. *pro adi.: infra l. 26. 36. usus ap. scriptores bonae aetatis anaphora fultus [infra l. 22 sqq.], aevo cadente fere vulgaris. falso trad.*: LIV. 43, 6, 7. *paulo aliter, sc. anteced. enunt. relat.*: VARRO ling. 10, 47 quam rationem habet 'legebam' ad 'lego', hanc habet 'lego' ad 'legam'. OV. am. 1, 4, 32. SEN. epist. 72, 1 quod evenit libris ..., hoc evenisse mihi sentio [*sed* 24, 13 nobis quoque]. *cf. p. 2733, 56. 2739, 23*): VERG. Aen. 2, 394 *Coroebus* Androgei galeam ... induitur (*eqs.*) ...: hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus laeta facit (*in fig. anaphorae, item*: 5, 73 *Aeneas* velat ... tempora myrto. hoc Elymus facit, hoc ... Acestes, hoc puer Ascanius *eqs.* STAT. Theb. 6, 577 cutem fuscatur olivo *Parthenopaeus*. hoc Idas, hoc more [rore *Baehr.*] Dymas aliique nitescunt. PLIN. epist. 9, 33, 6. DRAC. Romul. 9, 84 faciunt. *cf.* THEOD. PRISC. eup. faen. 38 p. 40, 13 hoc beluae fel ... facit, hoc sucus rutae ... similiter [*v. Sundelin, Adnotat. 89*]). PALLAD. 1, 35, 5 (*v. Svennung, Unters. 307*). AMM. 17, 5, 7 reputans medellarum quoque artifices ... partes corporum amputare, ut reliquis uti liceat integris, hocque bestias factitare. HIPPOCR. aer. 9 p. 21, 1 G. hoc pati (*gr.* τὠυτό). THEOD. PRISC. eup. faen. 34 p. 36, 3 hoc pulvis rosarum facit (DIOSC. 2, 14 p. 190, 14 [*gr. 2, 24, 1* τὰ αὐτά]. ORIBAS. syn. 8, 35 [rec. La; *gr. 4* τὰ αὐτά, *sed* ταῦτα *A*]. *cf. supra*). ORIBAS. syn. 1, 9 p. 811, 12 (rec. La) secundum hanc ... rationem (*gr. 3* κατὰ τὸν αὐτόν ... λόγον, *rec. Aa* s. ipsa etiam r.).

3 *fere i. q.* *tantus* (*pluraliter i. q.* '*tot*': *infra l. 41*): STAT. Theb. 9, 218 audisse (*orationem*) accensumque putes equum: hoc fulmine raptum abstulit *Hippomedonta* (*Schol.*: tantae velocitatis nimietate). silv. 4, 3, 56 o quantae pariter manus laborant! ... hae possent et Athon cavare dextrae *eqs.*

D *in orat. obl. pro secunda vel prima persona* (*ceterum passim in or. obl. legitur [v. e. g. Schmalz-Hofmann⁵ 476; exempla facile augeri possunt], raro quidem vi temporali [p. 2720, 59]*): **1** *secunda* (*fere c. oppos.: potius iis quam his leg.*: CAES. Gall. 1, 16, 6 *al.* [*v. Meusel, Lex. I 1491*]. LIV. 44, 7, 9. FEST. p. 158 *s. v.* 'Mamertini'): CIC. Verr. II 2, 70 ad Sopatrum Timarchides venit, ait accusatores eius multo maiorem pecuniam praetori (*Verri*) polliceri quam quantam hic dedisset. Phil. 2, 77 caput ... litterarum (*Antonii ad Fulviam missarum*) erat, sibi cum illa mima posthac nihil futurum; omnem se amorem abiecisse illim atque in hanc transfudisse. de orat. 1, 112 cum ita ei (*Scaevolae*) dicerem, me velle esse ineptum ..., hunc autem esse unum hominem ..., quo *eqs.* LIV. 45, 19, 6 (*Romani ad Attalum*: eam opinionem de Attalo et Eumene Romae esse, tamquam *eqs.*) universos omnia et huic (*A.*) tribuere et illi (*E.*) vero negare. TAC. ann. 2, 55. ? **2** *prima*: LIV. 41, 8, 8 Fregellas ... milia quattuor familiarum transisse ab se Samnites Paelignique querebantur, ⌊neque eo minus aut hos aut illos⌋ in dilectu militum dare (⌊ ⌋ n. eo aut minus hos aut plus illos [*sc. Fregellanos*] *Gronov., cf. edd. ad l.*).

pars tertia*: hic *praeparativum (*pertinet ad ea, quae sequuntur*):

I *vario usu*: *hic illic vi significanti fere i. q.* '*hic tantum*', *e. g.* CIC. Att. 3, 7, 2 non faciam, ut enumerem miserias omnes ...: hoc adfirmo, neminem umquam tanta calamitate esse adfectum *eqs.* 3, 15, 2 SEN. suas. 2, 22. *raro iuxta pon.* ille (AETNA 275 illae [*G*, -is *cett.*] sunt animi fruges, haec rerum est optima merces, scire *eqs.*), is (OV. met. 13, 593 trist. 1, 9, 37). *ad alteram sententiam praeparandam repetitur e. g.* OV. trist. 3, 4, 61 ingravat hoc, quod abest *uxor*, levat hoc, quod praestat amorem. QVINT. inst. 7, 4, 36. *c.* ille *variat e. g.* CIC. fin. 4, 67 hoc perspicuum est, vitia alia [in] aliis esse maiora, illud dubium *eqs.* QVINT. inst. 3, 6, 45. *nota*: LVCR. 4, 750 quatinus hoc simile est illi, quod mente videmus atque oculis (*i.* '*quod mente videre similiter fit atque oculis*'). *opp.* '*anaphor.*': hic: CIC. Planc. 14 haec populi oratio est, mea vero ... haec (*seq. a. c. i.*). Mil. 99. *saepe.* ille: CIC. epist. 12, 22, 4 sed illud ... levius est, haec magna res est: fac, ut provinciam retineas *eqs.* CVRT. 10, 3, 8. *contra cf. p. 2708, 47.* iste: MACR. Sat. 1, 17, 61.

A *generatim*: **1** *exempla paucissima ad rem illustrandam*: ENN. ann. 45 (*p. 2708, 36*). 198 et hoc simul accipe dictum: quorum *eqs.* PLAVT. Amph. 202 sic hoc proloquar: principio ut illo advenimus *eqs.* (Asin. 352). Asin. 491 hoc nunc dixerim: nemo etiam me accusavit merito meo *eqs.* 578 hoc, quod rogo, responde. :: rogita quod vis. :: argenti viginti minas habesne? (*cf.* Cas. 211 semper tu huic verbo vitato abs tuo viro. :: cui verbo? :: 'ei foras, mulier'. Stich. 593). Capt. 872 hanc laetitiam accipe a me, quam fero. nam filium tuom ... vidi (QVADRIG. hist. 85 CIC. inv. 1, 40. *cf.* CIC. Att. 12, 19, 1 enim [*cf. vol. V 2, 587, 55. 62. 65*]. PLIN. nat. 16, 208 ergo. *v. et p. 2745, 5*). Pseud. 138 qui haec habent consilia ..., rape clepe tene harpaga bibe es fuge. 1250 magnum hoc vitium vino est: pedes captat *eqs.* TER. Ad. 884 haec tria ... addidi ...: 'o noster, quid fit? quid agitur?' CATO agr. 37, 3 RHET. Her. 1, 7, 11. CIC. Sest. 20 erat hic omnium sermo: 'est tamen rei publicae magnum ... subsidium (*Piso*) *eqs.*'. *et passim.* **2** *ad inducenda vocabula, scripturas, formas sim.* (*maxime ap.* GRAMM.; *cave articulum intellegas*): VARRO ling. 6, 58 'pro' idem valet quod 'ante', ut in hoc: 'proludit' (8, 47 ut in hoc 'humanus, humana, humanum'. 8, 76 *et saepe.* QVINT. inst. 1, 5, 22. 7, 9. 13. *cf.* VARRO ling. 9, 103 ut in hoc verbo 'volo'). 9, 44 quid similius videtur quam in his est extrema littera 'crux', 'Phryx'? (9, 94 ut in his 'nemus', 'lepus'. 10, 50 *et saepe.* QVINT. inst. 1, 4, 8. *cf.* NIGID. Gell. 19, 14, 6). 10, 50 ab his rectis 'hi Baebiei (abiei *cod.*), hae Baebiae'. 10, 67 ut est huius ordinis 'una[e] duae tres' princip⟨i⟩um 'una', sic in hoc ordine altero 'unae binae trinae' principium est 'unae'. QVINT. inst. 1, 6, 10 hoc verbo ... 'pepigi'. POMPON. dig. 28, 5, 29. 32, 85.

B *anticipative de iis, quae nondum dicta animo loquentis obversantur* (*cf.* TER. Eun. 980 quidquid huius factumst, culpa non factumst mea. :: quid? :: recte sane interrogasti: oportuit rem praenarrasse me. emit *eqs.*): **1** *in univ.*: PLAVT. Amph. 105 nam ego vos novisse credo ..., quam liber harum rerum multarum siet ('*quam multa eiusmodi licenter agat*' *Gronov.*) ...: is amare occepit Alcumenam *eqs.* (*cf. p. 2727, 27*). Curc. 404 hunc, quem quaero, commonstrare si potes, inibis a me ... grandem gratiam. Lyconem quaero tarpezitam. CIC. ad Brut. 1, 10, 1 erat ... acer Pansa cum in ceteros huius generis, tum maxime in socerum (*Calenum*). NIGID. Gell. 4, 9, 2 hoc inclinamentum ... huiuscemodi verborum ut 'vinosus' *eqs.* CAES. anal. frg. Gell. 19, 8, 8 APVL. apol. 93 ^extr.^ *explicatur post longius spatium*: PLAVT. Amph. 24 hoc petere me ... iussit *Iuppiter* (*explicatur*: 64 nunc hoc me orare ... iussit Iuppiter, ut *eqs.*). Asin. 47 cur hoc ego ex te quaeram? ('*quod quaesiturus sum*' *Leo, cf. 88*). **2** *in enunt. secund.*: PLAVT. Most. 790 si voles verbum hoc cogitare, simul flare sorbereque haud factu facilest. TER. Eun. 961 ne hoc nesciatis. CIC. Cluent. 89. fin. 5, 33 sive ... maior aliqua causa ... hanc vim ingenuit, sive hoc ita fit fortuito, videmus *eqs.* (TAC. hist. 1, 29). SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 5, 6 OV. met. 2, 126 Pont. 3, 7, 39 SEN. suas. 6, 18. *et al.* **3** *in parenthesi*: CIC. dom. 104 o di immortales — vos enim haec audire cupio — P. Clodius vestra sacra curat ...? Phil. 4, 10 quibus M. Antonius — o di immortales, avertite ... hoc omen — urbem se divisurum esse promisit. de orat. 2, 362. top. 92 tertia *quaestio*, quamvis molestum nomen hoc sit, iuridicialis vocetur. off. 1, 23 epist. 10, 1, 1. epist. frg. VIII (VII Sj.) 9 ut hoc verbo utar. *al.* PRIAP. 77, 13 OV. fast. 4, 857. SEN. epist. 108, 4 qui in solem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur. *et saepius.*

C *spectat ad partes orationis* (*liberius vel structuris mixtis*: TER. Andr. 904 una harum quaevis causa me ... monet, vel tu vel quod verumst vel quod ipsi cupio Glycerio. CIC. Att. 9, 6, 7 me ... haec duo fefellerunt, initio spes compositionis ...; deinde ... intellegebam [*cf.* epist. 11, 8, 1]. 16, 7, 1 haec adferebant, edictum Bruti et Cassi, et fore frequentem senatum kalendis *eqs.* SIL. 4, 286 [*in orat.*]): **1** *nomina*: **a** *plura* (*collective*): **α** *eodem casu*: PLAVT. Merc. 18 amorem haec cuncta vitia sectari solent, cura aegritudo nimiaque elegantia (*cf.* TER. Eun. 59 in amore haec omnia insunt vitia: iniuriae, suspiciones *eqs.* [CIC. epist. 2, 6, 3]. RVT. LVP. 1, 2 universa). 24 (*interpol.?*). 161 adporto hoc (*ambigue simul pro adv., v. Leo ad l.*) — :: quid fers? dic mihi. :: vim metum *eqs.* (*per sing., cf.* TER. Ad. 904 hoc mihi moraest, tibicina et hymenaeum qui cantent. CIC. rep. 1, 35 opus hoc. SEN. epist. 5, 4. *et al. aliter p. 2731, 5 sqq.*). Trin. 273 TER. Ad. 906. LVCIL. 527 rex Cotus ille duo[s] hos ventos, austrum atque aquilonem novisse aiebat solos (CIC. de orat. 3, 174 ac. 2, 29 *al. cf.* CIC. Manil. 28 quattuor has res. part. 19 SEN. epist. 78, 6 *al.*). CATO agr. 134, 1 RHET. Her. 2, 13, 19 *al.* CIC. inv. 1, 34 has res. Sest. 98 *al.* VARRO Men. 263 ling. 5, 77 *al.* HOR. sat. 2, 8, 45. *et passim.* *nota*: TER. Haut. 876 in me quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta (-ae $D^1 E^1 \eta$) in stulto, caudex stipes asinus plumbeus. CINC. Gell. 16, 4, 4 (*formula sollemnis*) nisi harunce quae causa erit: funus ... feriaeve *eqs.* *repetitur praepos.*: SEN. epist. 89, 16 corporum locus in hos primum (*gradus dividitur*), in ea quae faciunt et quae ex his gignuntur. TERT. nat. 2, 1 p. 94, 7. **β** *extra structuram* (*seq. nom.* '*pendens*' *praeter p. 2731, 1; cf. Havers, Glotta 16, 1928, 98 sqq.*): VITR. 5, 4, 5 *sonitus mobiles* vocabula ... habent haec: parhypate hypaton (-e *codd.*), lichanos hypaton (phalon *codd.*) *eqs.* CELS. 5, 18, 27 ad spissa ... Aristogenis fit ex his: sulpuris P. ✱ I *eqs.* ...; sesami fricti acetabulum (*in mensuris ut:* ? 5, 19, 11^B^. SCRIB. LARG. 42 *caro* conpescitur ... hoc pastillo [quod conficitur sic *ins. Marcell. med. 9, 38*]: aluminis fissi

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pondo triens *eqs.*). SCRIB. LARG. 66 perunguere ... fauces hoc medicamento ... (quod conficitur sic *ins. Marcell. med. 14, 3*): mellis ... heminam *eqs.* PALLAD. 4, 13, 2 in forma haec sequemur: vastum corpus ..., robori conveniens altitudo *eqs.* CHIRON 350.

b *singula*: PLAVT. Most. 981 nihil hoc quidem est, triginta minae. Pseud. 678 sola haec ... dea, Fortuna. Trin. 389 (?). TER. Hec. 445 nescio, quo pacto hoc celem, quod me oravit Myrrina, suae gnatae partum. Ad. 870 hoc fructi ... fero, odium. CIC. de orat. 1, 188 ac. 2, 29 Q. CIC. pet. 4. OV. epist. 8, 101 pars haec una mihi (*Hermionae*), coniunx bene cessit Orestes (*cf.* SEN. Med. 237 obici crimen hoc solum potest, Argo reversa. 992 hoc ..., spectator iste). SEN. epist. 59, 16 *al.* LVCAN. 2, 387. *et al.*

2 *enunt. a coniunctione incipientia* (*cf. p. 2734, 44*): **cum** (*cf. p. 2734, 50. 2746, 14*): PLAVT. Capt. 217 propter hanc rem, quom. Poen. 1203 hoc ... maxumumst (*vitium mulierum*), quom sibi nimis placent *eqs. al.* TER. Haut. 298 Phorm. 966 CIC. Verr. II 3, 3. har. resp. 63 haec deorum ... vox ... iudicanda est, c. ipse mundus, c. maria atque terrae ... contremescunt. Brut. 6 *al.* VARRO ling. 6, 94. *et saepius.* **donec**: SEN. contr. 2, 4, 5. **dum**: PLAVT. Asin. 166 semper tibi promissum habeto hac lege, d. superes datis. TER. Phorm. 160. CIC. Phil. 5, 31 hanc moram ..., d. (*i. 'ut exspectemus, d.'*). VATIN. Cic. epist. 5, 10^{a}, 3 expectandumst ... (BRVT. Cic. ad Brut. 2, 3, 4). MART. 9, 35, 1 TERT. carn. 17 p. 453, 28 Oe. *al.* **ne**: PLAVT. Aul. 99 atque etiam hoc praedico tibi, si Bona Fortuna veniat, ne intro miseris. Rud. 1246 *al.* CAECIL. com. 139. TER. Andr. 269 timet. *al.* RHET. Her. 2, 21, 33 CIC. Verr. II 2, 161. *et passim. cf. infra l. 79.* **quando**: AVELL. p. 32, 20. *cf.* PLIN. nat. 22, 12 hoc exsecrabiliorem ..., quandoquidem. **quasi** (*cf. p. 2744, 9. 2745, 26*): CELS. dig. 31, 21 hoc ... praetextu ..., q. POMPON. dig. 13, 6, 13, 2 quod non hac mente cum eo ... contraheremus, quasi eum obligatum habituri (*seq. particip., item*: VLP. dig. 11, 7, 14, 7 hoc animo [11, 7, 14, 11]. 14, 1, 1, 9). 30, 24, 3 hoc minus, q. (*abl. mens.*). VLP. dig. 34, 3, 5, 3 *al.* MARCIAN. dig. 5, 2, 2 TERT. apol. 21, 1. adv. Hermog. 23 p. 151, 23 q. quae. *et al.* **quia** (*cf. p. 2746, 12. 26*): PLAVT. Amph. 254 hoc ... magis, q. (*abl. mens., item*: CIC. de orat. 1, 12. 2, 9 rep. 3, 45 AETNA 286. *et al.*). Rud. 388 hoc sese excruciat animi, q. Trin. 394 consolatur. *al.* TER. Andr. 268 ex hoc. LIV. 30, 30, 28 ob hoc. SEN. contr. 1, 5, 8 propter hoc. *et saepe.* **quin**: PLAVT. Capt. 525 neque de hac re negotium est, q. male occidam *eqs.* TER. Andr. 391 haud dubiumst (CIC. Caecin. 51. *cf.* Verr. II 2, 119. SCAEV. dig. 32, 39, 1 *c. indic.*). CIC. Pis. 3 VERG. Aen. 10, 614. **quippe**: PAVL. dig. 32, 78, 4 (*interpol.?*). **quoad**: VLP. dig. 21, 1, 17, 4. **quod**: PLAVT. Asin. 262 sed quid hoc, q. picus ulmum tundit? (Curc. 456 TER. Eun. 642. *cf.* PLAVT. Bacch. 415 quid hoc negoti est [Cist. 774 Men. 762]. Cist. 655 sed quid hoc est [Most. 1062 OV. am. 1, 2, 1 SEN. contr. 1, 1, 6. *et al.*]. IVL. VAL. 2, 22 p. 83, 3 quid hoc ... rei est [3, 8 p. 118, 22]). Capt. 357. Mil. 1411 de hac re (RHET. Her. 4, 7, 10 CIC. inv. 1, 5 div. in Caec. 61 *al. cf. p. 2746, 39*). *al.* TER. Hec. 236. 727 QVADRIG. hist. 19 RHET. Her. 4, 5, 8 CIC. Verr. I 5. II 3, 108 *Centuripini* hoc in te graviores ... testes sunt, q. (*abl. mens., item*: II 4, 39 hoc etiam acrior. *al.* LVCR. 2, 125 CAES. Gall. 1, 2, 3 *al.* BELL. Alex. 16, 3. *et saepe. postpon.*: LVCAN. 4, 229 vilior hoc. QVINT. inst. 5, 7, 22. *et al. cf. p. 2733, 77*). *et passim.* *cf.* Q. CIC. Cic. epist. 16, 16, 2 propter hanc (*causam*), vel q. mihi sic ... nuntiasti. PEREGR. Aeth. 8, 5 hoc ... retulit, eo q. ... isset *eqs.* (*v. Löfstedt, Komm. 119 sq.*). **quominus**: CIC. Cluent. 155. **quoniam**: RHET. Her. 4, 5, 8 hoc signi est ..., q. IVLIAN. dig. 24, 3, 31, 3 hoc minus (*abl. mens.*). PEREGR. Aeth. 20, 10 (*i. 'quod'*). **quo pacto**: TER. Eun. 584 *in tabula* inerat pictura haec, Iovem q. p. Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. **si** (*cf. p. 2743, 83. 2745, 12. 54*): TER. Hec. 570 hoc mi unum ... relicuom fuerat malum, si puerum ut tollam cogit. CIC. inv. 2, 142 S. Rosc. 49. 131 div. in Caec. 15. off. 2, 26 ex hac una re (LVCR. 5, 1056 SEN. epist. 39, 2). *et passim; nota*: QVINT. inst. 11, 2, 41 (*abl. mens.*). **tamquam** (*seq. particip.: infra l. 68*): SEN. contr. 9, 4, 16 hoc colore omnes declamaverunt, t. patre iubente fecisset. SEN. epist. 61, 2 hoc animo (70, 19 TAC. hist. 2, 47). PLIN. epist. 9, 13, 25. GELL. 1, 3, 30 hac ... fini (*syn.* hactenus) ames, t. ... et osurus. 1, 8, 2 t. si. **ut** *fin., cons.*: PLAVT. Asin. 801 haec multa ei (*lenae*) esto, vino viginti dies ut careat. Bacch. 35 quid si hoc potis est, ut tu taceas, ego loquar? *al.* TER. Eun. 544 *al.* PACVV. trag. 179 TVRPIL. com. 211 RHET. Her. 4, 16, 23 *al.* CIC. S. Rosc. 114 hanc ... rem (149 Cael. 64 fin. 2, 41 *al.* CAES. Gall. 7, 14, 2. *cf.* LIV. 42, 23, 5 trium harum r. unam. *saepius*). *et passim.* *fere i. q. 'talis', 'tantus'*: CIC. Sest. 130 haec erat studiorum in mea salute contentio, ut *eqs.* de orat. 3, 180 *navalia* hanc habent in specie venustatem, ut ... voluptatis causa inventa esse videantur. div. 1, 105 epist. 3, 10, 10 *al.* LIV. 5, 6, 8 VITR. 3, 5, 7 QVINT. inst. 5, 12, 19. *et al.* *cf.* **ut ne** (*adde p. 2745, 9*): PLAVT. Mil. 185 TER. Andr. 899 CIC. Caecin. 24 Cluent. 6. *et saepius.* **ut** *adv.* (*cf. p. 2734, 65. 2745, 7*): ENN. ann. 208 div⟨i⟩ hoc audite ..., ut ... mitto. PLAVT. Cist. 55 hoc sis vide, ut petivit suspiritum alte (Curc. 128. 153 *al.*). Merc. 265 ad hoc exemplum.

3 *enunt. varia*: **a** *acc. c. inf.*: PLAVT. Amph. 760 etiamne hoc negabis, te auream pateram mihi dedisse dono ...? Asin. 407 quid hoc sit negoti, neminem meum dictum magni facere? Cist. 102 hanc (eam *P*) rem (CIC. Caecin. 32 leg. agr. 2, 58). Merc. 242 hoc ... respondet, ... ducturum (*sc. 'se'. cf.* Rud. 246 TER. Eun. 660). *al.* TER. Andr. 506. Eun. 275 hoc ... dicis, eiectos hinc nos (*esse*). *al.* LVCIL. 624 RHET. Her. 4, 9, 13 *al.* CIC. inv. 1, 63. *et passim.* **b** *inf.* (*cf. p. 2712, 84*): PLAVT. Asin. 509 hocine est pietatem colere, matris imperium minuere? Capt. 750 vis haec quidem hercle est, et trahi et trudi simul. Curc. 670 *al.* CAECIL. com. 28. TER. Ad. 964 et quidem porro haec, opsonare cum fide, scortum adducere, adparare de die convivium: non mediocris hominis haec sunt officia. *al.* RHET. Her. 4, 2, 3 *al.* CIC. div. in Caec. 63 *al.* *et passim; nota*: CARM. inc. Char. gramm. p. 355, 31 B. horum quod (quid *Baehr.*) mavis, stultusne malusne videri? SEN. contr. 10, 2, 13 hanc rem (MART. 11, 5, 3). **c** *interrog. indir.*: PLAVT. Amph. 1015 hanc rem pergam exquirere, quis fuerit *eqs.* (Men. 761 VOLCAC. carm. frg. 1, 1 LIV. 5, 6, 7. *et al.*). Trin. 227 hoc non liquet ..., utram ... artem expetessam. *al.* TER. Haut. 890 *al.* CIC. Quinct. 76 haec duo. *et passim.* *c. indic.*: PLAVT. Most. 1039. DIG. *saepius.* AMM. 29, 2, 9. *cf. p. 2731, 60 et 81.* **d** *enunt. relat. pro finali*: CIC. rep. 6, 15 homines ... sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum (*sc. terram*). HOR. sat. 2, 6, 42 *Maecenas me habet* ad hoc, quem tollere raeda vellet iter faciens (2, 8, 25. TERT. adv. Marc. 5, 2 p. 573, 18 quo. *cf.* VAL. MAX. 6, 9, 1 in hoc ..., quo). CELS. 2, 10, 4. ? TERT. apol. 47, 1. **e** *enunt. relat. explicat.*: CIC. Cato 85 quodsi in hoc erro, qui animos hominum inmortales esse credam, libenter erro. div. 2, 100 haec me Peripateticorum ratio magis movebat et ... Dicaearchi et ... Cratippi, qui censent *eqs.* VERG. Aen. 6, 344 SEN. benef. 2, 21, 4 PLIN. nat. 18, 35 APVL. apol. 40 TERT. nat. 1, 12 p. 82, 5 BOETH. c. Eut. praef. 37. **f** *gerundi(v)um, particip.* (*infra l. 34. 39*): *α eodem casu* (*cf. p. 2745, 2*): TER. Ad. 545 me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. PLIN. nat. 10, 154 *Iulia* hoc usa est puellari augurio, ovum in sinu fovendo (*E?, Barbarus*; -dū *cett.*) atque ... tradendo. 19, 39 hoc ... signo: ove ... dormiente (dormit *Q*) *eqs.* *β add. gen. ad subst.* (*paulo aliter*: SEN. benef. 2, 5, 1 epist. 86, 10): COLVM. 1 praef. 14 duces hoc ... duplici studio floruisse vel defendendi vel colendi ... fines. LVCAN. 6, 492. PLIN. nat. 25, 22 hic ... ambitus ... adoptandi (QVINT. inst. 4, 1, 18). QVINT. decl. 298 p. 176, 24. TERT. apol. 17, 3 haec est summa delicti nolentium (*v. supra l. 31; pro gerundio vel inf.*) recognoscere, quem ignorare non possunt (*aliter Waltzing ad l.*). praescr. 42, 1 *al.* *cf. p. 2745, 4.*

D *appendix rerum notabilium ad A—C*: **1** *per abundantiam in compar.* (*v. Löfstedt, Synt. II 170 sq.*): CIC. Quinct. 8 quid hoc iniquius ... dici ... potest, quam me ... priore loco causam dicere? (*seq. acc. c. inf., item*: Verr. II 4, 77 Phil. 12, 9 de orat. 1, 169 ac. 1, 45 Att. 4, 8^{a}, 2. 8, 9^{a}, 1). de orat. 2, 38 hoc certius esse nihil potest, quam quod *eqs.* (div. 1, 87). *huc traham*: VARRO rust. 3, 16, 33 alii hoc plus (*ed. pr.*, eius *codd.*) relinquunt, quam dixi (*v. Keil ad l. [?]; aliter Krumbiegel, Index p. 107^{b}*). *cf.* hoc amplius quam *i. 'praeterquam'* (*vol. I 2016, 65*).

2 *pron. nudum sententiae loco ponitur* (*vulgo vv. dd. statuunt ellipsin verbi; cf. Vahlen, Opusc. I 106 sqq. Leo, Misc. Cic. 1892, 10. Havers, Glotta 16, 1928, 115*): PLAVT. Bacch. 546 sed etiam unum hoc: ex ingenio malo malum inveniunt suo (757 numquid aliud? :: hoc atque e.: ... ne ... exsurgatis. Poen. 40 et hoc quoque e., quod paene oblitus fui. Stich. 427 hoc e. unum. TER. Eun. 1081 praeterea hoc e. VARRO rust. 2, 10, 9). Mil. 1166 nisi modo unum hoc: ... dicas. Most. 328 sine cadere me. :: sino, sed hoc, quod mi in manu est: si cades, non cades, quin cadam tecum (*cf.* CIC. epist. 6, 10, 1). Trin. 449 verum hoc, quod (ut *P*) dixi: meus me oravit filius *eqs.* (*cf. l. 59; aliter p. 2733, 84*). Truc. 570 hoc saltem. TER. Haut. 269 hoc primum, ut ne quid huius rerum ignores: anus *eqs.* ? VARRO ling. 5, 95. OV. epist. 17, 121 hoc quoque (19, 93). ? VAL. FL. 5, 246 (*v. Langen ad l.*). *seq. particip.*: PROP. 4, 6, 64 *Cleopatra* petit Nilum ..., hoc unum (h. animo *Rossberg*), iussa non moritura die.

3 *plur. spectat ad singulas res* (*cf. p. 2727, 75 sqq.*): *n. pl.* haec: PLAVT. Amph. 195 ut haec nuntiem ..., ut gesserit rem publicam ductu imperio auspicio suo. Capt. 406. 442 haec ... te ... opsecro, infidelior mihi ne fuas quam ego sum tibi. Merc. 797 Mil. 256. 944 Most. 1039 Rud. 216 Trin. 255. Truc. 839 eloquere haec erae tu: puerum reddat, si quis eum petat. TER. Haut. 102 Eun. 386. CIC. Tull. 27 (hoc *Mueller al.*). fin. 5, 21 (*v. Madv.^{3} p. 797*). ac. 2, 102 (*v. Plasberg ad l.*). epist. 6, 10, 1 (hoc *var. l.*). Q. CIC. pet. 38 VARRO ling. 9, 107 QVINT. decl. 258 p. 53, 28. 268 p. 93, 11 *al.* APVL. apol. 32$^{extr.}$ (hoc *vulg.*). *alia*: CIC. fin. 1, 55 in his rebus peccant, cum ... ignorant (HIER. epist. 7, 4, 2). BELL. Afr. 91, 2 ob has causas.

II *pertinet ad enunt. relat. vel vices relat. servantia* (**hic 'determinativum'**): *usus prorsus distinguendus ab illo sollemni, quo enunt. relat. potius enarrandi quam determinandi causa additur (ut p. 2702, 15 et passim). ap. poetas inde a* CIC. (*p. 2733, 13. 41. 44*), LVCR. (*p. 2733, 22*) *metri gratia pro 'is' usurpatur (paulo*

[*Ehlers*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aliter PLAVT. *p. 2743, 80. 2745, 55.* TER. *p. 2734, 51.* LVCR. *p. 2734, 63), ceterum bona aetate fere cum emphasi ponitur (i. q. ‘hic talis’), ita ut prope ad notionem accedat, quam posui p. 2723, 38 sqq.; ap. posteriores favente confusione, quae inter formas pron.* hic *et* is *facta est (v. p. 2692, 25 sqq.), magis magisque in meram notionem q. e. ‘is’ transit.* *ea exempla, quibus formae* hi, his (*necnon* hae, hos, has *sim.*) *non confirmatae metro leguntur, nisi in rebus notabilioribus non affero, etsi illae formae ap. posteriores procul dubio retinendae sunt (v. p. 2692, 30).* *aliter p. 2732, 20. 25.*

A *seq.* **qui:** **1** *vario usu*: **a** *generatim*: RHET. Her. 4, 43, 55 quis est ..., qui non hunc hominem ... laudet ..., qui pro salute patriae ... periculum studiose suscipiat ...? CIC. Arat. 235 haec *signa*, quae semper certo [e]volvuntur in orbe fixa (*gr. 461* ἀπλανέων). Verr. II 1, 109 hoc reperies in omnibus (*legibus*) statui ius, quo post eam legem populus utatur. Rab. Post. 43 haec vera (mira *codd.*) laus est, quae non poetarum carminibus ... celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. de orat. 1, 48 si quis hunc statuit esse oratorem, qui tantummodo in iure ... possit ... copiose loqui *eqs.* Tusc. 1, 7 hanc ... perfectam philosophiam semper iudicavi, quae de maximis quaestionibus copiose posset ... dicere. nat. deor. 2, 97 quis ... hunc hominem dixerit, qui ... neget *eqs.*? off. 1, 100. 3, 76 VARRO ling. 5, 10 rust. 3, 2, 10. LVCR. 2, 731 ne ... haec albis ex alba rearis principiis esse, ... quae candida cernis, aut e a, quae nigrant, nigro de semine nata (*cf.* SEN. dial. 1, 4, 7 hos ..., quos ...; eos autem, quibus. PLIN. nat. 2, 172 GAIVS dig. 15, 1, 27, 8). HOR. sat. 1, 2, 121 illam (*mulierem*) ‘post paulo’ ... Gallis (*i. ‘exsectis’*), hanc Philodamus ait sibi, quae ... *non* cunctetur ... venire (*cf.* SEN. nat. 7, 27, 4 [*v. Gercke ad l.*]. epist. 49, 12 de pudicitia utraque, et illa, cui alieni corporis abstinentia est, et hac, cui sui cura. TERT. anim. 3 p. 303, 16 FILASTR. 89, 5 AVSON. 39, 1 p. 332 P.). 2, 7, 109 TIB. 1, 8, 39. 1, 10, 39 OV. ars. 1, 274. 3, 663 rem. 791 *al.* SEN. dial. 3, 9, 4 hic erit utilis miles, qui scit parere consilio. epist. 34, 4 non est huius animus in recto, cuius acta discordant. 124, 13. 14 *et saepius.* OCTAVIA 566 LVCAN. epigr. frg. 9 M. PETRON. 74, 13 (*loq. Trim.*) hic, qui in pergula natus est, aedes non somniatur. MART. 9, 32, 1 sqq. QVINT. inst. 3, 8, 23 *al.* IVV. 8, 30. 13, 21. 14, 312 *et saepe* (*cf. Housman ad 7, 41. 14, 164*). TAC. hist. 1, 30 (*v. Gudeman ad dial. 37*). PLIN. paneg. 7, 5. DIG. *saepe.* APVL. flor. 9 p. 29. *et saepe ap. posteriores.* *nota incongruentiam*: COD. Iust. 1, 46, 3 (*a. 443*) de his, qui ... militaverit (*v. Löfstedt, Synt. II 165*). *cf. p. 2734, 27. 45.*

b *fere i. q. ‘tantus’*: CIC. Arat. 338 hoc spatium tranans ... nox conficit (huc ... confugit *D*) umbris, quod supera terras ... relictum *est* (*gr. 556* τόσσον δ' ἐπὶ μῆκος ..., ὅσσον. CAES. Gall. 7, 14, 5 [*interpol.?, v. Meusel, Krit. Anh.*]). carm. frg. 40, 1 haec habeo, quae edi (*Anth. Pal. VII 325, 1* [*ibi v. app. crit.*] τόσσ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον). PERS. 2, 70 in sancto quid facit aurum? nempe hoc, quod Veneri donatae a virgine pupae (*fere i. q. ‘tantillum’*). QVINT. decl. 332 p. 309, 24 ut mihi hoc relinqueret, quod habebam (*syn. e. g. p. 309, 12* tantam pecuniam ..., quantam).

c *fere i. q. ‘talis’*: CIC. Planc. 37 (*senatuscons.*) per hanc (*om. recc.*) consensionem, quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur. SEN. contr. 3 praef. 6. SEN. epist. 70, 19 non est, quod existimes magnis tantum viris hoc robur fuisse, quo servitutis humanae claustra perrumperent (*seq. sententia finalis, item*: 80, 3 CALP. ecl. 4, 6).

d *fere i. q. ‘idem’* (*cf. p. 2729, 14. 2739, 23 et v. Svennung, Orosiana 68; Unters. Pallad. 307 sq.*): HOR. sat. 1, 7, 10 *bellantes* hoc ... sunt omnes iure molesti, quo fortes. PROP. 2, 18, 22 saepe Cupido huic (nunc *var. l.*) malus esse solet, cui bonus ante fuit. PAVL. FEST. p. 46 cantherius hoc distat ab equo, quo[d] maialis a verre *eqs.* (*cf.* SEN. nat. 5, 6 interest [epist. 72, 6. 95, 12]). SEN. contr. 2, 3, 13. SEN. epist. 4, 4 non putas virtutem hoc effecturam, quod effecit nimia formido? 92, 18 *al.* PLIN. nat. 16, 178 MART. 12, 42, 2 *al.* QVINT. decl. 277 p. 131, 24 PLIN. paneg. 62, 5 MARCELL. dig. 33, 2, 15, 1 APVL. apol. 16. 22. *et al.*

2 *abl. mens.* hoc — quo (*nota collocat. infra l. 72. falso trad. pro* quod: COLVM. 3, 2, 11 PLIN. nat. 11, 12. *v. p. 2731, 50*): CIC. Tusc. 2, 57 plaga hoc gravior, quo (*recc.*, cum *cett.*) est missa contentius (*antea*: eo ..., quo). Att. 13, 36 hoc audio libentius, quo saepius. epist. 5, 19, 1. 13, 14, 2 (quod *HD*). PLANC. Cic. epist. 10, 9, 1 PS. HOR. sat. 1, 10 l. 3 OV. epist. 18, 76. trist. 4, 6, 28 *mala* magis hoc (haec *dett.*), quo (quod *F, dett.*) sunt cognitiora, gravant. PHAEDR. 3 epil. 11 SEN. nat. 4, 8. 4, 11, 1. 6, 14, 3. PETRON. 97, 7 hoc (hic *Burman*) ... pleniorem spem concepit, quo[d] diligentius oppessulatas invenit fores. QVINT. inst. 2, 5, 22. 4, 2, 14 PLIN. epist. 3, 10, 6. paneg. 21, 4 (quod *Livin., fort. recte*). IVST. 8, 5, 11 PRVD. perist. 12, 18 AVG. civ. 14, 9 p. 25, 25 D. SIDON. epist. 2, 10, 6. *?* quo *i. q. ‘quo magis’* (*nisi i. q. ‘quod’, v. Thörnell, Stud. Tert. II 1 sqq. et cf. p. 2711, 62; restit.* quod *supra l. 67*): TERT. apol. 1, 3 hoc magis gloriabitur potestas earum, quo (quod *edd. vett.*) etiam inauditam damnabunt veritatem? resurr. 8 p. 37, 21 *caro* hoc magis vincta, quo (quod *PM, sed* d *eras.*) absoluta. CYPR. eleem. 18 p. 387, 14 (‘quod *malim*’ *Hartel*).

3 *in appositione*: **a** *ad sententiam verbalem*: OV. trist. 5, 9, 36 hoc quod non prohibet vox tua, gratus ero (*anticipative, item*: LIV. 26, 13, 6 SEN. clem. 1, 12, 3. epist. 114, 1 hoc quod audire vulgo soles, quod ... in proverbium cessit: talis hominibus fuit oratio qualis vita. *aliter p. 2732, 59. 61*). *?* MART. 10, 20 (19), 16 *Plinius* totos dat ... dies Minervae, dum centum studet (vacat *γ*) auribus virorum, hoc ⌞quod⌟ (⌞ ⌟ *om. γ*; si *Linds.*) saecula posterique possint Arpinis quoque conparare chartis. COD. Iust. 1, 17, 2, 21.

b *ad nomina* (*fere c. emphasi; forma* hi: CIC. Scaur. 28 tui isti Sardi ..., hi qui te in Sardiniam minime venire voluerunt. MELA 3, 81. *cf. l. 21 sqq.*): SEN. Herc. f. 265 *terra Thebarum*, e cuius arvis ... iuventus ... stetit cuiusque ..., in cuius ..., haec quae caelites recepit et quae fecit et ... fortasse faciet, sordido premitur iugo. SEN. Thy. 844 sqq. (*syn.* qui). benef. 2, 27, 1 Cn. Lentulus augur ..., hic ⌞qui⌟ (*om. GP*) quater milies sestertium suum vidit ..., ingenii fuit sterilis *eqs.* epist. 81, 10 *neque* beneficium dare quisquam scit nisi sapiens, hic scilicet, qui magis dato gaudet quam alius accepto (*fere i. q. ‘quippe qui’. cf. l. 23*). 87, 9 LVCAN. 10, 456 PLIN. nat. praef. 25 MART. epigr. 17, 2 PLIN. epist. 7, 24, 8.

4 *de prima persona* (*v. Hartel, ALL 3, 1886, 22; ubique formae* hi, his): LVCIF. Athan. 1, 38 p. 133, 28 hi (nos *Galland*) ... non eum *deum* derelinquimus, qui fidem tenemus apostolicam. moriend. 3 p. 289, 5 his ..., qui ... cupimus. *in appositione* (*cf. l. 7 sqq.; nota attractionem l. 26*): LVCIF. Athan. 1, 34 p. 126, 14 quid aliud essemus ... nisi totius iniquitatis fontes? hi scilicet, qui ... *iniustitiam* essemus suscepturi (*cf. supra l. 15*). non parc. 19 p. 250, 7 (*fere i. q. ‘etsi’*). moriend. 3 p. 290, 17 ignorans probationis nostrae nos gaudere occasionibus, hi videlicet qui ... existimemus (13 p. 313, 10).

B *seq. pron. relat. varia* (*nota numeros non congruentes infra l. 30. 42; cf. p. 2733, 40*): **1 qualis** (*cf. p. 2744, 8*): IVV. 7, 56 vatem egregium, cui non sit publica vena, qui ..., hunc, qualem nequeo monstrare *eqs.* 15, 65 *non torquent* hunc lapidem, quales et (qualem vel *U*) Turnus et Aiax vel quo ..., sed quem *eqs.* (*Schol.*: tam magna ..., qualia). **2 quantus** (*abl. mens.: l. 36*): STAT. Theb. 1, 474 hanc perhibent per vulnera iunctis (*Polynici et Tydeo*; iunctam *Baehr.*) esse fidem, quantā partitum extrema ... Thesea Pirithoo *eqs.* *?* PAPIN. dig. 28, 5, 78 hoc (*del. Mommsen*) tantum ... habebit, quantum. *?* TERT. monog. 10 p. 776, 25 Oe. hoc ..., quanto (*bis*). **3 quicumque** (*formae* hi, his: ITALA Luc. 8, 21 [Hier. epist. 14, 3, 6; qui *var. l., Vulg.*]. IVL. VAL. 1, 11 p. 21, 24 FIRM. math. 3, 1, 15 [?]. COD. Iust. 2, 7, 23, 5 *a. 506. al.*): FIRM. math. 4, 19, 2 alii ... hunc esse dixerunt dominum (*geniturae*), cuiuscumque signum ... Luna ... fuerit ingressa (*antea*: eum). **4 quisquis:** VEN. FORT. carm. 1, 15, 87 haec possessor habet, quicquid transmiserit ante (3, 12, 43).

C *seq. enunt. vices relat. servantia*: **1 si quis** (*nota numeros non congruentes l. 46. 48. formae* hi, his: VAL. MAX. 2, 7, 15 p. 90, 18 his [iis *Halm*] ..., si quis ... tulisset. SCAEV. dig. 32, 41, 14 TRYPH. dig. 29, 1, 41, 1. COD. Theod. 12, 6, 31 [= Iust. 10, 72, 14, 2] exceptis his, si qui ... fuerit deprehensus [-si *Iust.* (fuerint d. *K*)]. *al.*): CE 944, 1 (*Pompeis*) alliget hic auras, si quis obiurgat amantes.

2 *alia*: **cum** (*cf. p. 2731, 14. forma* his: VARRO rust. 1, 27, 3): TER. Hec. 651 hunc videre saepe optabamus diem, quom ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem. CIC. Verr. II 4, 36 (*vix vi temporali*) horum ... temporum, cum te plurimas res emisse dicis (Sull. 53 TERT. ieiun. 6 p. 281, 22). **qua:** PEREGR. Aeth. 5, 4 his diebus, q. **quod:** PEREGR. Aeth. 2, 2 his diebus, q. (*syn.* 5, 3 h. d., quibus). **ubi** (*cf. p. 2743, 81. forma* his: VARRO ling. 9, 112 rust. 2, 4, 4. CAES. Gall. 2, 35, 3 [iis *ed. pr.*]. CALL. dig. 48, 19, 28, 15 PEREGR. Aeth. 6, 2 EDICT. imp. Diocl. II 11. *paulo aliter*: PLAVT. Pseud. 771): HOR. sat. 1, 3, 60 cum genus hoc inter vitae versemur, u. ... invidia atque vigent u. crimina. PROP. 4, 11, 71. PEREGR. Aeth. 2, 5 locus. **unde** (*forma* his: VARRO rust. 2, 6, 2): LVCR. 2, 673 quaecumque ... cremantur, si nil praeterea, tamen haec in corpore tradunt (*v. app. crit.*), unde ignem iacere ... possint. TRYPH. dig. 37, 4, 20, 1. *?* **ut:** PERS. 5, 73 libertate opus est, non hac, ut (qua *φ*) quisque Velina Publius emeruit, scabiosum tesserula far possidet (*v. Löfstedt, Verm. Stud. 10*).

pars quarta*: hic *indefinitum (*pertinet ad quaelibet*): *v. Sonny, Glotta 6, 1915, 61 sqq. Wackernagel, Synt. II 107 sqq. Svennung, Unters. Pallad. 294 sqq.*

I *in correlatione* (*c. oppos.*): **A** *in comparationibus, relationibus sim.* (*disting. ‘aliud’ ab ‘alio’ vel ‘alterum’ ab ‘altero’*): **1** hic — hic (*i. q. ‘alter — alter’: l. 75*): CIC. inv. 2, 75 neque esse rationem (*accusator demonstrabit*), quare hoc propter hoc fiat. PERS. 5, 155 duplici ... scinderis hamo. huncine an hunc sequeris? QVINT. inst. 7, 3, 9 interim convenit solum quaerere, ‘an hoc sit’, ut ‘an (in *codd.*) adulterium in lupanari’; ... interim quaeritur, ‘hoc (*om. P V*) an hoc? furtum an sacrilegium?’ 7, 3, 10 interim quaeritur ..., an ⌞et hoc et hoc⌟ (hoc et hoc *M*, et hoc *P*) eodem modo sit appellandum ...; in omnibus autem huius generis litibus quaeritur, ‘an etiam hoc’ *eqs.* 7, 8, 6 an, quia hoc, et hoc (*v. app. crit.*). **2** hic — ille (*cf. p. 2735, 14*): CIC. inv. 2, 29 vir an mulier, huius an illius civitatis sit (*cf.* SEN. Thy. 725 hac parte an illa. nat. 5, 18, 12). 2, 45 *considerabit*, hoc cur modo potius quam

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

illo *factum sit*; cur ab hoc potius quam ab illo; cur nullo adiutore aut cur hoc (*eqs.*) ...; hoc huiusne rei sit signum an illius, an et huius et illius et utrius potius (*cf.* top. 49 si hoc est, illud non est. 56 aut hoc aut illud: hoc autem, non igitur illud *eqs.* [SEN. contr. 7, 8, 8]. 57 fin. 4, 55). Planc. 16 'hic quam ille dignior' perquam grave est dictu (*cf.* OV. am. 2, 10, 6 IVV. 10, 197). ac. 2, 36 SEN. contr. 7, 7, 18 GELL. 1, 22, 1. *in chiasmo*: LVCR. 6, 1085 ut cava conveniant plenis haec illius illa huiusque inter se. OV. met. 15, 258 PLIN. epist. 9, 6, 2. 3 *alia* (*dub.* CIC. inv. 1, 26 commune *exordium est*, quod nihilo minus [*pro* '*n. magis*'] ⌊in hanc quam⌋ in contrariam partem causae potest convenire [⌊ ⌋ *fort. recte del. Sauppe coll. Rhet. Her. 1, 7, 11*]) QVINT. inst. 7, 3, 11 in hac (*finitione*) quaeritur, an idem sit huius rei nomen quod alterius, illo (*syllogismo*), an proinde habenda sit haec atque illa.

B *in enumerationibus*: 1 *c. maiore vi significandi fere i. q.* ὁ δεῖνα — ὁ δεῖνα: a hic *iteratur*: TER. Ad. 417 *iubeo* ex aliis sumere exemplum sibi: 'hoc facito ..., hoc fugito ..., hoc laudist ..., hoc vitio datur' (*sim.* CIC. de orat. 2, 173. div. 2, 127 'hoc facito, hoc ne feceris' [*cf.* SEN. epist. 94, 50 QVINT. inst. 4, 4, 8 PLIN. paneg. 2, 8]. HOR. sat. 1, 4, 134 SEN. epist. 94, 8. 95, 37 TERT. adv. Val. 4 p. 182, 2 LAMPR. Heliog. 10, 3). CIC. Verr. II 3, 76 *reges barbari solent* uxoribus civitates attribuere hoc modo: haec civitas ⌊mulieri in⌋ (*Hotoman*, -em *vel* -i *codd.*) redimiculum praebeat, haec in collum, haec in crines. epist. 9, 16, 4 (*verba Servii*) 'hic versus Plauti non est, hic est'. CAECIN. Cic. epist. 6, 7, 4. b *compon. c. pron. variis*: TER. Ad. 425 conservis ... praecipio ...: 'hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum; illud recte: iterum sic memento' (*cf.* CIC. ac. 2, 21 'illud est album, hoc dulce, canorum illud, hoc bene olens, hoc asperum'. PERS. 4, 9). 824 duo quom idem faciunt, saepe ut possis dicere 'hoc licet inpune facere huic, illi non licet' (*cf.* CIC. Planc. 14). CIC. inv. 2, 121 hoc genere ... uti oportebit: 'hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset, non isto loco verbum istud conlocasset' (*cf.* off. 3, 75 sic ... cogitans 'est istuc quidem honestum, verum hoc expedit'. GELL. 1, 9, 9). SEN. benef. 4, 32, 2. HIER. epist. 60, 10, 9 (*v. vol. VII 1, 346, 45*). *nota*: CIC. Phil. 8, 17 ego huic faveo, tu illi (*i.* '*quibuslibet*')? immo vero ego D. Bruto faveo, tu M. Antonio.

2 *c. mera vi disiungendi i. q.* ὁ μέν — ὁ δέ (*cf.* PRISC. gramm. III 125, 11. 364, 16): *inde ab* ENN. (*l. 65. 79. p. 2736, 22*), LVCIL. (*l. 67*), *in prosa inde a* CIC. (*l. 50. 52. 68. 80*). *cf. sub C. saepius in 'appos. distrib.' q. d., e. g.* VERG. *infra l. 55. 77.* HOR. *infra l. 71.* SEN. benef. 4, 5, 3 SIL. 10, 38 STAT. *infra l. 76.* TAC. ann. 1, 18. 4, 62 (*p. 2736, 32*). PLIN. epist. 5, 6, 19 APVL. met. 4, 31 mund. 30. *nota variationem*: *? generis*: IVV. 3, 216 (*v. Knoche, Gnomon 9, 1933, 252, qui confert* 6, 610). HIER. epist. 45, 2, 2 alius ..., ille ..., haec (*G*, hic *cett.*). *numeri*: OV. ars 3, 527 huic ..., huic .., illis. SEN. Ag. 572 AVSON. 419, 77 p. 374 P. *cf. p. 2736, 74.*

a *formae bimembres*: α hic — hic (*cf. p. 2736, 5 al. vix recte* LVCR. 3, 83 *huc trahit Heinze*): *de quibuslibet i. q.* '*alius — alius*': CIC. top. 88 si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur *eqs.* (*cf. l. 68. 80*). div. 2, 127 quae est ista designandi licentia, ut hoc deus, hoc natura fecerit potius quam aut omnia deus ... aut omnia natura? VERG. georg. 2, 23 hic plantas ... deposuit sulcis, hic stirpes obruit arvo *eqs.* Aen. 1, 106 (*cf. Serv. auct. ad l.*). 7, 506 olli ... adsunt, hic torre armatus obusto, stipitis hic ... nodis: quod cuique repertum *eqs.* HOR. epist. 1, 17, 39 OV. met. 12, 56 SEN. benef. 4, 30, 3. *et saepius.* *de duobus i. q.* '*alter — alter*': OV. trist. 5, 10, 24 *agricola* hac arat ..., hac tenet arma manu (STAT. Theb. 1, 112. 10, 110 silv. 4, 6, 56). VAL. FL. 4, 683 *Iuno et Pallas* insiliunt pariter scopulos (*sc. Cyaneas*): hunc nata coercet, hunc coniunx Iovis. PANEG. 2, 36, 4. *et al.*

β *compon. c. aliis pron. sim.* (hic *fere antecedit; raro sequitur inde a* LVCIL. *infra l. 67, in prosa* QVINT. decl. 382 p. 427, 15 [*saepius in paribus seriei ut p. 2736, 12*]): (I) hic — ille (pars illa: *l. 66*): *de quibuslibet i. q.* '*alius — alius*': ENN. ann. 559 hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. LVCIL. 1176 adferri quod quisque volebat (*in cena*). illum sumina ducebant ..., hunc ... catillo. CIC. top. 88 si huic rei repugnat, illi non repugnat *eqs.* Tusc. 5, 60 VERG. Aen. 10, 130 HOR. sat. 1, 2, 11 *al.* OV. met. 8, 567 *al.* PHAEDR. 3, 3, 7 *al.* SEN. benef. 2, 4, 2. *et saepe.* *de duobus i. q.* '*alter — alter*': HOR. carm. 1, 12, 26 dicam ... pueros ... Ledae, hunc equis, illum superare pugnis nobilem (*cf.* OV. fast. 5, 700). OV. met. 1, 469 *Amor* prompsit duo tela ... diversorum operum: fugat hoc, facit illud amorem. fast. 1, 136 (*de frontibus ianuae*). *al.* LIV. 2, 49, 2. MANIL. 5, 441 (*de petauristis*). PETRON. 123 v. 218. STAT. Theb. 6, 118 geminas hanc ... umbris, ast illam superis ... aras. *al.* MART. 10, 81, 4. *et al.* *adde*: VERG. Aen. 8, 287 Salii ... adsunt ..., hic iuvenum chorus, ille senum (*nos* '*halb — halb*').

(II) *varia*: ENN. ann. 436 hic insidiantes vigilant, partim requiescunt *eqs.* (*cf. supra l. 66*). CIC. top. 88 si huius rei haec, illius alia causa est (SEN. epist. 120, 9 LVCAN. 3, 578. VAL. FL., STAT. *saepius.* TAC. hist. 3, 55 ann. 6, 1. *et al.*). SEN. contr. 9, 4, 15 ex hac parte ..., ex altera (LVCAN. 2, 55 *al.* STAT. Theb. 1, 226. *saepius*). PERS. 6, 21 est qui ..., hic (IVV. 6, 73). *liberius*: HOR. sat. 1, 2, 4 *Tigellius* benignus erat. contra hic ... inopi dare nolit amico, frigus quo ... propellere possit. 1, 2, 7. epist. 2, 2, 91 carmina compono, hic elegos. SEN. Herc. f. 155 STAT. Theb. 1, 483 IVV. 1, 123. *cf. p. 2737, 19 sqq.*

b *formae plurium membrorum* (*saepius paribus comprehensis*: HOR. epist. 2, 2, 67 hic ..., hic ...; ... hic ..., hic. ars 363 ut pictura poesis: erit quae, si propius stes, te capiat magis, et quaedam, si longius abstes; haec amat obscurum, volet haec sub luce videri ...; haec placuit semel, haec deciens repetita placebit. PROP. 3, 9, 19 est quibus ..., est quibus ...; hic ..., hic. OV. ars 1, 124 pars ... pars ...; altera ... altera ...; haec ... haec; haec ... illa. *al.* SEN. dial. 5, 10, 4 alium ..., alium ...: hic ..., hic ...; hic ..., ille ...; hic ..., hic ...; ille ..., ille ...; ille ..., hic. *al.* PLIN. nat. 13, 40. 26, 4 QVINT. inst. 10, 5, 8. *et al.*):

α hic *iteratur*: VERG. Aen. 7, 473 hunc decus egregium formae (*Turni*) movet ..., hunc atavi reges, hunc claris dextera factis. SEN. Tro. 1144. dial. 3, 16, 4 pro cuiusque morbo medicina quaeratur, hunc sanet verecundia, hunc peregrinatio, hunc dolor, hunc egestas, hunc ferrum. *al. et ap.* LVCAN., SIL., STAT., IVV., FLOR. (epit. 4, 12, 52), AMPEL. (48, 2).

β *compon. c. aliis pron. sim.*: (I) *ap. poetas* (*exempla paucissima afferre satis habeo; usurpatur in seriebus variis c.* ille, alius, alter, quidam, pars, est qui *al.*): ENN. scaen. 123 ⟨h⟩is erat in ore Bromius, his Bacchus pater, illis Lyaeus. VARRO Men. 358 equi colore dispares item nati hic badius, iste gilvus, ille murinus. LVCR. 3, 311 hic ..., ille ..., at ille tertius. VERG. georg. 2, 505 alii ... hic ... alius ... hic ... hunc. AETNA 266 haec ... altera ... haec ... haec ... haec. HOR. carm. 3, 1, 10 vir ... hic ... hic ... illi. *et passim.* (II) *ap. scriptores*: LIV. 37, 54, 15 *causam armorum habent* illi agrum, hi vicos, hi oppida, hi portus ... ut possideant. SEN. contr. 10, 4, 2 hinc ..., hinc ...: huic ..., huic ..., illius. SEN. benef. 3, 12, 1 hic auxilia tribuit, ille ornamenta, ille solacia. epist. 119, 15. TAC. ann. 4, 62 iam ceteri ..., hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari (*cf.* APVL. met. 2, 26. 7, 16. 8, 18). GELL. praef. 6 alii 'Musarum' inscripserunt, alii 'silvarum', ille πέπλον, hic Ἀμαλθείας κέρας, alius κηρία, partim λειμῶνας, quidam ..., alius ... atque alius ... et item alius *eqs.* APVL. met. 8, 16 hic lanceam, ille venabulum, alius gerebat spicula, fustem alius, sed et saxa ...; erant qui sudes ... attollerent; plerique tamen ... facibus proterrebant feras. 11, 8 *al.* TERT. scorp. 6 p. 157, 8. *et al.*

C *locutiones sollemnes*: 1 *hic iteratur* (*cf. p. 2738, 83. 84*): RHET. Her. 2, 25, 40 hoc aut hoc fecissem. CIC. inv. 1, 99 cum vobis hoc et hoc sit demonstratum (1, 100 HOR. ars 439. QVINT. inst. 6, 1, 3 his et his. 6, 1, 4 haec et haec [HIER. adv. Rufin. 1, 11 p. 405^{B} *ex Eusebio.* RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 63, 1 p. 51, 11 GREG. TVR. Franc. 3, 14 p. 121, 9 *al.*]). VERG. georg. 4, 84 aut hos aut hos (*cf. p. 2717, 57*). Aen. 11, 766 hos aditus iamque hos aditus ... pererrat (*cf.* MANIL. 1, 658 modo ..., nunc). HOR. sat. 1, 1, 112 hunc atque hunc. ITALA psalm. 143, 13 (Aug. serm. 32, 25, 25) ex hoc in hoc (*gr.* ἐκ τούτου εἰς τοῦτο, *Vulg.* ex hoc in illud; *hebr. aliter*). HIER. in Eph. 3, 1 p. 477^{B} hoc vel hoc feci vel illud et illud docui (AVG. virg. 44, 45 p. 289, 15 haec ... v. haec virgo ... illi vel illi mulieri). *nota*: OV. Ib. 410 *Pityocamptes* aequoris adspiciens huius et huius aquas (*i.* '*utriusque*', *sc. sinus Corinthiaci et Saronici. cf. p. 2717, 60*).

2 *compon. c. aliis pron.* (hic *ubique antecedit*): a hic — ille (*cf. p. 2716, 66 sqq.; nota asynd. infra l. 78*): PLAVT. Poen. 435 *non meream*, quantum Acheruntest mortuorum ... neque ... neque ... neque ... neque hoc neque illud neque *eqs.* (CIC. inv. 1, 24 PS. SALL. in Tull. 7. PETRON. 50, 6 sic Corinthea nata sunt, ex omnibus in unum, nec hoc nec illud). CIC. inv. 1, 76 tum ..., tum (div. 1, 120. Lael. 13 non t. hoc, t. illud ..., sed idem semper. *cf.* APVL. met. 3, 7 tunc ..., tunc). 2, 99 aut (leg. agr. 2, 55 [*? ; vix recte trad.*]. LIV. 35, 28, 3 MANIL. 3, 667. SEN. epist. 94, 3 didicit ... non hoc aut illud ferire, sed quodcumque voluerit. *et al. cf.* PETRON. 45, 5 aut hoc aut illud erit, quid utique [*cf. p. 2735, 4*]). Verr. II 1, 53 non dicam illinc (*Aspendo*) hoc signum ablatum esse et illud (II 4, 140 ARNOB. nat. 1, 11 p. 10, 16. 5, 2 p. 175, 23 [*cf. Hagendahl, Prose métrique d'Arn. 254*]). nat. deor. 1, 47 modo ..., modo (2, 49 div. 1, 62 *al.* CATVLL. 50, 5 PS. SALL. in Tull. 5 NEP. Att. 10, 2. *et al. cf.* MANIL. 1, 231 m., post). div. 2, 24 vel ... vel (MART. 5, 12, 6. *cf.* TAC. hist. 1, 12 vel [ann. 16, 3 PLIN. epist. 9, 29, 2. *et al.*]). SALL. or. Phil. 11 expers consilii ..., haec atque illa temptans (HOR. sat. 1, 4, 126 SEN. dial. 9, 2, 6 nat. 3, 25, 8 STAT. Theb. 2, 589). VERG. Aen. 4, 157 iamque ..., iam (*v. vol. VII 1, 118, 79. 119, 2*). 5, 441 nunc ..., nunc (6, 315 *al.* LIV. 34, 13, 2. *et al.; nota*: HIER. epist. 49, 13, 1 n. haec, n. illud [-a *var. l.*]). LIV. 4, 7, 8 seu ... seu (*cf.* CELS. 1 prooem. 38 sive ... sive). VAL. MAX. 7, 4, 5 hos (modo h. *A marg.*) obsidebat montes, paulo post ad illos transgrediebatur (*cf.* SEN. dial. 5, 28, 1 huic ..., deinde illi). CELS. 5, 26, 5 huic illive figurae. MART. 9, 29, 10 quae sciet hos illos vendere lena toros? (*per asynd., item*: 12, 60, 11). *nota*: CATVLL. 6, 9 pulvinus ... peraeque et hic et ille (*i.* '*uterque*'; et hec et illo *var. l.*) attritus (SEN. Herc. f. 1205 polus. *cf. p. 2716, 72*).

b hic — alter (alius): RHET. Her. 4, 14, 21 modo in hac, modo in altera re. QVINT. inst. 11, 3, 176 vel hoc vel aliud (BOETH. cons. 5, 6, 40 W. nunc hoc, nunc a. [illud T^1, *Peiper*]).

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

c *formae quadrimembres*: CATVLL. 68, 152 ne vestrum scabra tangat robigine nomen haec atque illa dies atque alia atque alia. APVL. met. 9, 7 hoc et illud et aliud et rursus ali⟨u⟩d.

II ***solum positum*** *i. q. ὁ δεῖνα (cf. p. 2734, 77. 81. 2735, 2. 2738, 80)*: **A** *in formulis generalibus*: CIC. part. 99 cum ... illane lege, hisne verbis sit actio quaeritur (*cf. ibid. infra*). QVINT. inst. 3, 6, 69 cum ... hae sint quaestiones, ʽan huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere’. 7, 3, 28 quaestio ʽan hoc sit’ (*cf. p. 2734, 77*). *al.* IAVOL. dig. 50, 16, 111 dicere solemus ʽcenseo hoc facias’ et ʽsemet (senatum *var. l., Mo.; v. app. crit.*) aliquid censuisse’. GAIVS epit. 2, 5, 2 (*cf. inst. 2, 201*) ut testator in testamento scribat: ʽtu (ille *add. G*) heres meus illi hoc da’, aut: ʽillud illi ab herede meo dari iubeo’. 2, 9, 2. *in serm. gramm.*: QVINT. inst. 9, 3, 1 ut ʽhac re (hanc rem *A²b*, huic rei *P*) invidere’, non ... ʽhanc rem’ ... et ʽhuic’, non ʽhunc adulari’ iam dicitur (*v. vol. VII 1, 350, 67*). CHAR. gramm. p. 408, 26 B. (*inter synon.*) ad hoc negotium non accedo. abstineo me hac re. non intervenio huic rei. non adiungo me negotio. *al.*

B *significantius dictum (c. quadam vi demonstrandi; cf. p. 2735, 84 sqq.)*: HOR. sat. 1, 9, 51 nil mi officit ..., ditior hic aut est quia doctior (ʽ*dieser zum Beispiel*’ *Heinze*). 2, 2, 31. 2, 3, 23 huic signo ponebam milia centum. 2, 3, 30 lethargicus hic cum fit pugil. 2, 3, 162 ʽnon est cardiacus’ Craterum dixisse putato ʽhic aeger’. PERS. 5, 76 hic Dama. IVV. 9, 60 melius⌞ne hic⌟ rusticus infans ... legatum fiet amici? (⌞⌟ nec hic *AL*, nunc *Housman*). *huc traham (vix ad p. 2718, 54)*: HOR. sat. 1, 1, 29 (*4 mercatores. 5 miles. 9 agricolam. ibid.* iuris ... peritus) ille ... terram qui vertit aratro *agricola*, perfidus hic caupo (*substituitur pro iuris perito*), miles nautaeque.

pars quinta: recentiora:

I *vice articuli definiti: legitur inde ab* ITALA *fere in litteris ex graeco pendentibus, ceterum nonnisi in formulis sollemnibus, ut vid. (v. sub B 2 a—c; dub. l. 83); nota l. 48. vix recte vv. dd. exempla quaedam bonae aetatis conferunt, quibus* hic *c.* ʽ*inf. pro subst.*’ *coniungitur (Wölfflin, ALL 12, 1902, 474. Wackernagel, Synt. I 274. II 129): sunt enim omnia* ʽ*anaphorica*’, *v. e. g.* CIC. de orat. 2, 24 nihil agit ... hoc ipsum nihil agere. 2, 39. 218. orat. 73 hoc decere (*v. Kroll ad l.*). fin. 2, 18 (*de vacuitate doloris*) hoc non dolere (*opp.* illud Aristippeum). 3, 59 reddere ... hoc ipsum reddere. Att. 7, 11, 2 SEN. epist. 8, 7. PERS. 6, 39 (*c. emphasi*). *v. etiam p. 2707, 74. diversum est, quod in serm. gramm.* hic *apponitur discernendorum casuum vel generum gratia (v. Ritschl, Parerga 25; cf.* VARRO ling. 9, 41 *virilia dicimus*, quibus proponimus ʽhic’ et ʽhi’ *eqs.* 10, 80 PRISC. gramm. II 581, 24. III 120, 5. 124, 17 deficit ... praepositivis articulis lingua Latina. nam pronomen ʽhic’, quod grammatici in declinatione nominum loco praepositivi ... ponunt articuli, numquam in oratione sensum articuli habet. 500, 27): VARRO ling. 8, 66 alii dicunt in singulari ʽhac ovi et avi’, alii ʽhac ove et ave’; in multitudinis ʽhae puppis restis’ et ʽhae puppes restes’; ... in accusandi *casu* ʽhos montes fontes’ et ʽhos montis fontis’. 9, 82. 10, 15 declinamus, ut ʽhuius Romae’, ʽhanc Romam’, ʽhac Roma’. 10, 44 primo versu ʽhic albus, huic albo, huius albi’, secundo ʽhaec alba, huic albae, huius albae’, tertio ʽhoc album, huic albo, huius albi’. *saepe.* NIGID. Gell. 13, 26, 4 FEST. p. 150 *al.* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 168, 32 B. ʽUlixi’ pro ʽhuius Ulixis’. *al.* QVINT. inst. 1, 6, 5. 1, 6, 42. 1, 7, 19 GELL. 4, 1, 2. 15, 9, 4 *al.* TERT. adv. Val. 34 p. 209, 18 PORPH. Hor. carm. 4, 4, 34 *al. et passim. cf. p. 2730, 12 sqq. supra l. 13 sqq. in doctrina gramm.* hic *adiective usurpatum (v. p. 2692, 21) articulus habetur*: PLIN. dub. serm. frg. Prob. inst. gramm. IV 133, 8 Plinius Secundus ʽhic’ tunc voluit dici pronomen, quando solum reperitur declinari, ut puta ʽhic’, ʽhuius’ ...; at vero si cum alia parte orationis inveniatur declinari, articulum appellari, ut puta ʽhic Cato’, ʽhuius Catonis’ ...: sed haec discretio ... cunctis artis latoribus supervacue visa est constitui *eqs.* SERV. gramm. IV 436, 25 CLEDON. gramm. V 15, 7 POMP. gramm. V 211, 3 GRAMM. suppl. 234, 23. 249, 33 ea pronomina esse putantur, quae sine nomine vicem nominis implent, ut ʽiste’, ʽipse’, ʽille’; articuli autem cum pronominibus ponuntur, ut ʽhic ipse’, ʽhic ille’; cum nominibus, ut ʽhic vir’, ʽhic magister’; cum participiis, ut ʽhic legens’ *eqs.* (*cf.* 149, 30). *v. et p. 2691, 82 sqq.*

A *adminiculum pronominale est*: **1** *nominum peregr. (decl. lat.: l. 82. p. 2738, 2)*: ITALA deut. 33, 10 (Lugd.) manifestabunt iustitias tuas huic Iacob et legem tuam huic Istrahel (τῷ, *Vulg.* o). Ios. 4, 8 (Lugd.) huic Iesu (τῷ, *V. aliter*). 13, 6 (Lugd.) huic Istrahel (τῷ, *V. aliter*). 24, 4 (Lugd.) *dedit* huic Isac Iacob et Esau (τῷ, *V.* illique rursum). iud. 2, 7 (Lugd.) quae *opera* fecit huic Istrahel (τῷ, *V.* cum; *item*: 2, 10). 6, 4 (Lugd.) huic Istrahel (ἐν τῇ γῇ ʼI., *sed* ἐν ʼI. *cod. Alex.; V.* in I.). Hos. 2, 8 (Wirc., Sangall.) huic Bahal (τῇ, *V.* Baal). Mich. 1, 13 (Weing.) impietates huius Istrahel (τοῦ, *V.* scelera I.). 7, 20 (Weing., Sangall.) dabis veritatem huic Iacob, misericordiam huic Habrahae (τῷ, *V.* I. ... A.). *?* IREN. 1, 30, 11 (*v. vol. VII 1, 359, 32*). *?* LVCIF. reg. apost. 7 p. 51, 10 (*v. Hartel, ALL 3, 1886, 22*). VVLG. psalm. 96, 1 huic David (τῷ, *Psalt. Rom.*

psalmus D.). CONC.[S] I 3 Rustic. p. 12, 7 hunc (*om. vers. Tur.*) Emmanuhel (*gr. I 1, 1 p. 19, 10* τόν). LIB. iubil. 29, 17 barin huius Abrahae (*29, 20* b. Abraham). **2** *adverbiorum*: ITALA I Macc. 2, 33 (rec. L) usque hoc nunc (ἕως τοῦ νῦν, *rec. B* hactenus, *Vulg.* et nunc adhuc). II Macc. 12, 14 (rec. B) hi etiam intus (οἱ δὲ ἔνδον, VVLG. hi vero, qui intus erant). VVLG. psalm. 112, 2 *ex hoc nunc* et usque in saeculum (ἀπὸ τοῦ νῦν, *Hier. psalt. sec. Hebr.* a modo; *item*: 113ª, 18. 120, 8. 124, 2. 130, 3. *cf.* LIB. iubil. 22, 10). **3** *locut. praepositionalium sim. (aliter p. 2707, 73, cf. ibid. l. 59. 75)*: ITALA II Macc. 3, 40 (rec. BM) haec ergo de Heliodoro ... sic gesta sunt (τὰ μὲν κατὰ ʽH., *Vulg.* de Heliodoro ... ita res se habet. *cf.* 15, 37). CHIRON 135 ex his iuxta naturam. CONC.[S] I 5 p. 353, 31 inquisitionem haberi hanc cum concordia *eqs.* (*gr. I 1, 5 p. 129, 38* τὴν μεθʼ ὁμονοίας, *Rustic. ibid. I 4 p. 46, 10* cum c.). EXC. barb. p. 280, 19 Fr. his in divino verbo. *similiter*: CHIRON 18 pulmo ... ⌞et iocur aut haec ei vicina⌟ (⌞⌟ et occurrat hec enim vicia *cod.; Veg. mulom. 1, 25, 4* cetera, quae his vicina sunt membris).

B *plus minus abundanter ponitur: hic illic variae lectioni deberi vid.*: ITALA Luc. 17, 17 (cod. a b c d e *al.*) hi decem (οἱ δέκα, *sed add.* οὗτοι *d al.; Vulg.* d.). II Cor. 5, 4 (cod. g, Tert. adv. Marc. 5, 12 p. 616, 21 *al.*) mortale hoc (τὸ θνητόν, *sed add.* τοῦτο *g al.; V.* quod m. est). Eph. 2, 12 (cod. d e f g *al.*) in hoc mundo (ἐν τῷ κόσμῳ, *sed add.* τούτῳ *f g al.; V.* in m.).

1 *vario usu (nota formulam: infra l. 38)*: **a** *exempla certa*: ITALA Ios. 13, 7 (Lugd.) partire terram ... his nove⟨m⟩ tribus (ταῖς, *Vulg.* n. t.). Luc. 8, 22 (cod. c e) transfretemus contra (*om. c*) hoc stagnum (τῆς, *V.* trans st.). act. 4, 8 (cod. d) principes huius populi (τοῦ, *V. p. cf.* 4, 37. 11, 22. 19, 23. 35). 21, 11 (Ambr. in psalm. 36, 54 *al.*) virum hunc, cuius *eqs.* (τόν, *V.* v., *Itala cod. d* eum v.). apoc. 17, 7 (Primas. in apoc.) huius mulieris (τῆς, *V.* m.). 20, 6 (Primas. in apoc. *al.*) in hac prima resurrectione (τῇ, *V.* in r. p.; *sed v.* 20, 5 *et cf. Meader 202*). VVLG. sap. 8, 21 III Esdr. 8, 15 II Macc. 9, 13. HIPPOCR. aer. 2 p. 5, 12 G. ab hac intentione (*gr.* τῆς). CONC.[S] I 3 Rustic. p. 158, 16 hoc (*om. vers. Tur.*) praesepe (*gr. I 1, 2 p. 86, 25* τήν). 165, 33 hunc (*om. vers. Tur.*) hominem (*p. 78, 11* τόν). 167, 36 huius (rei *vers. Tur.*) visibilis (*p. 80, 18* τοῦ φαινομένου). I 5 p. 376, 34 hanc ipsorum partem (*I 1, 7 p. 79, 18* τό γε αὐτῶν μέρος, *Rustic. ibid. I 4 p. 68, 20* quod ad ipsos pertinet). *al.* **b** hic *fort. ad analogiam locutionum sollemnium additur* (**hic mundus** *pro* ὁ κόσμος *sim., cf. p. 2706, 76 sqq. et v. Meader 200 sq. Hans v. Soden, Das lat. NT in Afrika z. Zt. Cyprians 209 sq.; nota varias lectiones in ipsis exemplaribus graecis: supra l. 22. 24*): ITALA II Macc. 7, 9 (Cypr. Fort. 11 p. 339, 13) ex hac praesenti *vita* (τοῦ, *Vulg.* in pr. v.; *cf.* VVLG. Luc. 21, 34 curis huius vitae [μερίμναις βιωτικαῖς]). Matth. 4, 8 (cod. k) regna huius *mundi* (τοῦ, *Vulg.* m.; *sic passim, v. Rönsch, It. u. Vulg. 421 sq. Semas. Beitr. II 17*). II Cor. 7, 10 (cod. d e) huius saeculi (τοῦ, *Vulg.* s.).

2 *iuncturae: quoniam inde ab antiquissimo tempore* hic idem (*v. vol. VII 1, 200, 20 sqq.*), h. ipse, h. talis *leguntur, difficile est diiudicare, ubi vis pronominis desinat, articuli incipiat. nimis dubia, qualia ex* VICTORIN. POETOV. *colligit Haussleiter ed. p. 180, praeterire malui, tamen nonnulla non prorsus certa propter evidentem abundantiam confidentius attuli.*

a hic idem: BOETH. herm. pr. 1, 7 p. 97, 21 (= sec. 2, 7 p. 173, 15) hoc enim i. oportet negare negationem, quod adfirmavit adfirmatio (*Arist.* π. ἑρμ. *7 p. 17ᵇ 39* τὸ γὰρ αὐτό ..., ὅπερ). BENED. reg. 35 (*v. Linderbauer ed. 1922 p. 257*). *cf.* HIPPOCR. aer. 8 p. 15, 23 G. hoc i. (*gr.* τὸ τοιοῦτο). BOETH. herm. pr. 1, 9 p. 108, 17 (= sec. 3, 9 p. 201, 11) hoc i. ipsum (*Arist.* π. ἑρμ. *9 p. 18ª 36* τὸ αὐτὸ τοῦτο).

b hic ipse (*cf. l. 60. p. 2737, 69*): ITALA Phil. 3, 16 (cod. d e g) ad hoc i. (huic ipsi *g*) convenire (τῷ αὐτῷ στοιχεῖν, *Vulg.* in eadem permaneamus regula). AVG. in euang. Ioh. 40, 5[extr.] esse et nosse non est aliud atque aliud, sed hoc i. BARNAB. 4, 5 (*gr.* τοῦ αὐτοῦ).

c hic talis (*saepius fere i. q.* ʽ*hic*’, *v. Svennung, Wortstud. Oribas. 129 sq. Unters. Pallad. 311; resp.* οὗτος *infra l. 72. 73*): ITALA Rom. 16, 18 (Ambrosiast.) hi ... t. (*gr.* οἱ ... τοιοῦτοι, VVLG. huiuscemodi). VICTORIN. POETOV. in apoc. 11, 2 p. 96, 15 (ʽτοὺς τοιούτους’ *Haussleiter*). ATHAN. Lucif. epist. 8 p. 332, 24 dicite huic ʽave’ et sicuti fratrem hunc t. suscipite (*v. Hartel, ALL 3, 1886, 22*). MARCELL. med. 23, 70. ORIBAS. eup. 2, 1 K 9 p. 460 (rec. La) haec loca t. (*gr. K 96* ταῦτα τὰ μόρια, rec. Aa: h. l. ipsa). syn. 1, 19 p. 823, 29 (rec. Aa) hii t. (*4* ἐπὶ τούτων, rec. La p. 824, 5 ad haec). 5, 46 p. 83 (rec La) hii t. (*15* οἱ τοιοῦτοι). 7, 50 p. 196 (rec. La) in his t. passionibus (*4* ἐπὶ τῆς τοιαύτης διαθέσεως, rec. Aa: in hac passione). *saepe* (*v. Mørland, Oribasiusübers. 138. Svennung l. c.*). PS. ORIG. in Iob 2 p. 476ᶜ. 518ᴮ (*syn.* istis t.). BENED. reg. 5 *al.* (*v. Linderbauer ed. 1922 p. 203*).

II *in serm. philos. ad signif. individuum (de partibus infra l. 84)*: BOETH. c. Eut. 2, 44 *particularia* ut Cicero, Plato, lapis hic unde haec Achillis statua facta est, lignum hoc unde haec mensa composita est. Porph. isag. p. 27, 3 sicut individua ut Socrates et hic et hoc (*gr. p. 2, 18* καὶ τὸ οὗτος καὶ τὸ τοῦτο). trin. 2, 32 unum quodque ... habet esse suum ... ex partibus suis, et est hoc atque

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

hoc id est partes suae coniunctae, sed non hoc vel hoc singulariter, ut ... *homo* corpus et anima est ...; quod vero non est ex hoc atque hoc, sed tantum est hoc, illud vere est id quod est. hoc ipsum *i. q.* *αὐτὸ καθ' ἑαυτό* (*syn.* ipsum *infra l. 9. 11*): BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 26, 28 Platonis ... dicentis h. i. homo et h. i. equus ... illum ipsum hominem specialem et illum ipsum equum. subst. bon. 73 non est dubium, quin, substantialia cum sint bona, primo sint bono similia ac per hoc h. i. bonum erunt (*alterum* hoc *om.* *ψ E* [?]). trin. 4, 32 homo non integre ipsum homo est ...; deus vero h. i. (quod est *add. exemplar Vallini*) deus est. nihil enim aliud est nisi quod est ac per hoc ipsum deus est.

III *varia admodum dubia*: HIPPOCR. aer. 4 p. 9, 1 G. mulieribus vero hec: primo steriles multe fiunt (*sic dist. Kuehlew.; gr.* *τῇσι δὲ γυναιξί, πρῶτον μὲν στεριφναὶ πολλαὶ γίγνονται*). hec *cum* fiunt *coniungit Wenz, Quaest. gramm. 54 collato pron. pers. francog. personae tert. (vix recte); plane non debuit huc trahere* 7 p. 13, 21 hii (non *corrector*) ergo putant ... aquas optimas nasci (*gr.* *οὐ τοίνυν ἐκ τοιαύτης γῆς ⌊ὕδατα ἀγαθὰ γίγνεται⌋ [⌊ ⌋ οἴονται ὕ. ἀ. γίνεσθαι* *var. l.*]. *interpres legit* *οὗτοι νῦν* [*vel* *οὔ⟨τοι⟩ τοίνυν*] ... *οἴονται ... γίνεσθαι*). HIPPOCR. aer. 8 p. 15, 25 G. ex his (ipsis *Kuehlew.*) hominibus (omnibus *cod.*; *gr.* *ἐξ αὐτέων τῶν ἀνθρώπων*). his '*ipsis*' *intellegit Wenz l. c. coll.* 21 p. 41, 10 hec *pro* *αὐταί* (*sed* *αὗται V*). CASSIOD. var. 1, 42, 4 numquid (idem *add. Traube*) hoc est palatia regere et domos proprias ordinare? '*idem*' *intell. Svennung, Unters. Pallad. 639 sq.; obscurus est locus* DIOSC. 1, 40 p. 72, 16 (hic *c. dat. i. q.* '*idem*' *statuit Svennung l. c. 308*). *cf. p. 2729, 14. 2733, 56.*

CAPVT TERTIVM

syntactica et stilistica *(locut. adverbiales: p. 2743, 49 sqq.).*

I ***de collocatione notabilia***:

A *postponitur*: **1** *nomini* (*cf.* PRISC. gramm. III 31, 7): *ap. poetas passim; ap. scriptores saepe notione 'praepar.' vel seq. structuris vel in paribus, e. g.* RHET. Her. 3, 7, 13 divisione hac utemur: exponemus *eqs.* CIC. inv. 1, 43 res haec, quas commemoravimus. S. Rosc. 25 scelera haec et flagitia. Verr. II 4, 151 Verria haec turpia ac ridicula. *usu audaciore inde a* SCIP. mai. or. frg. Gell. 4, 18, 3 nebulonem hunc. RHET. Her. 1, 17, 27 CIC. inv. 1, 45. 57 S. Rosc. 19. Q. Rosc. 17 potest hoc homini huic haerere peccatum? *nota*: CIC. Phil. 14, 32 urbem hanc gentibus, vos huic urbi. **2** *verbo*: *ap. poetas passim; ap. scriptores saepius sim. ut supra (l. 34 sqq.), e. g.* RHET. Her. 4, 25, 34 non sensi hoc et non suasi. CIC. inv. 1, 83 concedendum hoc ..., ut. *usu audaciore inde a* RHET. Her. 2, 26, 42 qua causa accusem hunc? CIC. Quinct. 83 Q. Rosc. 2. 29 qui diligebant hunc, illi favebant, qui admirabantur hunc, illum probabant. Verr. II 2, 80 dicent hoc ..., dicent (*in fig. anaphorae, item*: II 2, 118. 3, 223 Mur. 90 *al.*).

b *de tempestate hiberna fere i. q. saevire, frigidum esse*: α *impersonaliter* (*cf. gr.* χειμάζει): VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 quoniam illo modo non ante plenam lunam -turum ostendit *luna.* COLVM. 11, 2, 4 XVI Kal. Febr. Cancer desinit occidere; -at (*sim.*: 11, 2, 20 vehementer -at. 11, 2, 34 interdum -at. 11, 2, 78 -at cum frigore et gelicidiis. 11, 2, 84 -at et pluit. *al.* POL. SILV. fast. Mart. 4. 16. Nov. 2 cum pluvia. *al.*). PLIN. nat. 2, 125 *ante et post brumam* sternitur mare alcyonum feturae ...; reliquum tempus -at. nec tamen saevitia tempestatum concludit mare (*an* 'mare -at'? ; *cf. infra l. 49*). 18, 239 -at (*opp.* praevernat). 18, 354 -bit (*D²*, abhiem- *rell.*). 18, 356 (*opp.* disserenabit). β *c. subi.* (SEN. epist. 114, 17 sqq. L. Arruntius ... fuit Sallustianus ... *eqs.* vides autem quid sequatur ubi alicui vitium pro exemplo est. dixit Sallustius: 'aquis -antibus'. Arruntius in primo libro belli Punici ait: 'repente -vit tempestas'. et alio loco, cum dicere vellet frigidum annum fuisse, ait: 'totus -vit annus' [*cf. infra l. 51*]. et alio loco '... -ante aquilone'. *cf. ad rem Hey, ALL 13, 1904, 214*): SALL. hist. frg. (*v. supra l. 42; referunt nonnulli ad Iug. 37, 4* hiemalibus aquis [*p. 2771, 41*], *sed v. Philol. 92, 1937, 459*]). ARRVNT. hist. 4—6 (*v. supra l. 43 sqq.*). HOR. sat. 2, 2, 17 atrum ... -at mare (AVSON. 469, 5 p. 4 P. *v. etiam supra l. 38*). PLIN. nat. 18, 235 continui dies -ant. BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 1 p. 3, 5 -antis anni tempore (*cf. supra l. 45*).

2 *transit.*: *i. q. refrigerare, glaciare*: PLIN. nat. 9, 75 -to lacu. 19, 55 decoquunt alii aquas, mox et illas -ant (*cf. 31, 40* decoquere aquam *et* ... refrigerare).

deriv.: hiematio. *Wells.*

hiemps *v.* hiems.

×**hiems** (-mps *v. infra l. 64*), -is *f.* (*m. v. p. 2774, 9*). [*cf. c. avest.* zyā *'hiems', armen.* jiun *'nix', gr.* χιών, χιόνος *'nix', hibern.* gemred *'hiems'; ex eadem radice fluxerunt sanscr.* héman *'hieme'*, hēmantáḥ *'hiems', hethit.* gimant- *'hiems', gr.* χεῖμα *'frigus, hiems', lituan.* žiemà *'hiems' etc.* (*cf.* hībern-) *et sanscr.* himá *'hiems', gr.* δύσ-χιμος *etc., v.* bimus. *J. B. H.*] *de etym.*: VARRO ling. 6, 9 ab hiatu -s. *de scriptura*: *sine* h: *infra l. 72.*

-ps: SCAVR. gramm. VII 21, 6 '-s' carere 'p' littera debet, quia in ceteris casibus nusquam 'p' nec 'b' propinqua eius respondet *eqs.* 27, 4 dubium non ... *est*, quin per 'ms' scribenda sit, quoniam genetivo 'hiemis' facit et quoniam per 'p' et 's' ea scribuntur, quae apud Graecos in 'ψ' desinunt. MAR. VICTORIN. gramm. VI 21, 12 '-s' et 'sumsit' ... sine dubio per 'ms' scribetis. CASSIOD. gramm. VII 161, 17 (*ex Papir.*) '-s' ut Caesellio videtur, 'p' habere post 'm' litteram non debet. *in inscr.*: MENOL. Colot. Dec. (CIL I² p. 281) 9. CIL VI 32505 (*sed v.* iemns CIL VIII 12588; -ms CIL XIV 2030). CARM. epigr. *p. 2779, 5.* *in codd. frequenter apud varios auctores; nota vetustiores* (*cf. etiam Neue-Wagener I³ 217 sq.*): VERG. *Med.* LIV. 21, 61, 9 *et* 22, 22, 21 *Put.* FRONTO *cod.* p. 15 *bis.* PRVD. perist. 3, 203 *A* (*Put.*): *praeterea nota*: CELS. *codd. praeter J.* SEN. apocol. *Sang.* COLVM. *SA fere ubique (v. Linde, Studier till Columellas 9. Bok 1936, 78).* TAC. ann. *ubique.* CARM. de mens. 1, 12 (*v. Fröhner, RhM. 47, 1892, 301*). *de formis*: PRISC. gramm. II 352, 19 *in* 'ms' *vel* 'ps' *desinentia* 'e' ablativi in '-um' convertentia faciunt genetivum pluralem. 'haec -s (-ps *RB*), ab:-e, -um' (*sim.* FRG. Bob. gramm. V 562, 12). *? nom. in* -is: ITALA Joh. 10, 22 (cod. a). *valde dub.* (*fort.* IS *falso pro* PS *i.* -ps): CATO agr. 30 (-ms *V*). COLVM. 2, 20, 5. 7, 3, 4. *occurrit plur. inde ab* ACC. (*cf. etiam* SERV. georg. 2, 6). *deest gen. pl. praeter* GRAMM. (*v. p. 2773, 80; de* LVCR. 2, 515 *v. Bailey, ClRev. 28, 1914, 102*), *dat. abl. pl.* NOT. Tir. 69, 26 -s. *de mensura*: PRISC. gramm. II 326, 4 corripiunt ... paenultimam in 'ms' vel 'bs' vel 'ps' ... desinentia, si vocalem brevem ante eas consonantes habuerint, velut '-s (-ps *RD*) huius -is'. PS. PRISC. gramm. III 526, 15 *ex eis quae in duas consonantes desinunt breviantur* haec, quae non habent 'n', ut ... '-s -is'. *de genere*: PRISC. gramm. II 320, 13 in 'ems' unum femininum: 'haec -s huius -is'. DVB. NOM. gramm. V 580, 18 generis feminini. *occurrit masc.*: HIPPOCR. aer. 10 p. 27, 12 G. (*v. p. 2777, 47*). PS. APVL. herb. 93 l. 4 -e toto. (?) AVELL. p. 332, 21 -is continuati (*V*, -tae *Labb.*). GREG. TVR. Franc. 9, 43 p. 404, 24 -em validum (-dam *D5*). *de notione*: CHAR. gramm. p. 454, 10 B. haec -s ὁ χειμών. SERV. Aen. 1, 122 -s duas res significat: aut tempus aut vim venti *eqs.* 2, 110 'ponti -s': bene addidit 'ponti', quia est et temporis. auct. Aen. 3, 195 '-em' ... Graece dixit, nam χειμών etiam tempestas dicitur a Graecis (*sim.* 5, 11). SYNON. Cic. Char. gramm. p. 447, 17 B. venti. procellae. tempestas. -s. vis caelestis. vis marina. vis belli. GLOSS.ᴸ II Philox. HI 4 -ps: χειμών. III Abstr. HI 16 -s: tempus vel tempestas. Abol. HI 6 -s: hibernum, tempestas. GLOSS. χειμών, ψῦχος. *al.* *legitur inde ab* ENN. PLAVT. (*p. 2775, 2. 2779, 29*). CATONE LVCIL. *per totam latinitatem* (*specialia infra l. 31. p. 2778, 75*). [*dub. interpr. et trad.*: COLVM. 3, 15, 5 APVL. flor. 2 p. 8.]

I *i. q.* ***ventus fortis, tempestas.*** *de notione v. l. 12 sqq. respondet gr.* ἄνεμος: VAL. FL. *l. 60. praecipue in mari, sed v. e. g. infra l. 40 sqq. infra l. 54 sqq. acced. nox sim.: infra l. 47 sq. et l. 75; fulmina: infra l. 49; grando: infra l. 62 et 76; tonitrus: infra l. 63. nonnumquam metonymice fere i. q. fluctus agitati -e: infra l. 68 et 72; nubila: infra l. 74. personate (cf. p. 2777, 80): infra l. 46. certo nomine significatur (cf. p. 2777, 23): infra l. 60 et 66. sing. plur. promiscue usurpatur. frequentant poetae; in prosa oratione non nisi infra l. 37* (CIC.). *infra l. 38* (NEP.). *infra l. 45 et 54 sqq.* (PLIN. nat.). *infra l. 71* (SEDVL., *ex* carm. pasch.). *infra l. 73. p. 2775, 3. 5.*

A *proprie*: ENN. ann. 449 (*an ad II?*) viresque valentes contudit crudelis -s. ACC. trag. 413 tristes turbinum ... -es, mare cum horreret fluctibus. 677 unde estis, nautae, huc -e delati? CIC. Verr. II 2, 91 -i fluctibusque sese committere. NEP. Att. 10, 6 navem ex -e marique scopuloso servat. VERG. georg. 1, 321 turbine nigro ... -s. 1, 391 ne nocturna quidem carpentes pensa puellae nescivere -em *eqs.* 3, 197 Aquilo ... Scythiae ... -es (-is *var. l.*) atque arida differt nubila. 3, 470 agens -em ruit aequore turbo (*sim.* Aen. 10, 633 *Iuno* agens -em nimbo succincta). Aen. 1, 122 *navem* vicit -s (OV. trist. 1, 11, 43 vincat -s hominem). 1, 125 emissam ... -em sensit Neptunus. 2, 111 aspera ponti ... -s (OV. met. 11, 490. PLIN. nat. 18, 344 *nubes globatae* -em a. denuntiabunt. *v. etiam infra l. 71*). 3, 120 (*v. supra l. 28*) *immolat* nigram -i pecudem. 3, 195 (= 5, 11) imber noctem -emque ferens (*cf.* OV. met. 11, 521 nox premitur tenebris -isque suisque [STAT. Theb. 11, 522]). 7, 214. 9, 668 *Iuppiter* torquet aquosam -em (*cf.* VAL. FL. 2, 22 quatit ... -es et torquet ... fulmina). catal. 9, 48. HOR. epod. 2, 52 Eois intonata fluctibus -s. OV. epist. 16, 29 tristis -s ... nos huc appulit. 18, 120 quo ... minus venias, invida pugnat -s (trist. 1, 11, 41 VAL. FL. 8, 373). met. 13, 709 saevit -s iactatque viros (trist. 1, 1, 42). 14, 481 Pont. 2, 7, 59 *al.* MANIL. 2, 104 venturas ... -es. PLIN. nat. 18, 353 atrox -s sequitur (*sim. in tempestatis praesagiis*: 18, 359 plurium dierum -em portendunt *pulmones marini.* 18, 363. *cf. etiam supra l. 45*). VAL. FL. 1, 625 -em missosque ... consurgere ventos (SIL. 12, 677 STAT. Ach. 1, 54. *cf.* SIL. 12, 633 ventis -isque procellis). 2, 435 laedere fluctu audet -s (STAT. silv. 2, 2, 28). 2, 604 frangit -s. 3, 152 caeca profundo currit -s. 6, 715 aquilonia nimbis venit -s ([*ex Hom. P 57* ἄνεμος]. *cf.* STAT. Theb. 8, 426 Aquilonis -s). 7, 52 *praedones* rapinis ... pascit -s. *al.* SIL. 3, 197 imbriferam ... -em permixta grandine. 12, 723 quas -es, quantos ... tonitrus (STAT. Ach. 1, 489. DRAC. laud. dei 2, 213 t. -esque). STAT. Theb. 1, 348 minatur -s. 2, 144 post ... exceptam ... -em *fessos.* 3, 435 (*in comitatu Neptuni*) nimbi -esque profundae (5, 584). 6, 20 Tyrrhenam -em (*sic appos. nomine regionis*: 9, 308 Euboicas. silv. 1, 3, 95 per ... Aegaeas -es [5, 2, 5 super A. -es abeuntis. CLAVD. rapt. Pros. 1 praef. 12]). 7, 88. 7, 721. 12, 653 longam indignata quietem tollit -s animos (*sc. tempore brumali*). silv. 3, 2, 76 surrexit -s (SEDVL. carm. pasch. 3, 52 fera surgit -s [*cf.* op. pasch. 3, 6 p. 235, 9 surgit -s aspera]). 5, 1, 36 exsatiata fatiscet mater Achilleis -es adfrangere bustis. *al.* RVFIN. hist. mon. epil. 7 p. 462ᴬ *in stagno* -e gravissima super nos et tempestate fervente. PRVD. apoth. 663 *venti* excitam ... -em verrunt ridente sereno. c. Symm. 1 praef. 45 CLAVD. 7, 97. 8, 173 tenebris involverat atra lumen -s. *al.* DRAC. laud. dei 1, 510 pluvialis -s aut saxeus ... imber (*sc. grando*). *nota sensu laxiore de rebus procellae modo ruentibus*: VAL. FL. 4, 509 vixdum ignea montem *Vesuvium* torsit -s iamque eoas cinis induit urbes (*cf.* SIL. 14, 69 [*de Aetna*] stat vertice celsi collis -s calidaque nivem tegit atra favilla. STAT. silv. 3, 5, 73 flammea diri montis -s). *spectatur imber*: STAT. Theb. 5, 386 instamus iactu telorum et ferrea nimbis certat -s. silv. 1, 6, 23 qualis per cuneos -s Latinos plebem grandine contudit serena. CLAVD. 18, 4 lapidum duras -es.

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

B *in imagine et translate*: PLAVT. Trin. 398 *pater nimis severus* senectuti ... acriorem -em parat, quom illam importunam tempestatem conciet. HIL. trin. 12, 1 p. 434^{D} hic -is eorum (*sc. fidelium*) maximus fluctus *eqs.* CLAVD. 21, 283 *cum* alternis ictibus anceps imperium pulsaret -s. CONC.^{S} I 4 p. 210, 27 *qui* magnam -em tempestatemque sedaverit.

II *i. q.* ***hibernum tempus anni*** (*opponitur saepe unum atque alterum ex ceteris anni temporibus, frequentissime aestas; qui loci infra non distinguuntur*):

A *intemperies atque saevitia caeli, quae occupat certam anni partem*: **1** *spectatur magis vis hiberna atque efficacia*: **a** *proprie* (*saepius abit in notionem paulo restrictiorem: fere i. q. nix infra l. 33 [vi plane metonymica infra l. 34]; frigus e. gr infra l. 26 sq. 29 sq. 38. 40. 45. 81 [vi plane metonymica infra l. 47.]; aquae tumentes p. 2776, 11. per comparationem de homine: v. infra l. 49*): *α loci generales*: CIC. Manil. 39 -is ..., non avaritiae perfugium ... in sociorum ... tectis (*cf.* TAC. Germ. 16 suffugium -is [-i *trad.*]). Catil. 2, 23 facilius -em toleraturos putant, quod nudi in conviviis saltare didicerunt (HIRT. Gall. 8, 5, 1 tolerandae -is causa constitutis *aedificiis.* PLIN. nat. 9, 74 *anguillae.* 19, 130 *lactucae.* GREG. TVR. Franc. 9, 43 p. 404, 24. *cf.* MANIL. 3, 642 nec tolerant medias [*aliter p. 2777, 11. 2779, 60*] -es sudantia saxa.). Rab. Post. 42 hanc vim frigorum -emque, quam ... vix ... tectis sustinemus (COLVM. 11, 3, 27). CAES. Gall. 4, 36, 2 infirmis navibus -i (-is *var. l.*) navigationem *non* subiciendam. SALL. Iug. 85, 33 -em et aestatem iuxta pati (PLIN. nat. 36, 136. *cf.* 19, 81 -is ... patiens *raphanus* [19, 129 *intubi* -is ... patientiores]). HOR. carm. 1, 4, 1 solvitur acris -s. OV. ars 2, 235 nox et -s longaeque viae (*in militia*). rem. 188 igne levatur -s (*sim.*: SEN. nat. 4^{b}, 13, 7 igne ... doment -em. PLIN. nat. 14, 132 -e gelida ignibus rigorem arcent). met. 13, 812 *in antris non* sentitur -s (PLIN. nat. 9, 57). Pont. 1, 7, 12 trux ... Getes armis, grandine pugnet -s. LIV. 27, 36, 4 quod clausae -e Alpes essent (*sim.*: VELL. 2, 105, 3 obstructis -e Alpibus. SEN. Med. 708 opertis -e perpetua iugis. FLOR. epit. 3, 3, 11 per -em, quae altius Alpes levat, ... in Italiam *descenderant* [*sc. Cimbri*]. 3, 10, 22 -e creverant Alpes). GERM. 493. SEN. Phaedr. 935 -es ... et canas nives. nat. 7, 27, 3 *quare sol* in Aquario astringat -em. MELA 1, 115 *Tanais* aestus -emque iuxta ferens (PLIN. epist. 3, 11, 6 qua patientia corporis -es iuxta et aestates f.). LVCAN. 2, 385 summovisse -em tecto. PLIN. nat. 11, 77 adversus -em tunicas ... densas. 18, 60 fortiora contra -es frumenta (18, 83. 18, 265 c. saevam feramque -em). 19, 69 *cucurbitae* -em odere (19, 156 *ruta* odit -em et umorem). 19, 148 *asparagum* stramento ab -e protegi (*sim.* STAT. silv. 3, 1, 121 [*de luto*] protectura -es atque exclusura pruinas *in domo*). SIL. 3, 326 Cantaber ... -is aestusque famisque invictus (13, 884 subire. *v. l. 38*). 3, 489 sedes ... tuetur perpetuas deformis -s. STAT. silv. 1, 1, 91 imbriferas -es. 1, 3, 7 (*v. l. 14*) talis -s tectis *aestate.* PAVL. dig. 8, 3, 6, 1 si -s ingruerit, habeam, quo me recipiam. TERT. adv. Marc. 1, 1 p. 291, 19 *Marcion* -e frigidior. AVR. VICT. Caes. 42, 5 *imperatorem* -s aspera clausaeque Alpes tardavere. GREG. TVR. glor. mart. 103 p. 557, 24 membra -e rigida. *et al.* *significanter*: MART. 2, 46, 7 tu spectas -em succincti lentus amici.

β specialiter: Ⓘ *de hiemis propriis viribus qualitatibusque*: CIC. Planc. 96 maritimos cursus praecludebat -is magnitudo (epist. 2, 14 propter -is m. AMM. 20, 11, 31 ingravescente -is m.). CIC. Phil. 9, 2 non illum vis -is, non nives, non longitudo itineris ... retardavit (LIV. 5, 6, 8 ab urbe circumsessa ... amovere *poterat.* 7, 25, 3 -is vim pati. 43, 18, 8). LVCR. 2, 515 -is ... pruinas (PETRON. 122 v. 150 glacie ... -isque pruinis. APVL. mund. 22). VERG. ecl. 10, 66 nives -is ... aquosae. SEN. dial. 2, 9, 1 patitur ... -is rigorem et intemperantiam caeli (PLIN. nat. 11, 98 PANEG. 6, 9, 2 IVST. 2, 1, 15. VAL. CEM. hom. 19, 3 p. 750^{B} post -is r.). 4, 27, 2 pertinaciam. benef. 4, 23, 1 adligantis omnia -is tristitia. epist. 90, 41 adversus saevitiam -is aut imbris (COLVM. 7, 3, 14. 8, 17, 15 *al.* PLIN. nat. 19, 166. TAC. hist. 1, 79 *milites* s. -is aut volnerum absumpti. 4, 38 naves ... prohibebantur). COLVM. 1, 1, 5 propter -is assiduam violentiam (2, 10, 31 ante -is v. 4, 23, 2). 1, 4, 9 *loca* frigoribus -is ... horrent (6, 27, 11 frigore -is herbae defecerint. 9, 6, 2. 12, 50, 1 *al.* PORPH. Hor. carm. 1, 4, 10). 1, 5, 8 -is procellis. 3, 6, 3 *malleolus* tempestatibus -is infestatur. 3, 15, 4 aquas -is et vapores aestatis (11, 3, 21). 7, 6, 5 gelicidio -is (11, 3, 56. 11, 3, 63). TAC. ann. 4, 56 ob asperitatem -is et penuriam vestis (HIER. epist. 17, 3, 2 me -is *retinet* ... a.). VVLG. Iob 37, 6 pluviis. SVLP. SEV. chron. 2, 44, 1 p. 97, 8 iniuria -is et inopia confectis. NOVELL. Theod. 3, 8 intemperata ferocitas. *translate de crystalli glacie*: CLAVD. carm. min. 37, 6 (*de crystallo cui aqua inerat*) secretas -es sollicitante die *fit Iris.*

Ⓘⓘ *de effectibus hiemis*: Ⓐ *in rebus naturalibus* (*cf. etiam supra l. 64 et 69 et 71*): VERG. georg. 2, 293 *aesculum* non -es ..., non flabra neque imbres convellunt. 2, 317 rura gelu ... claudit -s (LVCAN. 9, 374 aequor). 2, 373 indignas -es *laedentes frondem* (*cf.* HOR. carm. 3, 1, 32 iniquas). 4, 36 frigore mella cogit -s (VLP. dig. 43, 14, 4). 4, 135 cum tristis -s ... frigore saxa rumperet *eqs.* Aen. 3, 285 glacialis -s aquilonibus asperat undas. OV. ars 3, 704 frondes ... nova laesit -s (fast. 6, 150 trist. 3, 8, 30. 5, 13, 6 me ... frigore. PLIN. nat. 9, 96 *cancri* -e laeduntur). Pont. 4, 10, 32 freta ... pervia reddit -s. 4, 10, 38 *al.* NVX 128. MANIL. 3, 633 nec *iam* Scythiam defendit -s. VITR. 1, 4, 4 per -em ... regiones efficiantur salubres. CELS. 2, 1, 9 -s ... capitis dolores ... inritat. SEN. Herc. O. 1577 comam silvis -es recident. apocol. 2, 1 v. 4. nat. 3, 27, 1 -s pertinax *aquas* ... deiciat. epist. 107, 7 -s frigora adducit. COLVM. 7, 3, 15 *ovis* non comprehendatur -e. LVCAN. 1, 217 -s ... auxerat undas (AVIEN. orb. terr. 1317). 10, 300 (*v. p. 2775, 15*) consurgere ... ius tibi (*sc. Nilo*) solstitiis ... atque -es adferre tuas (*sim.* STAT. Theb. 8, 361). PETRON. 109, 9 v. 2. PLIN. nat. 13, 59 *ceraunia* floret per arcturum, -e fetus eius nutriente (*sim.* CARM. de mens. 2, 46 semina terrae pascit -s). 18, 183 -e praegelida captae segetes. 18, 209 volucres ... saevissima -e conflictatas. STAT. Theb. 5, 13 *decedunt grues,* quo fera cogit -s. IVV. 4, 58 -s ... *rhombum* recentem servabat. AMM. 22, 15, 5 cum -es frigidae cuncta constringunt (CLAVD. carm. min. 36, 5 BOETH. mus. 1, 2 p. 188, 23). *et al.* Ⓑ *in negotiis humanis* (*cf. etiam p. 2775, 55—58. 66 sq. 73 sq.*): CIC. Sest. 12 datus illo in bello ... -i locus. Att. 7, 20, 2 ad manendum -s ... hortatur. epist. 12, 5, 1 -em adhuc prohibuisse, quo minus de te certum haberemus (12, 5, 2 -s adhuc rem geri p. SALL. epist. Mithr. 14 -s mari p.). HIRT. Gall. 8, 5, 4 oppressi ... -is difficultate (BELL. Alex. 44, 1. *cf.* LIV. 34, 34, 6 -s ... ad conportandum ex longinquo difficilis). BELL. Afr. 26, 3 excusatione -is ventorumque. HOR. sat. 1, 1, 39 cum te neque ... aestus demoveat lucro neque -s. OV. epist. 7, 41 quo fugis? obstat -s (TAC. hist. 1, 62). LIV. 5, 2, 4 *in bello* -i ... aut tempori anni cedere (*cf.* 36, 10, 8). 10, 25, 10 itinera, quanta fieri sinebat -s hauddum exacta. 21, 61, 10 iniqua oppugnantibus -s. 22, 22, 21 ni -s, quae ... concedere in tecta coegit, intervenisset (44, 20, 4). 22, 32, 4 cum ... iam -e impediente constitisset bellum (38, 32, 2). 30, 39, 3 *dum* reficiuntur naves, -s oppressit (37, 37, 5). 32, 36, 7 bello ... quietem ipsa -s daret. VELL. 2, 114, 4 LVCAN. 2, 648. TAC. hist. 3, 56 fessos -e atque inopia hostes. 3, 59 foeda -e ... conflictatus exercitus. ann. 1, 47. 12, 50. VLP. dig. 28, 5, 4, 1 *potest condicio* non esse in arbitrio per -is condicionem (*cf.* PAVL. dig. 4, 6, 38, 1 habebitur ratio ... et -is et navigationis *eqs.*). CLAVD. DON. Aen. 3, 285 p. 304, 24 post impedimenta -is. COD. Theod. 13, 5, 26 propter adversa -is et casus fortuitos. 13, 5, 34 sub praetextu -is immorari *navigia.* *et al.*

b *translate*: OV. met. 2, 827 (*de Aglauro*) letalis -s paulatim in pectora venit vitalesque vias ... clausit. 4, 436 pallor -sque tenent late loca (*sc. Orcum*). CLAVD. carm. min. 49, 7 *torpedini* latus armavit gelido natura veneno ... et proprias -es (-is P^{1}) per viscera duxit (*syn.* frigus).

2 *spectatur magis universum spatium frigoris, ventorum, caeli tristis* (*v. etiam p. 2778, 75. 2779, 48. 2780, 35*): **a** *proprie*: *α loci generales*: CIC. Att. 5, 18, 1 *in bello parum secundo* certissimum subsidium est -s; ea si venerit *eqs.* (VERG. georg. 2, 519. COLVM. 1 praef. 23 nec omnibus annis eodem vultu v. ... -s. SCHOL. Iuv. 4, 56). epist. 3, 7, 2 ne in -em inciderent. LVCR. 6, 373 *tempore autumni* confligunt -es aestatibus acres (*sim.*: MANIL. 2, 429 permixtos ... dies mediis -em inter et aestum articulis. HIL. in psalm. 68, 29 inter -em caloremque). CAES. Gall. 3, 27, 2 -s suberat. 5, 47, 2 omne quod eo tolerandae -is causa devexerat (BELL. Afr. 62, 1 classem ... Uticae -is gratia subduxerat). civ. 3, 9, 8 -s adpropinquabat (CELS. 2, 8, 42 FIRM. err. 2, 6 p. 6, 15). 3, 25, 1 -s praecipitaverat. VERG. georg. 4, 51 pulsam -em (*cf.* PLIN. epist. 2, 17, 3 montibus -e depulsa). 4, 239 sin duram metues -em (COLVM. 9, 15, 8). Aen. 4, 52 dum pelago desaevit -s et aquosus Orion. HOR. carm. 1, 25, 19 -is sodali ... Euro. 2, 10, 15 informes -es reducit Iuppiter. OV. ars 1, 409 tunc tristis -s, tunc Pliades instant (LIV. 29, 35, 13 iam ... -s. 36, 10, 12 -em instare ... causatus. *al.* CVRT. 3, 8, 8 CALP. ecl. 5, 108 TAC. ann. 15, 8). 3, 186 fugit. fast. 2, 152 discedens signa reliquit -s (*cf.* 3, 235 cedit. STAT. silv. 4, 5, 5 ad Arctos ... -s concessit). 2, 854 ne qua versa recurrat -s (*sim.*: SEN. epist. 67, 1 *ver* saepe ... in -em revolvitur. PLIN. nat. 17, 191 -is ruminatio). trist. 3, 10, 9 tristis -s squalentia protulit ora *eqs. al.* LIV. 5, 6, 2 -em opperiri. 5, 10, 8 iam *in bello* non aestatis nec -is discrimen esse. 36, 45, 8 cum iam -s appeteret (37, 32, 14 TAC. Agr. 10). CELS. 2, 1, 17 inimicior senibus -s. SEN. Oed. 605 permutat -es ales. dial. 4, 12, 1 ex rerum natura -s *est.* nat. 3, 16, 3 -s nunquam aberravit. 3, 29, 3 -s ... lege mundi venit. 3, 29, 8 tenebit alienos menses -s. epist. 83, 23 tot itinera ..., tot -es *in bello. al.* COLVM. 2, 20, 5 dum expectatur, saeva nos -s deprehendit (10, 52). 3, 1, 7 maturitas ... praecurrit -em (*cf.* PALLAD. 3, 9, 2). 4, 27, 1. MELA 3, 26 viri sagis velantur ... quamvis saeva -e (*cf.* TAC. ann. 13, 35). PETRON. 55, 6 v. 7 avis exul -is, titulus tepidi temporis. LAVS Pis. 149. PLIN. nat. 18, 120 *germinatio* antecedat -em (18, 135). SIL. 12, 3 iam terra glaciale caput ... immitis condebat -s. TAC. Germ. 22 *apud Germanos* plurimum -s (-is *var. l.*) occupat. hist. 3, 50 propinqua -e. ann. 1, 44 ob imminentem ... -em. 12, 12 -s occipiebat. FRONTO p. 15, 8 N. ubi -s praeterierit. *et al.*

β specialiter: Ⓘ *de variis hiemis partibus, gradibus*: CIC. Verr. II 4, 86 erat -s summa, tempestas ... perfrigida (Manil.

[*Kornhardt*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

32. epist. 13, 60, 2 -e s. *navigavit. cf.* CENS. 18, 11 p. 39, 9 *anni maximi* -s s. est cataclysmos). Scaur. 25 durissima ... -e (*cf.* AMM. 19, 11, 4 -is durissimo [*cf. etiam infra l. 15*]). Att. 8, 3, 5 -e maxima. epist. 8, 15, 1 taeterrima -e. 16, 12, 6 neque ... puto ad te litteras tanta -e perferri. CAES. civ. 3, 8, 4 gravissima -e in navibus excubans. SALL. Iug. 37, 3 -e aspera. LIV. 23, 19, 1 mitescente iam -e (*cf.* CVRT. 8, 10, 4 iamque mitigata). 24, 39, 11 usque ad principium -is gesta (42, 44, 8. 43, 18, 1). VELL. 2, 113, 3 asperrimae -is initio (PLIN. nat. 8, 126. 13, 121. *aliter v. p. 2778, 11*). SEN. benef. 7, 15, 1 navigasse -e iam (tam *trad.*) saeva (VEG. mil. 3, 2 p. 68, 2). nat. 4^b, 13, 5 et media -e nivem ... bibunt (FLOR. epit. 4, 2, 36 quamvis -s m. prohiberet. PS. AVR. VICT. epit. 44, 4 -e aspera mediaque. SERV. auct. Aen. 4, 310. *aliter p. 2779, 60*). PLIN. nat. 32, 95 procedente -e. SIL. 15, 502 iamque -e affecta mitescere coeperat annus. STAT. Theb. 7, 745 nova (*cf. p. 2776, 2. 2778, 31*). TAC. ann. 3, 5 asperrimo -is (*cf.* HEGES. 3, 19 aspero -is et ferventi tempore aestatis *et v. supra l. 3*). 12, 31 coepta -e. GELL. 3, 1, 1 -e iam decedente. MIN. FEL. 24, 3 cruda -e (34, 12 c. adhuc -e. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 10 p. 817, 15 PANEG. 4, 36, 5 AMM. 20, 5, 4). PALLAD. 11, 11, 3 occursu -is. AMM. 20, 1, 3 adulta -e. 25, 10, 4 flagrante -e. 30, 2, 6 mollita -e. PROB. Verg. georg. 1, 47 sub exitu -is. SIDON. epist. 4, 6, 4 in maximo -is accentu. ⓘ *de qualitate tempestatis hibernae (sive regionis cuiusdam [e. g. infra l. 26. 29. 51; appos. nomine regionis: infra l. 32 sqq.] sive certi anni [e. g. infra l. 35. 38. 54]. de -e calida in tectis: infra l. 39. in compar. c. homine: infra l. 34*): CAES. Gall. 4, 20, 1 in his locis ... maturae sunt -es (*cf.* TAC. ann. 1, 30 praematura [2, 5. 4, 51 p. montis Haemi et saeva]). VERG. georg. 1, 100 umida solstitia atque -es orate serenas (PLIN. nat. 17, 13). HOR. epist. 1, 15, 1 quae sit -s Veliae *eqs.* 1, 16, 15 est ubi plus tepeant -es. OV. am. 1, 8, 114 longas. 3, 6, 106 sicca (GERM. frg. 3, 26 -es. CELS. 2, 1, 13 HIPPOCR. aer. 10 p. 23, 5 G. *cf. etiam infra l. 47*). trist. 3, 12, 2 Tomitis -s (*sim. appos. nomine regionis*: LVCAN. 7, 833 Threicias. STAT. Theb. 5, 78 Edonas. silv. 5, 1, 128 Sarmaticas. *in compar.*: PETRON. 19, 3 frigidior -e Gallica factus nullum potui verbum emittere. *cf. p. 2774, 66*). LIV. 5, 13, 1 insignis annus -e ... nivosa fuit. 5, 13, 4 tristem. 5, 14, 3 intolerandam -em prodigiisque divinis similem. 32, 28, 6 magis sera (*cf.* PLIN. nat. 17, 16 serotinae). 40, 45, 1 -s eo anno nive saeva et omni tempestatum genere fuit. VITR. 2, 1, 6 -es calidissimas ... efficiunt tectorum rationes. SEN. epist. 23, 1 quam humane nobiscum -s egerit, quae et remissa fuit et brevis. COLVM. 2, 9, 16 clementia -is (5, 5, 6. AMM. 18, 7, 5 c. -is ibi mollissimae). 4, 8, 3 si est -s in ea regione placida (PALLAD. 11, 5, 2). 4, 10, 3 molles (STAT. silv. 3, 5, 83. SERV. auct. georg. 3, 295 ut dicimus 'mollis -s'. *v. et supra l. 42*). 7, 3, 4 atrocior. 11, 3, 42 saevas. LVCAN. 9, 949 (*p. 2779, 45*). PLIN. nat. 2, 136 mitiore. 9, 57 asperae -es. 16, 59 frigida (*cf.* PALLAD. 11, 5, 2 praefrigida). 17, 12 aquiloniam (*cf.* HIPPOCR. aer. 10 p. 27, 12 G. boreus ... et siccus [*gr.* βόρειος χειμών]). 17, 13 tepidam. 18, 156 aquosa. 18, 225 ex occasu ... *vergiliarum* de -e augurantur. *ibid.* pluviosam. 18, 231 talem futuram -em ..., qualis fuerit brumae dies. TAC. ann. 12, 43 modestia -is. PANEG. 6, 9, 2 *in Britannia* nec rigor est nimius -is nec ardor aestatis. 10, 12, 5 temperiem veris imitata. 11, 9, 1 -e saevissima et his ... regionibus inusitata. PALLAD. 2, 4 clemens. AVG. civ. 3, 17 p. 125, 18 D. memorabilis ... incredibili immanitate saeviens. *de hieme perpetua sim.*: VARRO rust. 1, 2, 4 intus paene sempiternae -es, ... ubi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. VARRO AT. carm. frg. 16 vastant imas *terrae zonas* -es mediamque calores. VERG. georg. 3, 356 *in Scythia* semper -s. SEN. dial. 1, 4, 14 *Germanos* perpetua ... -s, triste caelum premit (11, 7, 1. MELA 3, 36 ubi p. -es sedent. LVCAN. 4, 107 mundi pars ima ..., quam ... p. ... premunt -es). MELA 2, 10 ob saeva -is admodum adsiduae. VAL. FL. 6, 335 has -es, haec saxa ..., Martis agros (*sim.* STAT. Theb. 7, 79). CLAVD. 1, 169 ante dabunt -es Nilum, ... glacieque ... damnabitur Indus, *quam eqs.* *nota*: PLIN. paneg. 12, 4 *cum Danubius gelatus transitum permitteret, milites* -em suam barbaris inferre gaudebant (*sim.* FLOR. epit. 2, 6, 12 *Romani* nostra [*i. barbarorum*] nos -e vicerunt).

b *translate et in imagine*: RHET. Her. 4, 48, 61 *falsi amici* simul atque -em fortunae viderunt, devolant. OV. epist. 5, 34 pessima mutati coepit amoris -s. CLAVD. 26, 152 *Stilicho* effecit, bruma ne longior una esset -s rerum, ... sed ... aestas temperiem caelo ... belloque referret. PAVL. NOL. carm. 23, 8 maeror -s animi (*cf. infra l. 77*). *saepe apud* ECCL.: HERM. vulg. (Pal.) sim. 3, 2 hoc ... saeculum iustis -s est (*gr.* χειμών). 4, 2 futurum saeculum aestas est iustis, peccatoribus autem -s (χειμών). CYPR. epist. 37, 2 persecutionis -e. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 203, 19 B. (*cf.* VVLG. cant. 2, 11 iam ... -s transiit) per '-em' sponsae suae apparet, id est tribulationum et temptationum tempore (p. 229, 24 animae '-em', cum adhuc passionum fluctibus iactatur [*cf. supra l. 71*]). CONC.^{S} I 4 p. 89, 29 -s, quae comprehendit ecclesias. *et al.*

personate (ad II A): LVCR. 5, 747 -s sequitur crepitans ... dentibus algu. OV. met. 2, 30 glacialis -s, canos hirsuta capillos. 15, 212 inde senilis -s tremulo venit horrida passu *eqs.*

B *unum ex quattuor anni temporibus, spatium anni brumale, fere ab ineunte mense Novembre ad Martium mensem*: **1** *potiora quaedam ex definitione, descriptione (inter anni partes: infra l. 4 sqq. de anno bipertito: infra l. 9. hiemis ipsius partes: infra l. 29 al. de signis hiemis: infra l. 22. 25. 36 al.)*: VARRO ling. 6, 9 *anni* pars prima -s (*cf.* PS. AVG. quaest. test. I 106, 4 p. 237, 18 quarti temporis, quod est -s. II nov. 19 p. 458, 14 -em ... novissimum tempus. DIFF. ed. Beck p. 62, 3 -s, quarta pars anni). rust. 1, 27, 1 *annus* dividitur in ver, aestatem et autumnum et -em (*sim.*: VLP. dig. 43, 20, 1, 31 ita senis mensibus aestas atque -s dividitur. IREN. 2, 24, 5. ISID. nat. 7, 2 [*ex Suet.?*]). rust. 1, 28, 1 dies primus est ... -is in scorpione (*sim. de -is initio*: COLVM. 11, 2, 84 IV idus novembres -is initium [PLIN. nat. 18, 309. MENOL. *v. vol. III 1008, 62*]. PLIN. nat. 2, 124 vergiliarum occasus -em inchoat [18, 222. ISID. nat. 7, 5 (*ex Suet.?*) -s i. VIII Kal. Decembris, diebus XC]. 18, 280 *vergiliarum* exortu aestas incipiat, occasu -s). rust. 1, 28, 1 ut ver dies habeat XCI, ... -s XXCIX (*sim. de numero dierum*: VINDIC. epist. ad Pentad. p. 487, 8 -e, ab VIII id. novemb. usque in VIII id. feb. et sunt dies XCII. CIL VI 32505 [*in indice nundinario*]). CIC. nat. deor. 2, 49 *sol* aestates et -es efficit. OV. met. 1, 117 *Iuppiter* perque -es aestusque et ... autumnos et ... ver spatiis exegit quattuor annum. fast. 1, 459 postera lux -em medio discrimine signat (COLVM. 11, 2, 5 VI kalend. feb. leonis ... clara stella occidit ...; -s bipertitur). MANIL. 2, 193 (*de Piscibus*) -em claudit, ver inchoat alter. 3, 256 *sol* cum per gelidas -es (-is, -e *varr. ll.*) submotus in austros fulget in octava Capricorni parte biformis. SEN. suas. 1, 4. GERM. 483 Aegoceros metas -is ... aestatisque tenet (SEN. Thy. 863). SEN. dial. 6, 18, 2 *solem* cursu ... annuo aestates -esque ... dividentem (nat. 2, 11, 2 *ad solis* flexum ... vertuntur. PLIN. nat. 2, 105). COLVM. 11, 2, 97 pridie nonas Ianuarii media -s (*sim. de hiemis partibus*: SERV. georg. 1, 43 primo mense veris novum dicatur ver, secundo adultum, tertio praeceps ...; item -s nova, adulta, praeceps vel extrema. ISID. orig. 5, 35, 3). PLIN. nat. 7, 155 annum ... alii aestate determinabant et alterum -e, alii quadripertitis temporibus *eqs.* MART. 9, 1, 1. 10, 51, 2 alternum Castora fugit -s. TAC. Germ. 26 *apud Germanos* -s et ver et aestas intellectum ac vocabula habent, autumni ... nomen *ignoratur*. FAV. EVL. p. 5, 21 (*dub. constr.*) -s in Capricorno, Aquario Piscibusque *finitur.* *et al.*

2 *in universum*: **a** *loci generales*: ENN. ann. 424 aestatem autumnus sequitur, post acer -s it (*sim.* AETNA 240). LVCIL. 561 fructus ..., adversa -e olim quis uti possis. VARRO ling. 5, 61. 5, 162 in castris ab -e hiberna ... vocarunt. CIC. nat. deor. 2, 49 -i senescenti. CAES. Gall. 4, 4, 7 reliquam partem -is ([7, 10, 1]. LIV. 23, 18, 10. COLVM. 2, 15, 1 qualibet -is p. [PALLAD. 10, 1, 3]. 8, 11, 6 ultima p. -is. 11, 2, 2 aliquid ... sumat de parte -is). 6, 3, 1 nondum -e confecta (7, 32, 2). VERG. georg. 1, 299 -s ignava colono. 1, 302 invitat genialis -s curasque resolvit (CARM. de mens. 1, 12 AVSON. 332, 19 p. 25 P. 376, 12 p. 98 P. PRVD. perist. 3, 203). 2, 322. 3, 403 *caseos* -i ... reponunt (*sim.* COLVM. 9, 14, 11 mella cibariis -is r. *cf. l. 50*). 4, 156 venturae ... -is memores ... in medium quaesita reponunt (Aen. 4, 403). Aen. 4, 193 -em inter se luxu, quam longa, fovere *Aeneas et Dido*. PRIAP. 84 (Verg. 1), 2. PROP. 3, 12, 32 *Ulixem* totque -is noctes totque natasse dies (PLIN. nat. 10, 39 noctuas sexagenis diebus -is cubare). LIV. 5, 2, 7 -is ... spatio, quae omnium bellorum ... sit quies. 24, 3, 16 ne -s quidem quieta inter Romanos atque Hannibalem erat (*sim.*: 29, 23, 2 sollicitam. TAC. Agr. 22 intrepida ibi. AMM. 16, 2, 1 negotiosam. 16, 11, 1 turbulenta). 35, 13, 4 extremo iam -is. 36, 11, 2 reliquum -is ... traduxit. 42, 52, 8 fallaci ... conloquio ... extractam -em. 43, 19, 14 -is ... acta. CELS. 2, 1, 14 *si* austri pluviaeque -em occuparunt. 2, 8, 40 ad medicinam non idonea tempora sunt -s et autumnus. *al.* SEN. benef. 4, 28, 1. COLVM. 2, 9, 2 ingruente -e frumenta iacimus. 7, 3, 11 *agnus* ante ... -is ieiunium confirmetur (*sim.*: 7, 3, 21 penuriae [9, 1, 7]. PALLAD. 11, 13 inopia). CALP. ecl. 5, 100. PLIN. nat. 8, 94 quattuor ... menses -is (10, 146 duobus m. -is brumalibus). 8, 133. 10, 61 *aves* illas -is, has aestatis advenas. 10, 85 -e ipsa. 16, 106 incipiente ... -e. 18, 132 praecedente -e (*cf.* TAC. hist. 1, 79 priore -e). 21, 64 *phlox* aestates -esque fugit. 36, 161 post unam -em. TAC. Agr. 21 sequens -s ... consiliis adsumpta. ann. 1, 17 duram -em, exercitas aestates *in bello*. MART. 8, 68, 10 autumnum (*sc. uvas*) sterilis ferre iubetur -s (*cf.* NEMES. ecl. 1, 78 messem tristis -s ... praestabit). PLIN. epist. 9, 40, 3. APVL. apol. 72 -em alteram ... opperiendam. LACT. Phoen. 3 aestivos -isque ad ortus. PALLAD. 1, 9, 1 *mansiones* -i parantur. 11, 11, 1. *et al.*

b *in indicandis temporis spatiis hiemes vel hiemes aestatesque (l. 79. 81. 83. p. 2779, 2. 6 sq.) enumerantur pro annis (nonnisi apud poetas praeter p. 2779, 2. spectant ad ipsum hiemale spatium anni [v. II A 2] e. gr. l. 78. 81. 84. p. 2779, 1. paulo aliter*: CATVLL. 68, 82 ante ... quam veniens una atque altera ... -s ... saturasset amorem). ACC. trag. 557 novem -es ... perpetuli *sc. Philoctetes*. CATVLL. 95, 2 *Zmyrna Cinnae* nonam post ... messem ... nonamque edita post -em (HOR. carm. 1, 15, 35 post certas -es uret Achaicus ignis Iliacas domos. SEN. Tro. 547 post -es decem totidemque messes). HOR. carm. 1, 11, 4 seu plures -es seu tribuit Iuppiter ultimam. OV. epist. 6, 56 bisque aestas bisque cucurrit -s. 7, 88 per mare, per terras septima iactat -s (*cf. p. 2774, 53*). 17, 184 me felicem nulla

[Kornhardt]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

videbit -s. Pont. 1, 2, 28 quarta fatigat -s. LIV. 5, 22, 8 *urbs Vei* decem aestates -esque continuas circumsessa. STAT. Theb. 5, 112 tertia canet -s. Ach. 1, 51 (*de Thetide*) rogabo unam *Achilli* -em. MART. 5, 37, 16 lex amara fatorum sexta peregit -e *puellam* (*sim.*: 10, 61, 2. 11, 91, 2. CARM. epigr. RevA VI 2, 1933 p. 378 n. 24 [-ps *scrib.*]). IVV. 4, 92 multas -es atque octogesima vidit solstitia (*sim.* PRVD. praef. 26 prima dies mihi ... multas -es *volvit* ... et rosas pratis *reddidit*). NEMES. ecl. 2, 9 (*dub.*; *v. p. 2780, 54*). AVSON. 258, 4 p. 185 P. DAMAS. epigr. 10 (INSCR. christ. Diehl 1696), 5 bis denas -es necdum compleverat aetas. PRVD. perist. 3, 12 CLAVD. 15, 154. INSCR. christ. Diehl 266, 4 *puero* vix -es licuit ... geminasse novem. CE 612, 1.

c *locutiones notabiliores, iuncturae, structurae*: α *abl. sing. pro adv.* (*exempla selectissima*): LVCIL. 917 (*de formica*) -e unam quamque carpam (*v. Marx ad l.*). CATO inc. libr. frg. 23 *aedificio* aestate frigido, -e formido. VARRO Men. 328 cotidie -e in sole apricari. rust. 1, 13, 2 -e antelucanis temporibus. 1, 45, 3 radices ... -e ... alescunt *virgulta*. 3, 2, 15 cum eo Reate ex urbe ... -e. frg. Non. p. 83 ad focum -e ac frigoribus cenitabant. CIC. Manil. 31 cum aut -e aut referto praedonum mari navigaret. div. 1, 94 *Arabes* montes -e et aestate peragrantes. epist. 16, 11, 1 periculose -e naviges. CAES. civ. 3, 42, 3 *classes* -e ... fecerat. SALL. hist. frg. 2, 35 Sertorius vacuus -e copias augere. LIV. 5, 6, 5 iuxta -e atque aestate (PLIN. nat. 2, 136 TAC. Agr. 22. *cf.* LIV. 43, 7, 11 -e pariter atque aestate). CELS. 3, 18, 16 bis -e, quater aestate dedisse satis est. SEN. nat. 4, 4, 1 quare -e ningat. COLVM. 7, 3, 25 -e et vere. PLIN. nat. 16, 103 -e, aquila exoriente. SVET. Aug. 72, 1 quamvis parum salubrem valitudini suae urbem -e experiretur. Galba 14, 3 -e initioque anni. APIC. 3, 103 pro lactucis ... -e intuba. *adde*: hac -e: PLAVT. Mil. 689 tunicae ... hibernae ..., ne algeas hac -e. CIC. epist. 7, 16, 3 FRONTO p. 86, 22 N. ea -e: CAES. Gall. 4, 1, 1 ea, quae secuta est, -e. LIV. 21, 62, 1. 25, 32, 3. 35, 13, 4. 38, 37, 1.

β *acced. verba*: (I) *agendi, degendi sim.*: agere: *in re militari* (*cf. t. t.* hiberno, hiemo): SALL. hist. frg. 2, 94 legatum ... in Celtiberia -em a. iussit. epist. Pomp. 5 LIV. 5, 2, 6. 29, 23, 2 LVCAN. 1, 302 CAPITOL. Ver. 7, 3 AMM. 14, 5, 1. 17, 8, 1 *al.* GREG. TVR. Franc. 2, 37 p. 102, 4. *cf. etiam p. 2780, 32*; *nota* 'sub pellibus': PS. QVINT. decl. 3, 16 p. 54, 21 PANEG. 2, 8, 3 GALLICAN. Avid. 6, 2 HIER. epist. 14, 2, 1 CLAVD. 21, 123. *extra rem milit.*: QVEROL. p. 17, 17 in soccis -es, cancros in tubulis age. consumere: AMM. 26, 6, 11. degere: PANEG. 3, 4, 6 -es in tribunalibus. dormire: MART. 13, 59, 1 tota mihi dormitur -s. AVSON. 151, 5 p. 5 P. dormiunt glires -em perennem. ducere: PANEG. 2, 22, 1 -es domi. durare: LIV. 5, 6, 4 -em unam ... in castris. exigere: CAES. Gall. 6, 1, 4. LVCAN. 9, 949 *Leptis*, cuius statione quieta (-am *codd. plerr.*) exegere -em nimbis flammisque carentem. AMM. 16, 11, 1. 18, 5, 8. 29, 1, 1. transigere: COLVM. 2, 11, 2. transire: SEN. epist. 90, 17. (II) -s est (*hic illic ad caeli intemperiem magis spectare videtur, e. g. infra l. 50. 53. 54*): CIC. ad Q. fr. 2, 3, 7 cura ... ut valeas et, quamquam est -s, tamen Sardiniam istam esse cogites. NEP. Eum. 5, 7 quamdiu -s fuit. LIV. 32, 32, 1 -s iam eo tempore erat. 41, 19, 8 CELS. 1, 2, 4. 3, 24, 5 *al.* SEN. epist. 117, 28 ver secuturum est: scio nunc -em esse. MELA 1, 54 *Nilum* solstitio adcrescere, quod tum -s sit, unde oritur. FRONTO p. 15, 8 N. -s est et crudum mare hibernum est. PALLAD. 3, 24, 7 CHIRON 272 p. 81, 6 *al.* VVLG. Ioh. 10, 22 -s erat (*gr.* χειμὼν ἦν). AVG. in psalm. 66, 3 p. 805 *al.* ORIBAS. syn. 6, 26 p. 112 quodsi -s fuerit (*gr.* χειμῶνος δὲ ὄντος).

γ *coniung. adi.*: extrema: CIC. Manil. 35 Cn. Pompeius extrema -e apparavit, ineunte vere suscepit *eqs.* VERG. georg. 1, 340 extremae sub casum -is. AMM. 30, 2, 3 -e iam e. media (*cf. etiam p. 2775, 22. 2777, 11. 2778, 29*): LIV. 36, 6, 9 ex -e, quae tum ferme m. erat, differendum in veris principium (37, 8, 6. *cf.* SVLP. SEV. epist. 1, 10 m. fere -e *venit*). COLVM. 5, 10, 19 post m. -em (arb. 25, 1 PLIN. nat. 17, 136). PLIN. nat. 17, 131 m. -e ab occasu sagittae. 27, 23. SVLP. SEV. Mart. 3, 1 m. -e, quae solito asperior inhorruerat. prima: CELS. 1, 3, 1 prima -e. 2, 1, 15 a p. -e ... ad ultimum ver. COLVM. 11, 3, 29. tota (*cf. etiam supra l. 41*): TVRPIL. com. 78 habitamus -em totam cum mulierculis (*cf.* CAES. Gall. 5, 53, 3). CAES. Gall. 5, 53, 5 fere totius -is tempus. LIV. 23, 45, 2 per t. -em (COLVM. 4, 33, 2). 27, 17, 1 -em t. ... absumpsisset. 37, 8, 1 t. -em liberam ... habuisset. 37, 31, 2 obsidionem ... tota -e (per t. -em *var. l.*) tolerare (*abl.*: CELS. 2, 1, 15 t. -e, quae proxima est. COLVM. 2, 10, 26 *al.* PLIN. nat. 21, 19 -e t. 21, 89 *al.* SVET. Aug. 16, 1 PALLAD. 12, 8, 1).

δ *cum praep.*: ad: CIC. epist. 3, 7, 2 cum ad -em me ex Cilicia recepissem. PLIN. nat. 11, 74. 15, 58 ad -es (-em *var. l.*) usque. PALLAD. 4, 9, 16 usque ad -em. AVG. gen. ad litt. 5, 11 p. 155, 5 ab aestate ad -em. ante: CIC. epist. 3, 7, 3 *rem causamque cognoscere* non poteram ... ante -em. *ibid.* ante -em aedificarent. ad Q. fr. 2, 4, 2. LIV. 36, 13, 1 iam ante [per] -em (per *om. B, recte ut vid.*; *cf. p. 2780, 17*). 37, 19, 5 bellum ... perfecisse. 42, 37, 3. VITR. 7, 1, 6 quotannis ante -em. CELS. 7, 7, 4. COLVM. 2, 9, 8 semper ante -em seri. *al.* PLIN. nat. 18, 203. 19, 73. PALLAD. 8, 4, 4 *armenta* convalescant. *al.* VVLG. II Tim. 4, 21 ante -em venire (*gr.* πρὸ χειμῶνος). circa: PALLAD. 4, 9, 12. in (*c. acc.*): CATO agr. 30 pabulum ... quod condideris in -e⟨m⟩. CAES. Gall. 4, 29, 4 *frumentum* in -em provisum (PLIN. nat. 8, 138 in -es). 4, 30, 2 *bellum* in -em ducere (civ. 1, 61, 3). LIV. 34, 34, 4 commeatus ... in -em expediendos. 44, 16, 2 PHAEDR. 4, 24, 16 CVRT. 8, 2, 13. COLVM. 5, 10, 10 in -em differet (arb. 21, 1). PLIN. nat. 16, 83 in -es prorogant moras. 19, 28. 154 *ocimum* cum in -em (-e *var. l.*) seratur. QVINT. inst. 2, 16, 16 reponere in -em alimenta. VVLG. Sirach 21, 9 qui aedificat domum ... impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in -em (-e *trad.*; *gr.* εἰς χειμῶνα). in (*c. abl.*): VVLG. Zach. 14, 8 in aestate et in -e erunt *aquae vivae*. Matth. 24, 20 non fiat fuga vestra in -e (ITALA [Cypr. Fort. 11] -e; *gr.* χειμῶνος). AVG. in epist. Ioh. 5, 10 p. 2017 *caritas* viget ..., sed adhuc in -e *eqs.* PS. APVL. herb. 29 l. 10. OP. imperf. in Matth. 1 p. 622 unguentum et in -e floridum est. GREG. TVR. stell. 33 p. 869, 9 ORIBAS. syn. 8, 23 p. 238 BENED. reg. 55. *cf. etiam infra l. 52.* per (*cf. etiam p. 2779, 70*; *nota i. q.* '-e' *infra l. 28* [*cf. p. 2779, 80*]): CATO agr. 25 quod des bubus per -em. 155, 1 aquam de agro depelli oportet. *al.* CIC. epist. 16, 8, 1 ne te ... navigationi ... per -em ... committas. SALL. hist. frg. 4, 59 *naves* fabricatae. LIV. 25, 20, 3 exercitui per -em copia *est.* 45, 34, 11 indutiis ... factis. *saepe.* VITR. 5, 1, 4 *al.* CELS. 6, 8, 1 per -em et ver bis in die. *al.* SEN. nat. 3, 11, 6 per -em aestatemque par. 4, 2, 18 *in Aegypto* per -es in ... aperto serpens est (*sic cum plur.*: PLIN. nat. 8, 123. 9, 57 condi ... torpedinem. 14, 16 durant ... *vites* per -es [-em *var. l.*]. 17, 217). COLVM. 2, 10, 1. 12, 35 tussientibus per -em ... datur. *saepe.* MELA 3, 57. PLIN. nat. 2, 152 per -em nives cadere, non grandines. 18, 193. VAL. FL. 4, 725 -em ... per omnem. FLOR. 2, 8, 9 conlatis undique quamvis per -em rosis. SCAEV. dig. 33, 7, 27, 1 PALLAD. 12, 13, 3. *et saepe.* post (*cf. etiam p. 2779, 63*): POLLIO Cic. epist. 10, 33, 3 nulla ... post -em fuit ante eam diem navigatio. COLVM. 2, 11, 2. 4, 29, 4 tepentibus iam diebus post -em. PAVL. NOL. carm. 21, 2 post -es actas. sub (*c. abl.*): PLIN. nat. 15, 71 *ficus* novissimā sub -e maturatur.

ε *add. subst.*: -is tempus (*hic illic magis ad caeli intemperiem spectare videtur, e. g. infra l. 41. 43. 44. 49*): *sing.*: LIV. 21, 21, 8 per totum t. -is quies ... renovavit corpora. 30, 3, 3 nec ... ullo t. -is. 34, 48, 2 totum -is t. iure dicundo consumpsit. COLVM. 7, 7, 2 antequam pestilens tempus anni, sive id fuit -is, vertatur aestate, sive *eqs.* NEMES. cyn. 321 -is sub t. aquosae. VOPISC. Car. 17, 5 VEG. mil. 2, 23 p. 58, 15. SCHOL. Iuv. 9, 67 bruma -is t. CLAVD. DON. Aen. 4, 50 p. 362, 31 importune ... intervenisse -is t. RVFIN. Orig. in cant. 3 p. 203, 17 B. PS. APVL. herb. 43 l. 8. CASS. FEL. 10 p. 18, 4 chimetla ... ab -is t., quod *Graeci* chimona vocant. ANTHIM. 50. COD. Iust. 1, 40, 6 (*a. 385*) t. -is navigatio saepe periculosa est, semper incerta. LEX Burg. lib. const. 38, 5 GREG. M. moral. 2, 2 p. 555[C]. PALLAD. hist. mon. I 25 p. 311[D] *et* II 15 p. 371[D] (*gr.* χειμῶνος ὄντος). ORIG. in Matth. ser. 53 p. 118, 23 in tempore -is. BENED. reg. 9 *al.* VITA Nicet. 7 p. 522, 18. *plur.*: COLVM. 1, 5, 3 *nocens* humor temporibus -is ... mitescit. 3, 2, 2. 6, 4, 1 ultimis t. veris, aestatis, autumni, -is. 9, 14, 13 per t. -is. 12, 14, 14. -s anni (SERV. auct. Aen. 1, 125 veteres ... '-em anni' dicebant, ne tempestas possit intellegi): VITR. 6, 6, 5 in -e anni (in *om. G*), sereno caelo. SVET. Iul. 35, 1 neque tempore aequo sed -e anni. GELL. 3, 10, 5. APVL. apol. 72 -s anni erat. *plur.* (?): NEMES. ecl. 2, 9 quīs anni ter quinque -es (*v. p. 2779, 8 et cf. app. crit.*).

deriv.: hibernus; hiemalis, hiemo. *cf.* bimus, quadrimus, trimus. *Kornhardt.*

hier *v.* iber. **hiera, hiera botanē** *v.* hieros.

?**hierācia** (*n. pl.*) *v. p. 2781, 5.*

hierācion (*sub 1*) *et* **-um** (*sub 2*) *n.*, ἱεράκιον. *scrib.* gera-: *infra l. 66.* [*cf.* GLOSS. *vol. V 2, 740, 51.*]

1 *nomen herbae* (*genus lactucae*): PLIN. nat. 20, 60 ex iis *lactucis* rotunda folia et brevia habentem sunt qui -on (hieracios *Q*, heracliam *Fd*, eracleam *E*) vocent, quoniam accipitres ... suco ... oculos tinguendo obscuritatem ... discutiant. PS. APVL. herb. 30 l. 11 *herbam lactucam silvaticam* alii -on (*cf.* GLOSS. III 564, 31 geracion lactuca silvatica). **2** *nomen collyrii*: PLIN. nat. 34, 114 -um vocatur collyrium (1, 34, 27 -um).

hierācītis (*f. v. infra l. 73*). *a gr.* ἱερακίτης (-κῖτις?; *v. Liddell-Scott, Addenda et Corr. part V s. v.*). *scrib.* gerac-: DAMIG. *forma vulg. in* (lapis) -en (-es *ed.*): DAMIG.

nomen lapidis (*de usu in re magica fusius* DAMIG.): PLIN. nat. 1, 37, 60 -is. 37, 167 -is (-tes *L*, -ticis *Fa*) alternat tota miluinis nigrisque veluti plumis. 37, 187 -is ab accipitris *collo cognominatur*. DAMIG. lapid. 26 tit. lapis -en (-es *ed.*). 26 -en (-es *ed.*) lapis in primis numeratus ... est a magis. ISID. orig. 16, 15, 19 -is accipitris coloris.

hierācium *v.* -cion.

GLOSS. III 565, 31 iracus (*pro* ἱέρακος [*nom.*] = ἱέραξ): **i. hie⟨ra⟩cus** (= hierax). *explic. Heraeus per litt.*

hieranthemis *f.*, ἱεράνθεμις (*Ps. Diosc. Vind. 3, 136* [*v. app. crit.*]). *scrib.* gerean-: *infra l. 84.* *inter nomina herbae q. e.* χαμαίμηλον: PS. APVL. herb. 23 l. 10 hierantemis (hyeroantemes *L*, hieroantemes *Ca Ha V*, hieroantemis *β*). GLOSS. III 564, 30 gereantimis camillea.

[*H. H.*]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae